



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



JOH. WOLFGANGI TEXTORIS

Jcti & in Universit. Electoral. Pal. Antecessoris

Juris Primarij ac Consiliarij  
Electoralis,

2.

# SYNOPSIS JURIS GEN- TIUM.



*B A S I L E Æ.*

---

Impensis JOH. MICHAELIS RÜDINGERI,  
Typis JACOBI BERTSCHII,  
ANNO M DC LXXX.







## LECTORI SAL.



*Runt forsan , Benevole Lector ,  
qui synopticum hunc juris gentium  
Tractatum lividis superciliis aspi-  
cient , censebuntq̄ à tam arduâ  
materiâ abstinendum ; quin pri-  
vatis viris in universum rerum ,  
qua regna concernunt , pacificatio-  
nes , fœdera ac id genus gentium negotia , commercio  
velut interdicens esse ; cui opinioni præprimis cal-  
culum adjicient , qui jus omne publicum è scholis elimi-  
nandum , proturbandum , exterminandumq̄ sua-  
dent ; tanquam hoc genere studii ceu quodam mono-  
polio his solis uti liceat , qui publicis intersunt consi-  
liis & regum principumq̄ cancellis ; verùm perniciosè  
hos errare res ipsa docet , demonstratq̄ luculentissimè ;  
cum enim scientia rerum agendarum usu anterior sit ,  
quis est qui in Ministro statûs , legato , consiliario ,  
munere suo rectè functuro , non ante negotia eam re-  
quirat indolem , eam solertiam , industriam , peri-  
tiam , ut expediendis rebus commissis ex asse possit sus-  
ficere ;*

ficere; At inquis: usu discenda esse hæc jura, non in Scholis; ô miserum usum, si à ratione, qua omnis publici privatiq; juris principium excellentius est atq; dignius, secludas, stultorum iste magister est, ut Fabii Maximi ore loquar ex Livio; sed ratio, nisi quatenus variantibus circumstantiis variè applicatur, ipsa immutabilis; quam cum non certo hominum cœtui, sed universo generi humano Deus ter Optimus Maximus concesserit mentibusq; omnium ingenuerit, invidiosa certè res est, velle aliquos juris gentium notitiam à ratione promanantem ex usu ut peculium singulare ordini suo precipuam facere, & quantum in ipsis est hoc ceteros palladio excludere. Deinde si solo usu juris gentium prudentia metienda & acquirenda est, quid fiet materiis, quarum tractandarum vel tota ætas nostra vix ullam tulit occasionem; uberiores nempe segetem juri gentium annales præstant, quam unius hominis etiam longævi ætas, cujus aliquam partem infantia sibi postulat, aliquam adolescentia absumit, juventus quoque aliquam præripit atque inutilem facit, reliquum, curriculum angustia humane vite per se brevis ad paucos casus retrahit atque constringit. Quid insuper quòd in rerum quantalibet multitudine factum, quod usus ostendit, à jure, quod ratio naturalis dicitur, discernendum sit; usus

usus nimirum etsi theoriam perficiat, per se tamen tantum monstrat, hoc vel illud contigisse; ratio verò naturalis peruestigat an rectè & ex normâ juris gentium, quo cultiores gentes ex sanioribus principiis uti consueverint; hæc ratio non plus imò vix tantum conferet utendo præcisè quærenti juris gentium, notitiam, quantum evolventi annales, & ex his tum priscorū tum recentiorū temporū accuratè consideranti bellos & pace vario casus.

Liberavimus hætenus, benevole Lector, hanc nostrâ Synopsin præjudicali objectione, sed restat altera de inscriptione & rebus tractatis; Vides enim illa etiam maximè prioribus capitibus explicata, quæ ad jus natura referunt, ut matrimonia, alimenta defensionem, sui contra vim, & cum tamen solum de jure gentiū inscriptio facta sit; ast liceat mihi primum Grotii auctoritate hac in re uti, qui libris de jure belli & pacis, (quæ sunt juris gentium materia) varia admisit ac inseruit ad jus natura pertinentia, ut defensio hac in re subsit communis; secundo non ita religioni ducere debemus, jus gentium sub jure natura complecti, & contra hoc recto sensu sub illo, nam quod jus à principio naturalis rationis naturale audit, idem à receptione gentium vocari solet jus gentium, ut hæc ipsâ synopsi c. 1. & 2. deduximus, sicq; diversa trahit à diversis principiis nomina, quæ inter hoc potissimum discrimen admitto, quòd

quòd quædam à solâ ratione naturali promanâsse constet ante usum gentium, quæ alij adscribunt rationi naturali, ut vocant, simplici; quædam generis humani necessitatibus exigentibus, qualia vulgò ajunt proficisci à ratione naturali compositâ, quorum hac mutationi, non illa æquè subjacent, quò Grotij & Jctorum distinguendum præcipuè collimat scopus & intentio; sed & tertio pars paginarum major à materijs Juris gentium propriis occupata & insumpta fuit, ut ab his nomen *Tractatûs* desumere non immeritò & potuerim & voluerim.

Tu verò, benevole Lector, hoc opusculo nostro benè utere, & auctorem, qui ipse typos paucis exceptis nisi jam planè absolutos, non vidit, si novos typographicos perspexeris, excusatum habe. Vale Heidelbergæ.

*Ibid.* Aug. 1680.





CAP. I.  
DE JURE GENTIUM  
IN GENERE.

SUMMARI A.

*Nam. 1. Juris Gentium descriptio ex Jure Romano. 2. Ejus principia ratio naturalis & usus gentium. 3. & 4. Juris Gentium definitio Grotiana adducitur & ponderatur. 5. Juris Gentium aliquid esse quomodo probetur. 6. Juris Gentium definitio à Grotio tradita num differat à Romanâ. 7. Jus Gentium ex mente Grotii requirit mutuan obligationem. 8. quid juxta descriptionem Romanam obtineat. 9. Jurisconsulti Romani de Jure Gentium diversimodè loquuntur. 10. Jus Gentium & Jus Natura quomodo conveniant. 11. quomodo differant. 12. Jus Gentium & Publicam item Politica disciplina, quomodo conveniant & differant. 13. Quaestiones mixtae Juris Gentium & Publici declarantur. 14. Jus Gentium aliter differt à Politica quàm Jure Publico. 15. Jus Gentium hodiernum potest mutari. 16. Jus Positivum in naturam Juris Gentium transire potest. 17. & 22. Jus Gentium usu continuo introducitur & quomodo? 18. Jus Gentium num promiscuè indigeat annalium evolutione. 19. In dubio annalium scriptores Jus Gentium declarant, & qui ex recentioribus commendabiles. 20. & 21. Jus Gentium quantum tempus & quot actus requirat, dum introducitur. 23. Jus Gentium qualiter probetur mutatum. 24. Jus Gentium an dari possit scriptum salvâ ejus substantiâ.*



**E**rneccsarium est in fronte hujus tractatûs, ut ante omnia accuratè perveſtigemus Juris Gentium naturam in genere; ea in Jure Romano

populari tantum descriptione adumbrari videtur, quod sc. jus gentium sit, quo gentes humanæ utuntur, ut novimus ex Ulpiano in *l. i. §. fin. ff. de just. & jur.* quam descriptionem pauld uberius

uberius explicans Gajus in l. 9. ff. eod. ita inquit: *Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræquè custoditur vocaturq; Jus Gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur*, hæc Gajus, ex quo mutua accepit hæc verba & eodem tenore formali transscripta refert Imperator Justinianus in S. I. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Quibus ipsis equidem duo juris gentium principia exprimuntur, (1) ratio, quæ ut causa efficiens proxima dicitur gentilibus hoc tale esse pro jure observandum in genere humano, (2) usus gentium, sive ut illud ipsum à gentibus pro jure actu sit receptum, ubi ergo vel usus est sine ratione, vel ratio sine usu gentium, tunc aliquid Juris Gentium esse, deficiente videlicet alterutro illo requisito, dici non potest. Hugo Grotius vir de hac parte juris præclare meritus, talem exhibet juris gentium definitionem, ut sit illud, quod gentium omnium aut multarum voluntate vim obligandi accepit, *vid. l. 1. de Jur. Bell. & Pac. c. 1. num. 14.* ubi primò extra controversiam est, sufficere plerarumque gentium consensum & imprimis cultiorum; neque enim, si qua gens admodum barbara sit & fera, ut pacta nulla vel jura colenda existimet, sitque propè ab omni consortio humanitatis aliena, cujusmodi ante navigationem Columbi & ducentos annos videntur fuisse Indi Occidentales, & hodiernum esse incolæ promontorii Africæ, quod vocant Bonæ Spæi, non inquam, si qua gens tam fera sit tamque inhumana, ut quasi

nullo jure vivat, ob eam causam Jus Gentium cæteris à rectâ ratione dictatum & usu ipso firmatum, minus est Jus Gentium, atque ita sine dubio Justinianus Imperator, Ulpianus item & Gajus Jureconfulti in præcitatâ locis intelligendi sunt, dum docent Jus Gentium apud omnes peræquè custodiri, sc. apud quas gentes vel quibus aliqua existunt humanitatis commercia: quod porro Grotius in dictâ definitione addit vel requirit, ut jus istud vim obligandi acceperit voluntate gentium, in effectu idem esse arbitror cum secundo illo Juris Gentium principio, tum quia omne jus quâ tale includit vim obligandi, est enim *Jus in genere nihil aliud quam dictamen recte rationis obligans ad sui observantiam propter auctoritatem & voluntatem ferentis vel sancientis*, hoc ipso igitur, quo in præmissis descriptionibus, Juris Gentium natura exprimitur, non potest quoque non inclusa esse illa, quam desiderant Grotiani, gentium obligatio, tum vel maxime, quod usus hujus juris sit Index voluntatis gentium, quam ubique non scriptis expressis, sed factis atque exercitio declarant, adeoque dum hoc vel illo in negotiis jure utuntur, non possunt non simul velle ut obliget, quod equidem assertum aded est evidens, ut nec ipse Grotius ab eo sit alienus, dum l. c. docet, Jus Gentium probari usu & peritorum testimonio, rectè, possunt enim periti de ratione dictante Jus Gentium testimonium præbere, usus autem de voluntate populorum tacitâ

citâ, quæ certè sunt ipsa illa duo Jus Gentium genuina principia. Ex quibus apparet definitionem Juris Gentium à Grotio relictam, verbis magis, quàm re ipsâ differre ab eâ, quam ex Jure Romano explicavimus, unum tamen superest, quod scrupulum facere videtur, videlicet Grotium ad explicandam intimam naturam Juris Gentium, non qualicumque vi obligandi contentum esse ex voluntate gentium profectâ, sed talem requirere quæ sit mutua, ita enim hanc rem explicat *lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. c. 3. n. 5. & lib. 3. c. 1. num. 8.*

7 Secundùm quæ dicendum est ad mentem Grotii, non esse aliquid Juris gentium sine mutuâ isthac obligatione, & quidem ex pacto, quamvis aliàs à ratione dictatum fuerit, & etiam pro jure receptum à gentibus, esse enim hoc ipsum, inquit ille, potius Jus Civile plurium civitatum distributum, quod à singulis tolli possit, idem ferè sentit Dn. Puffendorf *de Jur. Nat. & Gent. lib. 2. c. 3. §. 22.* ubi ait; pleraque, quæ apud Jureconsultos Romanos aliòsque ad Jus Gentium referuntur, puta circa modos acquirendi, contractus & alia, vel ad Jus Naturæ pertinere, vel ad Jus Civile singularum Gentium, idque ex eodem defectu conventionis aut mutuæ obligationis; per accidens enim evenire, ut Legislatores illi diversarum Resumplicarum tali casu inter se conspirent; hinc & Seldenus *de mar. claus. lib. 1. c. 3.* hoc tale Jus tanquam improprie dictum Jus Gentium non absolute sic

vocat, sed cum additamento: *Jus Gentium domesticum.* Quicquid ta men sit, conventio certè & mutua isthac obligatio segregare non potest Grotianam Juris Gentium definitionem ab eâ quæ in Jure Romano habetur; nam primò non est subintelligenda conventio mutuæ obligationis expressa, sed sufficit tacita, quæ juxta prædicta satis potest colligi ex recepto usu gentium; deinde in descriptione Juris Gentium Romanâ indeterminate dicuntur gentes uti isto Jure; ergò hic usus tanquam fundamentum voluntatis gentium non magis est restringendus ad solos cives unius Reipublicæ, quàm in descriptione Grotii vis obligandi ex voluntate gentium, quippe quæ similiter indeterminate posita est & sine expressâ mutuæ obligationis qualitate, v. g. jus postliminii, item jus fœderis quatenus nititur mutuâ obligatione gentium, nititur quoque mutuo usu, ut testes sunt Pomponius & Proculus *in l. postliminii §. 1. & in l. non dubito ff. de capt. & postlim. idemque in similibus,* cur non igitur paratione liceat intelligere usum hujus juris mutuuum inter gentes earumque cives, sicut Grotius intellexit voluntatem mutuæ obligationis, nihil planè est quod repugnet; nec reponi potest Jurisconsultos Romanos aliosque non sic intelligere, cum aliena præsertim in materiis modorum acquirendi & contractuum ad Jus Gentium referant, quia respondeo cum Grotio *in d. n. 8.* Jus Gentium non accipi uno modo, atque aded si

Joti ad Jus Gentium referunt ali-  
 quid, quod ab eo alienum est uno  
 sensu, non tamen statim alienum erit  
 altero quoque sensu, prout Grotius  
 ipse fatetur *d. l.* & clariùs patebit ex  
 subsequenti capite. Interim ex ha-  
 10 tenus dictis constare poterit, Jus  
 Gentium magnam habere conven-  
 nientiam cum Jure Naturæ, item  
 cum Jure Publico & politicâ disci-  
 plinâ, à singulis tamen pro diversâ  
 acceptione rursus differre, & quidem  
 quod Jus Naturæ attinet & Gen-  
 tium, utrumque descendit ex eodem  
 fonte rationis naturalis nobiscum  
 congenitæ, quæ nihil hîc aliud est,  
 quàm *intellectus practicus ad principia  
 moralia reflexus, quorum luce ostendit vel  
 hominibus ut singulis vel gentibus, quid  
 ad meliorem vitam ductum, ut honestum &  
 justum, agendum, quidve contra, ut inhone-  
 11 stum & injustum, fugiendum sit,* & hæc est  
 Juris illa Naturæ & Gentium con-  
 venientia; differunt tamen in modo  
 proveniendi, nam Jus Naturæ de-  
 scendit immediatè à ratione natura-  
 li, Jus autem Gentium mediante  
 gentium exercitio, cui plerumque  
 diversus status & conditio humanæ  
 vitæ causam procatarteticam dede-  
 runt, quod & declarat Justinianus  
*Imp. in S. 2. Inst. de Jur. Nat. Gent. &  
 Civ.* verum hæc quoque differentia  
 prout ex dicendis cap. proximo ap-  
 parebit, non nisi pro diversâ Juris  
 Naturæ & Gentium significatione  
 intelligenda venit; quin & alia ha-  
 betur in Jure Civili inter Jus Natu-  
 ræ & Gentium expressa differentia,  
 videlicet quoad actus & objecta, dum

illud eo sensu comüne esse cum brutis,  
 hoc verò solis hominibus inter  
 se, perhibet Ulpianus *in d. S. fin.* &  
 cum eo Justinianus *in princ. d. 1. de Jur.  
 Nat. &c.* quamvis hanc differentiam  
 Grotius & moderni Juris Gentium  
 scriptores non agnoscant, quâ de re  
 cap. seq. præterea convenit Jus Gen-  
 12 tium cum Jure Publico & Politicâ,  
 quòd quàm maximè proposita ha-  
 beat Jura Majestatis, veluti belli, pa-  
 cis, fœderum, &c. circa quæ etiam  
 versantur Jus Publicum & Politicâ,  
 quanquam diversimodè, nam in hoc  
 invicem differunt, quòd Jus Gen-  
 tium consideret hujusmodi jura su-  
 perioritatis generaliter & in actu si-  
 gnato ut loquuntur, Jus verò Publi-  
 cum in actu exercito sive cum restri-  
 ctione ad certam aliquam Rempu-  
 blicam, e. g. si loquimur de fœdere  
 defensivo per se, deque ejus requisi-  
 tis & effectu, quæstio vel materia est  
 Juris Gentium, si verò consideramus  
 jus hujusmodi fœderis, in Imperio  
 Romano Germanico, jam tractatio  
 est Juris Publici, & idem in similibus;  
 fit tamen sæpè, ut id genus quæstio-  
 13 nes sint quodammodò mixtæ & in  
 principia Juris tam Publici, quàm  
 Gentium incurrant, quoties nimi-  
 rum Gentium negotia invicem di-  
 sceptantur respectu publicæ authori-  
 tatis, & hæc in controversiam voca-  
 tur, ab unâ convenientium parte; fit  
 loco exempli celebris illa pax Cap-  
 dina, de cujus validitate olim inter  
 Samnites & Romanos acris conten-  
 tio fuit, illis pacem istam valere affir-  
 mantibus, quòd à Spurio & Veturio



consulibus Romanis publico nomine inita esset, his vero negantibus, quoddam injussu populi Romani, penes quem tunc in illa Republica summa erat potestas, facta fuerit; talis quoque fuit altercatio inter legatos Romanos & Senatores Carthaginenses de foedere Amilcaris; an Carthaginensium Resp. ex eo obstricta fuerit nec ne; & hodiernae huc pertinere videntur quaestiones de foederibus, de neutralitate statuum Imperii ac  
 14 similes aliae. Caeterum differentia, quam inter Jus Gentium & Publicum assignavimus non pariter obtinet inter Jus Gentium & Politicam, nam haec disciplina Jura Majestatis etiam generaliter vel sensu irrestricto proponit, sed differunt tamen aliter in se, prudentia enim civilis in publicis actibus non considerat praecise vinculum Juris, ut Jus Gentium, sed commoditatem Reipublicae, num expediat hoc tempore contra hos vel illos hostes bellum movere, aut cum illis pacem facere; in hujusmodi negotiis qui sciunt Regi vel Principi suo consulere, quid in rem sit, Politici dicuntur; optimum vero est si in publicis consiliis ministri statim utrumque jungant, sc. & causae publicae justitiam, & prudentiam civilem animique sagacitatem. Hoc amplius alia quoque differentia reddi potest, nam prudentia civilis expresso explicat civitatem ejusque partes, velut societatem conjugalem, patriam, dominantem, ex quibus civitas coalescit, tum quoque formas Rerumpublicarum, veluti Monar-

chiam, Aristocratiam, Democratiam, &c. demonstrat, de quibus eleganter Polyb. lib. 6. *histor.* ait verò Jus Gentium de his similiter non agit, sed praesupponit in Regum gentiumque negotiis aliquam ex utraque parte Reip. formam. Ex quibus hunc in  
 15 modum deductis, pauca quasi corollaria colligi possunt (1) quod Jus Gentium hodiernum queat introduci novum, & vetus recentiore Jure Gentium certis in passibus mutari, est enim hoc Jus ex praemonstratis revera consuetudinarium, quippe usibus gentium firmatum, sicut ergo consuetudo civilis recentior corrigit consuetudinem civilem antiquiorem, si contraria sit *l. de quibus ff. de ll.* ita consuetudo gentium recentior, (par enim ratio est) tollere quoque debet antiquiorem gentium consuetudinem, quatenus est contraria, praesertim quia conditio humanae vitae saepe variat, pro qua varietate recta ratio causam invenit, ut aliud & aliud Jus Gentibus dicitur, ita v. g. servitus captorum in bello prisco jure introducta, mitiore consuetudine gentium Christianarum, exolevit, & 16 idem in similibus, quinimò etiam id quod fuit juris positivi ac civilis, non est absurdum asserere, fieri posse Juris Gentium, si nimirum accedat ex usu Gentium consensus invicem obligatorius, exemplum perhibent hodie ferè esse corpus Juris civilis Justinianicum, ex quo in plarium gentium mores abiit, ut eo tam inter civis quam exteròs utamur, pro norma in dirimendarum controversiarum

rum, saltem quatenus leges regno-  
rum ac provinciarum speciales non  
17 repugnant. Collige(2) Jus Gentium  
non uno vel altero actu statim intro-  
duci, sed tractu temporis & usu quo-  
dam continuo, uti vult Grotius *in d.*  
*n. 14.* ubi commendat annalium scri-  
ptores, quòd multum operæ conse-  
rant ad explicandum Jus Gentium,  
quæ sententia omninò est intelli-  
genda de Jure Gentium dubio, tunc  
enim solemus recurrere ad usum tem-  
poris antè acti, ut fieri solet similiter  
in casibus jure positivo dubiis *l. si de*  
18 *interpretatione ff. de ll.* ast ubi Jus Gen-  
tium clarum est & indubitatum, su-  
pervacua erit annalium evolutio, in  
claris enim cessant conjecturæ *text.*  
*& dd. in l. pediculis S. 2. ff. de aur. arg. & c.*  
*leg. v. g.* locum esse postliminio, te-  
neri successorem regni ex pace con-  
ventâ antecessoris, Legatos esse in-  
violabiles, & quæ sunt similia, non  
19 indigent utique demonstratione an-  
tiquitatis tanquam in se clara, quin  
etiam in dubiis quandoque ex scri-  
ptoribus annalium antiquis parum  
subsidiij parumque lucis accipere pos-  
sumus pro declarando gentium jure,  
si fortè sint ipsi inter se varii ac di-  
screpantes, certè expedit, præprimis  
etiam usum gentium recentioris ævi  
attendere, quippe qui ceteris paribus,  
ut jam diximus, possit antiquo Juri  
Gentium derogare, quem in finem  
Guicciardini, Sleidani, & Augusti  
Thuani historias commendabiles  
esse putamus, tum Acta publica Lun-  
dorpïi, Diarium Europæum & id  
genus similia scripta, quibus Regum

gentiumq; inter se congressus, bella,  
pacificaciones, fœdera eorumque oc-  
casiones & circumstantiæ literis sunt  
consignata. Verùm ex his difficilis 20  
emergit quæstio, quantum sc. tempus  
& quot actus requirantur ad introdu-  
ctionem Juris gentium ex usu Regum  
& populorum? idem, ut constat etiam  
de consuetudine civili, quæritur:  
ubi. dd. alii duos actus, alii pro ju-  
diciis arbitrio plures requirunt, item  
nonnulli decennium alii amplius  
tempus, quidam tanquam in re inde-  
cisâ judici arbitrarium statuunt,  
quam sententiam recentiores ple-  
rumque sequuntur. *Vid. Menoch. de arb.*  
*jud. quæst. lib. 2. cont. 1. cas. 81. n. 4. & cas.*  
*83. n. 6.* sed nostris terminis res est ad-  
huc difficilior, quia non datur copia  
judicis inter Reges & populos supe-  
riorem non recognoscentes, quid er-  
go in dubio dicendum? Puto bre- 21  
viter: si omnes gentes aut pleræque  
vel semel tantum exercuerint talem  
aliquem actum, pro jure quantum-  
cunque temporis tractum vel inter-  
vallum medium sufficere ad introdu-  
ctionem juris gentium in isto arti-  
culo, atque aded absolute quidem re-  
quiri plures actus pro numero gen-  
tium, relative verò ad singulas gen-  
tes sufficere unicum, v. g. si quid se-  
mel in materiâ pacis aut fœderum  
distante ratione pro jure observatum  
sit inter Romano-Germanicum Im-  
peratorem & Turcicum, inter Hispani-  
æ & Galliæ Reges, inter Britan-  
nos & Batavos, inter Suecos & Da-  
nos &c. nihil obstat, quòd minus dica-  
mus, id ipsum esse Juris Gentium,  
unde

22 unde sunt conjungendi actus illi ad perficiendum Jus Gentium, aliter enim inextricabili difficultati natura hujus Juris erit implicata, si singulas gentes cum cæteris velimus talem aliquem actum sæpius exercuisse, ex quo simul sequitur, Grotianam sententiam paulò antè relata, quòd sc. Jus Gentium usu continuo probandum veniat, esse cum grano salis accipiendam, nimirum ita, ut non probari debeat fortè per aliquot secula vel immemorabile tempus usus uniformis omnium gentium, sed sufficiat omnium vel plurium gentium usum sanæ rationi conformem demonstrare, jam enim erit præsumptivè probatum esse Jus Gentium, quod tale sit, & alteri qui contrarium defendere volet, incumbet onus probandi usus contrarii, postea subsecuti, nec satis est, si, cum constet de tali usu gentium anteriore continuo, ostendat alter unius vel alterius gentis usum contrarium in mutuis negotiis, nondum sc. hoc ipso Jus Gentium illud mutatum probasset, nisi demonstrasset omnium vel plurium

gentium consensum contrarium, quia sicut Jus Gentium à paucis gentibus non introducitur, ita rectè introductum, nec paucarum usu contrario solvitur vel mutatur, juxta regulam: *secundùm naturam ff. de Reg. Jur.* in ratione naturali fundatam. Denique etsi secundùm hætenus dicta Jus Gentium consuetudine & observantiâ Regum populorumque magis niti soleat, tamen non absolute dixerim, esse de essentiâ ejus, ut sit consuetudinarium, ac possent gentes etiam expressè convenire, ut hoc vel illud in genere humano observetur pro jure, inter Reges & populos liberos, eorumque cives vel subditos, quod fortè in casibus emergentibus multas litigandi, ac Jus Gentium in malum sensum detorquendi, occasiones præriperet, sed tales gentium communes leges expresso consensu firmatas nondum vidit orbis, neque forsàn videbit, quousque placuerit ferro potius & armis negotia Regum & populorum, quàm æquitate & justitiâ dirimere; ac de Jure Gentium in genere hætenus.

24

## C A P. II.

DE DIVISIONE JURIS GENTIUM  
EJUSQUE OBJECTIS.

## SUMMARIÆ.

Num. 1. *Juris Gentium distinctio in primævum & secundarium, quæq; contra eam objiciantur.* 2. *Propugnatio hujus distinctionis.* 3. *Jus Gentium certo sensu potest dici Jus Natura.* 4. 5. & 6. *ejusrei præterior*

*serior deductio.* 7. & 8. *Juris Natura diversa significaciones declarantur.* 9. *Quo sensu Aristoteles, Grotius & Cri loquantur de Jure Natura.* 10. *Actus cum brutis communes & hominum proprii num differentiam Juris Natura faciant.* 11. *Actus ex gradu anima sensitiva procedentes, quinam ad Jus Natura pertineant.* 12. & 13. *Solvuntur rationes contra dictam Juris Gentium distinctionem adducta.* 14. *Juris Gentium primævi objecta.* 15. *Juris Gentium secundarii objecta.* 16. *Juris Natura actus cur hic sine deducti?*

1 **C**ommunis est Doctorum sententia maximè veterum, Jus Gentium dividi in primævum & secundarium, quorum illud distante ratione jam inde ab origine rerum conditarum, hoc verò postea usu & necessitatibus humanæ vitæ exigentibus natum sit, ab hac autem opinione multi ex recentioribus, ut Conanus *lib. 1. comment. c. 5. n. 3. & 8. aliis;* quos refert Pinell. *de resc. vend. p. 1. c. 1. n. 12.* secessionem fecerunt, qui censent, Jus illud Gentium primævum reverà esse naturale, nec rectè dici Jus Gentium, ed quodd à ratione naturali proficiscatur & jam tunc extiterit, cum genus humanum in gentes nondum fuerit discretum; cui accedat, quodd incongruum videatur Jus distinguere secundum tempora & ætates, ut si quis Jus Civile aliud primævum aliud secundarium asserere velit; Verùm hæc & similes rationes tantiponderis non sunt, ut Jus Gentium primævum prorsus exterminent, vel præmissam divisionem ex fundamento subvertant, quam ex recentioribus retinent Zaf. *ad tit. ff. de just. & jur. num. 11. & seq. Bicc. in Coll. Jurid.*

*Argent. encl. ad tit. ff. de just. & jur. n. 9. Bus. ad. l. 1. S. fin. n. 2. & 3. ff. d. 1. & Fransk. ibid. n. 121. qui tamen n. seq. iterum fluctuat.* Fundamentum autem propugnandæ hujus divisionis ex eo desumi potest, quodd non tantum secundarium, sed & primævum Jus Gentium, reverà participet requisita Juris Gentium superiori capite exposita, descendit enim à reatà ratione naturali, ut concedunt omnes, & est usu gentium pro jure receptum. Ergo est verum Jus gentium; jam cum confessione omnium Jus secundarium etiam sit Jus Gentium, utique subsistet communis isthæc doctorum divisio; Neo obstat, quodd Jus Gentium primævum potius videatur Jus Naturale, tanquam descendens à ratione naturali merà, sive simplici ut vocant, quoniam non est absurdum, suo sensu, Jus Gentium dicere jus Naturæ; Aristoteles certè *5. Ethic. c. 6.* bimembrem tantum juris expressit divisionem, ut aliud sit τὸ ἀνάγκης δίκαιον, quod nos vocamus jus naturæ, aliud τὸ πολιτικὸν δίκαιον, sive Jus civile, quam divisionem cum probet Grotius ut optimam, *lib. 1. de Jur.*

*Jur. Bell. & Pac. c. 1. n. 9.* non video certè rationem, cur propterea jus gentium primævum velimus negare, verum jus gentium, quod fit & dici possit suo sensu jus Naturæ, nam & jus gentium secundarium, ex consequentia hujus bimembris divisionis necessariò debemus complecti sub jure naturæ, quia sc. pro jure civili haberi nequit, quanquam, ut est in confesso, sit & maneat indubium ac verum jus gentium valdè distinctum, ut concedit ipse Grotius à jure merè civili, hinc Hobbes. *de civ. c. 24.* legem naturalem distinguit in legem naturalem hominum & civitatum, quam hæc fit, quæ vulgò appellatur jus gentium, cui assertioni etiam subscribit Dn. Puffendorff. *lib. 2. de jur. nat. & gent. c. 3. §. 22.* Quæ cum ita sese habeant, apparet liticulam hanc circa jus gentium primævum magis esse de nomine, quàm de re, nam secundùm præmissa negare non possunt contrariæ sententiæ assertores, communem aliquem dari conceptum, sub quo utrumque illud jus, & quod vocamus jus gentium primævum, & quod secundarium, immediatè comprehendatur, ita tamen ut jus civile aut positivum non includatur; sive igitur generalem illam notionem cognominemus jus vel legem naturæ sc. à ratione naturali, tanquam à principio radicali, ac cum Hobbeso dividamus in legem naturæ hominum & civitatum; sive jus gentium ab exercitio gentium tanquam principio usuali, & cum Jurisconsultis ex communi sen-

tentià dividamus in jus gentium primævum & secundarium, res in effectu eodem redibit, quod etiam haud obscurè innuit Covarruvias *in relect. c. peccatum part. 2. §. II. n. 4. de Reg. Jur. in 6.* & Aug. Barbosa *in can. jus gentium dist. 1.* ubi cum n. 2. post alios diversa contra jus gentium primævum attulerit argumenta, mox n. 3. & 4. subjungit, duplex dari jus gentium, aliud quod propriè naturale sit, vel à ratione naturali absolute constitutum, aliud quod non ratio naturalis (sc. absoluta) sed gentes necessitatibus exigentibus sibi constituerint, quod quid aliud est, quàm fateri idem jus & gentium & naturæ esse ac dici posse diverso considerationis respectu? Neque obstat *d. l. 1. §. fin. ff. d. l. 7* ubi jus gentium à jure naturæ clarè secernitur, quoniam respondetur, ipsum quoque naturæ jus non uno modo accipi, interdum enim sumitur generaliter pro omni jure, quod à rectà ratione naturali provenit, absque positivâ aliquâ legislatione, quo sensu accipit Aristoteles in relatâ divisione juris generalissimè accepti, ibi etenim omne jus est jus naturæ, quod non comprehenditur sub jure legitimo, sive aliàs in specie vocetur jus naturæ sive jus gentium, interdum specialiter pro eo jure, quod à ratione naturali præcisè profuit, & opponitur tam juri legitimo vel positivo, quàm juri gentium, quod quidem etiam à ratione naturali provenit, non tamen præcisè, sed ex post facto demum & respectu conditionis ac necessitatum in humanâ

vitâ emergentium, atque ita in op-  
 positione ad jus gentium, utitur vo-  
 cabulo juris naturæ Grot. *lib. 3. de*  
 8 *Jur. Bell. & Pac. c. 1. in princ. & vulgò*  
 etiam discipuli ejus. Denique tertio  
 jus naturæ specialissimè significare  
 solet, illud tantùm jus, quod à ra-  
 tione naturali dictatur, circa actus  
 nobis cum brutis communes, ut de-  
 clarant Covarruv. *d. l. & ante eum*  
*Card. à Turrecremata, in d. can. jus*  
*Gentium*, estque hæc acceptio vulgaris  
 in jure Romano, & propterea licet in  
 tertiâ hæc significatione jus gentium  
 non sit jus naturæ, quo sensu sine  
 dubio loquitur de utroque hoc jure  
 Ulpianus *in d. l. 1. §. fin.* generaliter  
 tamen intelligendo & in primâ si-  
 gnificatione nihil impedit, cur non  
 idem jus & gentium & naturæ jus  
 9 dicamus. Ex quibus apparet JCtos  
 strictiùs uti vocabulo juris naturæ,  
 quàm Grotius utitur, cujus est im-  
 primis secunda isthæc significatio, &  
 Grotium strictiùs rursus quàm Ari-  
 stoteles accipit, cujus rei causa est,  
 quia Jurisconsulti discernunt actus  
 juris naturæ, secundùm gradus, quo-  
 rum aliqui sunt, qui ex gradu sensi-  
 tivo prodeunt, cum quodam appe-  
 titu & instinctu naturali, adeoque in  
 brutis quoque animantibus repe-  
 riuntur, aliqui verò ex solo gradu ra-  
 tionali procedunt, sine naturæ sen-  
 sitivæ inclinatione simili; hi consti-  
 tuunt objectum juris gentium præ-  
 cisè, illi verò juris naturæ, quos equi-  
 dem actus, cur ita distinguere & inde  
 diversa jura inferre liceat, nihil est,  
 10 quod repugnet; Grotius quidem

*d. l. 1. c. 1. n. 11. circa fin.* causatur: ni-  
 hil referre ad juris ipsam naturam,  
 sit ne actus, de quo jus naturæ con-  
 stituit, nobis communis cum aliis  
 animantibus, ut prolis educatio, an  
 nobis proprius, ut Dei cultus: sed  
 dabit veniam dissentiendi: quis enim  
 nescit, facultates & habitus sumere  
 suam specificationem ab objectis cir-  
 ca quæ versantur, & peculiari confi-  
 deratione eorundem, si ergo actus,  
 circa quos tanquam circa objecta ver-  
 satur jus naturæ, in generaliore signi-  
 ficatione, non sunt unius rationis,  
 sed diversimodè se habent, & quidem  
 quatenus objecta sunt, dum in aliis  
 agimus conjuncto naturæ sensitivæ  
 instinctu, quod justum est, in aliis ali-  
 ter, cur non exinde jus naturæ secer-  
 nere liceat rectissimè, in naturale  
*ναὴ ἐγγύειν* tale, quod tam à ratione,  
 quàm instinctu naturali hominibus  
 dictatur, id quod JCti vocant jus na-  
 turæ; & naturale vulgò sic dictum,  
 quod sc. à ratione naturali, non verò  
 ab instinctu naturæ sensitivæ pro- 11  
 venit; notandum tamen hic est, in-  
 stinctum illum naturalem subesse de-  
 bere dictamini rectæ rationis ad hoc,  
 ut homo talem instinctum actibus  
 suis sequens, justè se gerat, ac juri  
 naturæ conformiter, hinc sub obje-  
 cto hujus juris non promiscuè  
 comprehenduntur omnes actus ab  
 appetitu vel instinctu sensitivo pro-  
 deuntes, sed illi tantùm, in quos  
 cadit aliqua justii vel injustii, ho-  
 nestatis vel turpitudinis ratio, qui  
 verò sunt merè naturales, ut sedere,  
 stare, currere, dormire, vigilare, ad

objectum juris naturæ non pertinent, unde multò minus ed referri poterunt actus ex gradu vegetabili, ut nutritio, augmentatio &c. prodeuntes. Quibus hætenus discussis, difficile non est rationibus contra jus gentium primævum supra adductis respondere, ad primum enim jam patet ex deductis, idem jus & gentium & naturale esse ac dici posse sano sensu; ad secundum responderetur non esse inconveniens, ut jus gentium primævum sit jus gentium, & tamen extiterit antequam gentes discernentur, quia non origine sed approbatione est jus gentium, quæ approbatio ex consensu gentium vim obligandi, quamvis jam antea ex dictamine rationis naturalis obligaverit, reverà tribuit, atq; aded qualitatem juris gentium indidit, aut potius simplici juri naturæ superaddidit, exemplo juris civilis, cui interdum aliquid debet originem, cum respectu approbationis possit adscribi juri prætorio, ut

13 bonorum possessio ex lege juxta *l. un. ff. ex ll. sci. &c.* rationem tertiam contrariam, quod attinet, præsupponit ea, falsam hypothesin, quasi sc. divisio juris gentium in primævum & secundarium, desumpta sit tantum ab ætatibus diversis; nam licet id præ se ferant nomina, res tamen ipsa aliter se habet, quia jus gentium primævum à ratione naturali provenit simpliciter, secundarium verò intuitu conditionis ac necessitatum vitæ humanæ, hoc est, quod alij dicunt primævum à ratione naturali simplici, secundarium verò jus gen-

tium à ratione naturali composita originem trahere. Hætenus de juris gentium divisione; videamus nunc paucis & velut in schemate, objecta: 14

ea, quatenus ad primævum jus gentium sensu Grotiano naturale dictum pertinent, geminà facie apparent, quædam enim communia sunt cum brutis, ut maris & fœminæ conjunctio, sobolis procreatio & educatio ac defensio sui contra vim; quædam hominibus propria, ut religio erga Deum, obsequium erga parentes & patriam, dominiorum distinctio & originaria acquisitio, obligationes ex contractibus atque conventionibus hominum; ista verò 15

quæ ad jus gentium secundarium, Grotio simpliciter ita appellatum, referri debent, permulta sunt, ut discretio humani generis in varias gentes, origo regnorum, eorundemque termini ac modi acquirendi, bellum, pax, induciæ, fœdera, legationes, captivitates, servitutes, manumissiones, postliminia, jura neutralitatis, victoriæ, aliæque conventiones ac sponiones publicæ, inter Reges & Principes vel Resp. liberas fortè circa commercia, telonia, proventus aut alia negotia initæ, de his vel similibus actibus loquuntur Ulpianus in *l. manumissiones*, & Hermogenianus in *l. ex hoc jure ff. de just. & jur.* nec non Gratianus in *d. Can. jus gentium*, ubi tamen actus istos promiscuè referunt, tam qui ad jus gentium primævum, quàm qui ad secundarium pertinent, unde & à modernis juris gentium Doctoribus plerumq;

16 vapulant; quòd ea, quæ juri naturæ potius quadrant, retulerint ad jus gentium. Ac licet actus nobis cum brutis communes, pertineant ad jus naturæ, non tantùm opinione Grotii, sed etiam Jurisconsultorum, ut propterea in præsentî tractatu, de jure gentium, inscripto, existimare quis possit, eos insuper habendos fuisse, tamen illos quoque non omitten-

dos duxi, sive quòd sub latiori juris gentium vocabulo æquè venire possint, sive quòd saltem habeant magnam (si quis omninò segregandos putet) cum cæteris juris gentium actibus confinitatem, propterea omnis ambagibus jam ad speciem descendendum, ac de recensitis actibus & similibus differendum erit ordine.

## CAP. III.

## DE JURE CONNUBIORUM.

## SUMMARIÀ.

*Num. 1. Actus juris natura duplicis generis. 2. Ratio instituti matrimonii ex jure natura. 3. Instantia. 4. ejus solutio. 5. Inclinatio hominum ad societatem conjugalem à Deo indita. 6. Matrimonii quatuor requisita de jure natura & gentium. 7. Sodomia repugnat juri natura & qua ejus pena. 8. Pubertas jure natura non habet determinatum tempus, secus jure positivo. 9. Varia pubertatis tempora in diversis nationibus pro diversitate regionum & climatum. 10. Princeps potest aliud tempus statuere nuptiis, vel etiam si persona antè habiles sint dispensare. 11. 12. & 13. Senum veterarumq; nuptia lege Juliâ Papiâ quondam certo modo prohibita, num jure natura permissa. 14. Facultas generandi non requiritur præcisè de jure natura ad matrimonium. 15. Naturalis impotentia ad concubitum obstat matrimonio. 16. Consensus matrimonialis declaratur, 17. Pacta, de quibus loquitur text. c. fin. extr. de cond. appof. tollunt consensum conjugalem. 18. Sarcenorum uxores mercede conductæ, sunt nomine solo tales, reverè autem meretrices. 19. Divortia quatenus jure natura vel gentium permissa. 20. Sub nomine mœchus quo Christus Salvator mittitur, intelligi potest malitiosa desertio. 21. Praxis circa separationem conjugum. 22. Causa legis Theodosiana num jure natura sat evidentes. 23. & 24. Separatio conjugum quoad torum & men-*



*mensam, an juri natura conveniat nec ne? 25. 26. & 27. Num jure natura permissum, matrimonia communi conjugum consensu dissolvere. 27. & seq. usq; 38. An polygamia juri natura repugnet nec ne? 39. usq; 42. An jure natura vel gentium, consensus parentum sit necessarius in nuptiis liberorum? 43. Nuptia incestuosa in lineâ rectâ qua sint? 44. usq; 49. An jure natura vel gentium in tali lineâ nuptia in infinitum prohibita? 50. Nuptia in lineâ transversâ, quatenus jure natura gentiumve illicita? 51. & 52. An casus matrimonii jure divino positivo prohibiti dispensabiles? 53. 54. & 55. Quid de nuptiis in secundo vel tertio affinitatis genere inter personas respectum parentum & liberorum habentes.*

**A**ctus quos homini ratio naturalis dicitur, & simul instinctus naturæ, sunt duplicis generis, à fine sc. gemino, in quem natura eos dirigit: nam vel tendunt ad conservationem generis humani, vel ad conservationem hominis in individuo; prioris generis actus sunt maris & feminae conjunctio, sobolis procreatio & educatio, cum enim singuli homines mortalitati sint obnoxii, providit Sapientissimus rerum Opifex, Deus T. O. M. damnus decedentium generatione novorum hominum, ne species deficiat, subinde rependendum fore; itaq; instituit conjunctionem maris & feminae, quam matrimonium appellamus, cujus virtute iste finis perficeretur; quod si quis objiciat, matrimonium institutum fuisse juxta sacras literas adhuc in statu integritatis. *Genes. 1. 7. 27. & 28.* jam cum status iste fuerit expertus mortalitatis, non rectè dici matrimonium tendere ad conservationem speciei, sive ad vindican-

dum genus humanum ab interitu, sed potius ad simplicem ejus multiplicationem, juxta illud: *crescite & multiplicamini in d. vers. 28.* huic, si etiam immortalitatem hominum in statu innocentiae planè præsupponamus, respondendum est, divinæ providentiæ oculos clariores esse, quàm ut præsentia tantum inspiciant, hoc idem igitur institutum matrimoniale, quod ex primâ intentione & respectu statûs integritatis, minimè necessarium fuisset ad sublevationem mortalitatis individuo-  
rum, fuisse tamen ad hunc eundem scopum necessarium ex secundâ intentione & respectu statûs corruptionis, quem Omnipotens rerum Conditor infinitâ suâ sapentiâ prævidebat proximè successurum, ac ne homines vel procreationem sobolis prorsus omitterent, vel prolem generatam insuper haberent atque negligerent, Sapientia divina huic rei prospexit partim inclinatione hominis ad conjugalem societatem, partim natu-

naturali liberorum amore, quem *agylw* vocamus; isthæc inclinatio hominum ad res venereas, non incitamento sed fræno indiget, & quæ sic inordinata, quæ excessiva non equidem legi divinæ convenit, dirigitur tamen à Deo ad finem bonum, sc. humani generis propagationem; de posteriore actuum genere collimantium sc. ad conservationem hominis in individuo est defensio sui contra vim, de quâ infrâ suo loco, hoc verò capite de connubio sive matrimonio dicendum est, habitâ ratione ad jus naturæ vel gentium, quo sensu ad matrimonium quatuor requiruntur, sc. sexus, pubertas, consensus personarum contrahentium & conjunctionis honestas: sexus, quia matrimonium est viri & mulieris conjunctio, unde omnes concubitus, qui fiunt inter personas ejusdem sexus, ipso jure naturæ gentiumque, ut & divino sunt detestabiles, & alieni prorsus à fine matrimoniorum, cum inde nulla subsequi possit generatio, quo etiam sine dubio ex eadem ratione referri debent abominabiles concubitus hominum cum brutis, quales foedissimæ commixtiones vulgò nomen habent Sodomiticum, licet in legibus Romanis illæ, quæ exercentur inter masculos, veniant communis nomine stupri *l. qui domum in princ. l. stuprum S. 1. ff. ad L. Jul. de adult. & pœnam gladii isto jure promereantur l. cum vir. C. eod.* Sed sanctio Carolina secuta legis divinæ justissimam severitatem *art. 116.* huic tanto facinori pœnam dicitur

vivicombustionis; pubertas porrò five ætas habilis jure naturæ desideratur ad matrimonia, quia sine illâ finis prædictus obtineri nequit; quo autem anno ætatis pubertas circumscribatur, jure naturæ determinatum non est, sed jura civilia in masculis decimum quartum annum ætatis, in foeminis duodecimum expletum ad nuptias sufficere statuerunt, quod tempus, uti populis Europæis & maximè Septentrionalibus maturum valdè est, aded ut ipse Justinianus Imperator *in Nov. 100. c. 2.* citiores nuptias putet, quæ decimo quinto anno contrahuntur: sic aliis nationibus, cum primis Indis & finitimis aliquantò serius justo videri queat, si vera sunt, quæ de iis referunt, quod sc. in istis orbis partibus tum masculi tum foemine, pro caliditate climatis, maturrimas nuptias contrahant, *vid. Linschott. p. 2. d. Orient. Ind. c. 36.* quæ res uti naturæ legibus non repugnat, si modò tam masculus quàm foemina, jam tunc reverè ex pubertate habiles sint, ita si, quod idem auctor *d. l.* indigitare videtur, quandoque ex pòst facto demum foemina jam nuptui elocata per ætatem fiat nubilis, nuptiæ istæ ante ætatem acceleratæ ex defectu finis neque de jure naturæ pro vero matrimonio habendæ videntur: unde sequitur cum tempus connubiis præstitutum sit jure positivo, quod possit Princepsam legem vel tollere, aliud tempus circa nuptias statuendo, pro regionum & climatum conditione, incolarumq; citiore aut tardiore pubescentiâ,

scientiâ, vel etiam ex causâ circa eam dispensare, si personarum malitia fortè suppleat ætatem, & tunc liberi hinc prognati essent legitimi, quia nuptiis his talibus per legem naturæ nihil obstat, & princeps ex præsupposito sustulisset impedimentum juris civilis. Sed quid de senum veterumque nuptiis? videntur sanè hæc jure naturæ non valere ex eadem ratione, quodd finis matrimonii principalis sc. sobolis procreatio deficiat, hinc antiqua lex Julia Papiæ vetuit viros 60. annis, & mulieres 50. majores nuptias contrahere; ast verò cum non constet, quo præciso tempore potestas generandi deficiat, imò non rara sint exempla in senectute liberos procreantium, rectius asseritur, senibus facultatem matrimonii jure naturæ non esse interdictam, cum primis quia manet secundarius finis evitandæ scortationis & mutui adjutorii, hinc Justinianus abrogatâ

11 *Lege Juliæ Papiæ*, senum nuptias permittit in l. 27. *sanctimus nuptias C. de nupt.* adeoque senes à matrimoniiis arcendi non sunt, nisi forsân excipiamus in extremâ senectute constitutos cum Petro Barbosâ p. 1. l. 1. n. 94. ff. *sol. matr.* & Anton. Perezio, in *comment. Cod. ad tit. de nupt. n. 8. circa fin.* videlicet cum nullus finis matrimonii senibus ita affectis conveniat; id quod tamen intelligendum erit non præcisè respectu senii, sed respectu conjuncti hujusmodi affectûs ætatis, si quis igitur etiam in summo senio ita vegetus foret viribus animi & corporis, quemadmodum in historiâ sacrâ

legimus Caleb constitutum fuisse, cum jam centesimum vigesimum ætatis annum explevisset, vel Masanissam Numidiæ Regem, qui 86. anno ætatis legitur progenerasse sobolem, quid jure naturæ, gentium vel civili impediret, quò minùs hic talis senex novum matrimonium iniret? Ex quibus satis colligitur, quod diximus, jure sc. naturæ, cæteris paribus, non prohiberi nuptias senum: porrò & spadonum nuptiæ approbantur, S. 9. *Inst. de adopt. l. si serva S. 2. ff. de jur. dot.* aliud est de omninò frigidis sentiendum, & quibuslibet utriusque sexus planè impotentibus c. *quod sedem c. ex literis ac ti. extr. de frig. & malef.* vid. Paul. Zacch. lib. 9. *quest. medico-legal. 5. & 6. per tot.* ratio enim naturalis à totali impedimento concubitûs hoc planè pervincit. Ac licet Pontifex in c. *consultationi cum cap. seq. eod.* inter casum scientiæ & ignorantie impedimenti distinguat, jurata tamen naturæ ac gentium isthæc distinctio vix obtinet, quia contrahentium scientia & consensus defectum impedimenti naturalis refarcire minime potest. Tertium principale requisitum conjunctionis matrimonialis ex jure naturæ, est consensus contrahentium scil. in vitæ conjugalis associationem, quo ipso hominum matrimonia distinguuntur à brutorum conjunctionibus, constat autem iste consensus duabus partibus, nempe promissione affectûs ac debiti matrimonialis, tum etiam promissione cohabitationis ac individnæ assistentiæ, quæ quidem à concu-

- 17 concubitu matrimonium secernunt, & aded sunt de ejus substantiâ aut nec contrario pacto abesse possint, hinc rectè Gregor. IX. Pontifex *in c. fin. extr. de cond. appof.* censuit matrimonialem contractum carere effectu ex pacto tali vel conditione contra substantiam adjunctâ, veluti: contra ho tecum, si generationem prolis evites, vel donec inveniam aliam honore vel facultatibus digniorem, aut si pro quæstu adulterandam te tradas: cujus rei ac pontificiæ dispositionis etiam manifesta reddi potest ex jure naturæ ratio, quia pactum tale adjunctum manifestè ostendit, inter partes nullum adfuisse verum consensum matrimonialem, nam qui taliter expetit concubitu fœminæ, certè meretricio more non conjugali petit; unde simul manifestum est, Saracenorum quondam uxores mercede & ad tempus conductas, de quibus Ammian. Marcell. *l. 19. c. 3.* nomine tantum tales fuisse, revera autem meretrices & concubinas, id quod de Chinesium mercatorum fœminis, per tempora negociationum Goënsium in Indiâ emptis vel
- 19 conductis, pariter affirmatur. Quibus hunc in modum declaratis diversa adhuc disquirenda veniunt. (1) Utrum divortia sint jure naturæ vel gentium permissa? Et distinctè respondendo: nam vel iusta subest causa violati aut deserti tori conjugalis, & tunc affirmo quæstionem, vel nulla subest hujusmodi causa, & tunc nego, ratio prioris asserti est, quia jura naturæ vel gentium neminem adstrin-
- gunt observantiæ illius pactiois, quam altera pars prior fregit, & sic improbè provocat ad vinculum conjugale, qui fidem conjugii adulterio vel desertione violavit; ratio posterioris, quia jus quæsitum ex contractu matrimoniali non est auferendum parti invitæ sine iustâ causâ, fieret autem hoc ipsum, si divortia essent permissa sine hujusmodi causâ; hinc Christus generaliter reprobatur divortia extra casum commissæ *impetitas*, apud *Matth. c. 5. vers. 32. c. 19. vers. 9. & Luc. c. 16. vers. 18.* sub quo ta-
- 20 men non immeritò etiam malitiosam desertionem comprehendimus, tum quia redolet speciem adulterii præsumpti, tum etiam, quia per se hac tali desertione, quâ quis sese debito conjugali & cohabitationi subtrahit, fides matrimonii læditur, huc allegari solet locus Apostoli *1. Cor. 7. 21 v. 15.* atque ex alterutrâ harum causarum adulterii sc. vel malitiosæ desertionis conjugia per concubitu consummata dissolvi hodiè solent à magistratu competente pleno jure quidem, & quoad dissolutionem vinculi in consistoriis Regum, Principum statuumque protestantium, minus plenè verò sive tantum quoad torum & mensam in terris Pontificiorum; recensentur verò etiam plures aliæ causæ à *Theodos. & Valent. Imp. in l. consensu §. 2. & §. 3. C. de repud.* sed pari cum enumeratis duabus
- 22 evidentiâ ex juris naturæ gentiumque principiis deduci non possunt, neque hodiè usu observantur, nisi quòd quædam ex illis, ut sævicia nimia

nimia conjugis vel vitæ infidiæ ad separationem tori & mensæ, *c. ex transfmissa & ibi Canonista X. de rest. spol.* vel ad sponsalia sola dissolvenda non verò matrimonium consummatum, allegari possint, ut homicidium dolo sum. *Carpz. p. 2. Jurisp. consist. tit. 10. de fis. 177. per tot. cum seqq. nonnullis.* Quæritur (2) quid de separatione istâ quoad torum & mensam sit sentiendum? Ea origine est Juris Pontificii, non tamen naturæ vel gentium juri bus planè repugnat, nam cum causæ, ex quibus ad hanc separationem proceditur (excipimus verò omninò contra Pontificios adulterium & malitiosam desertionem) non sint planè relevantes ad dissolutionem vinculi, & adhuc spes super sit magistratus auctoritate interpositâ, fore in posterum hujusmodi matrimonia magis concordantia, quod & eventus sæpè docet, ipsa ratio dicitur, eadem non dissolvi, sed interim, propter imminens periculum & ad evitandum majus malum, exercitium debiti conjugalis & cohabitationis per sententiam suspendi, provisione etiam pro circumstantiis factâ de alimentis; quæ sententia nunquam ita in rem judicaram transibit, quò minus judex ex causâ superveniente, veluti si animadvertat jam sævientis antea viri mores emollitos, aut fortè inimicitias remissas, aliud decernere, & conjuges iterum ad sibi cohabitandum compellere possit, nulli etiam dubium, quin ipsi conjuges sic separati, propriâ iterum auctoritate cohabitare sibi possint, *arg. l. pleriq; ff. de rit.*

nupt. licet tutius & pro majori auctoritate hunc novum affectum apud judicem restentur. Quæro (3) an matrimonium communi conjugum consensu dissolvere jure naturæ vel gentium liceat? Videbatur affirmativè respondendum ex eo, quia matrimonia solo consensu contrahuntur inter personas habiles, *can. sufficiat 27. q. 2.* ut sic etiam solo consensu ea solvi dixeris, *per l. nihil tam naturale ff. de reg. jur.* atque hac ratione sine dubio usi sunt veteres Romani, qui divortia ac repudia bonâ gratiâ, communique conjugum consensu permiserunt, *l. uxores ff. de divort. & repud. l. si constante C. eod.* quod et si Justinianus *per Nov. 117. c. 10.* abrogavit, successor tamen ejus in Imperio Justinus Junior *per Nov. 140.* (ejus enim hanc Novellam esse rectè ibi notat Cujacius & contextus quoque ac subsignati temporis circumstantiæ ostendunt) pristinum jus mutuo consensu solvendi matrimonia reduxit; quicquid tamen sit, verior est sententia negativa, jure sc. naturæ vel gentium non esse permillum mutuo consensu conjugia solvere, nam (1) consensus matrimonialis est vitæ individuae de jure naturæ, non alienjus societatis naturâ suâ resolvable (2) interest Reip. ne crebriora sint divortia vel repudia, tum propter favorem liberorum, quibus ex divortiis parentum malè consulitur, quæ vel sola ratio efficit, ne argumentum à contractu matrimonii per consensum ad distractum ejusdem per dissensum valeat. *vid. d. l. consensu in princ.* tum ad præcavendas li-

res & odia civium, quæ ex divortii  
 27 plerumque succrescunt. (3) Idem  
 convincitur ab inconvenienti, nam si  
 Titius amet uxorem Sempronii, &  
 hic Titii uxorem, illiciti amoris pa-  
 ratum erit remedium singulis, dum-  
 modò scilicet consensu solverint prius  
 matrimonium, & novas incant nup-  
 tias, quod tamen, ne quod Deus con-  
 junxit homo perperam separet, ne  
 vagæ libidines accendantur, & præ-  
 nam viam inveniunt, ne matrimonia-  
 lis conjunctio in quoddam quasi per-  
 mutationis genus degeneret, toleran-  
 dum minimè est, unde *d. Nov. Justinii*  
 non utimur, ne quidem in sponsali-  
 bus dissolvendis. *conf. Manningus. ar-  
 nif. de jur. connub. c. 6. sect. 3. n. 14. Beust.  
 de spons. p. 1. c. 58. Carpæov. lib. 2. Ju-  
 risprud. confil. tit. 10. defm. 173. n. 5. &*  
 28 *seq.* Principaliter quæro (4) sitne Po-  
 lygamia de jure naturæ licita nec ne?  
 Et conjunctionem sive associatio-  
 nem connubialem plurium virorum  
 jure naturæ ac gentium illicitam esse,  
 rejectis quorundam populorum con-  
 trariis exemplis, & omni etiam Pla-  
 tonicâ vel quâ simili uxorum com-  
 munionem explosâ, cum Dn. Puffen-  
 dorff. *lib. 6. de jur. nat. ac gent. c. 1. p. 775.*  
 persuasissimum habeo, idque in pri-  
 mis propter duas rationes; quia 1.  
 talis uxor vix differt à meretrice ob  
 eandem scditatem: 2. quia sic pro-  
 les nascitur incertæ originis, & dum  
 singuli patres hanc talem partum  
 non sequè amant ut suum, alterius  
 29 parentis amore naturali, veluti de-  
 fraudatur; est verò plurium uxorum  
 socialem toxicam unionem similiter na-

turæ vel gentium jure per se repug-  
 gnare non æquè est manifestum, Pu-  
 fendorff certè *d. l. p. 778. & seq.* expen-  
 dit rationes in utramque partem ju-  
 dicialium tamen penes lectorem reli-  
 quit, nisi quoddam *pag. 782. §. 19.* opti-  
 mum, maxime decorum, atque pe-  
 fectissimum putet; matrimonium  
 unius cum unâ; Hugo Grot. *lib.  
 de J. B. & Pac. c. 5. §. 8. & 9.* in neg-  
 tivam propendere videtur, nimirum  
 jure naturæ hanc polygamiam speciei  
 non improbari, à quo dissentit. ibi  
 Dn. Ziegler. *in not. ex eo, quod rec-  
 proca sit obligatio, ut uxoris ad unum  
 virum ita viri ad unam uxorem, se-  
 vereor, ne hæc ratio controversiam  
 patiat, qui enim negent, hanc ti-  
 lem polygamiam jure naturæ prob-  
 beri, negant quoque mariti & uxor  
 obligationem in matrimonio esse  
 mandam à pari de jure naturæ, præ-  
 fertim inspecto fine principali præ-  
 creandæ sobolis, ut ex his, quæ De  
 minus Puffendorff *d. l.* refert, satis ap-  
 paret; quicquid sit in hoc videntur  
 consentire doctores discrepantes, me  
 negativam tanquam proximè acci-  
 dentem ad imaginem primæ vix insti-  
 tutionis divinæ perfectissimum &  
 optimum esse matrimonium, à quâ  
 assertionem nec Grotius alienus est *d.*  
 sed exinde non sequitur polygamiam  
 istam in Vet. Testamento Patriarch  
 & sanctis Regibus pluribusque ali-  
 gentibus usitatam, ut rem per se illi-  
 citam ac turpem juri naturæ & gen-  
 tium prorsus repugnare; præ cæteri  
 equidem Menoch. *de arb. jud. quæ-  
 cent. 2. cas. 4. 20. n. 46. & seq.* ostendit  
 satag*

fatagit rationibus non contemnen-  
 dia, pluralitatem uxorum juri naturæ  
 repugnare, sed solvuntur magnâ ex  
 parte à Sanchez. *lit. 7. de matr. disp. 80.*  
*n. 26.* Acti paulò enucleatis hac de re  
 loqui volutus tres sunt sententiæ  
 circa nostram quæstionem, una abso-  
 lutè negat polygamiam hanc adver-  
 sari juri naturæ, altera absolutè affir-  
 mat, tertia distinguit inter juris na-  
 turæ prima principia & conclusiones  
 ex illis deductas, perhibetque plura-  
 litatem uxorum non esse contra prin-  
 cipia juris naturæ vel scopum prima-  
 rium matrimonii à naturâ intentum,  
 reverà autem pugnare contra conclu-  
 siones juris naturæ & finem matrimo-  
 3 2 niæ secundarium, *vid. Covarruv. de matr.*  
*p. 2. c. 7. §. 3. n. 1. & 2. & Sanchez. d. disp.*  
*80. & seq.* qui refert harum opinio-  
 num auctores: non admodum est la-  
 borandum in probatione primi mem-  
 bri hujus sententiæ, nam principalis  
 scopus matrimonii, est sobolis pro-  
 creatio, quæ utique per plures uxo-  
 res non impeditur, ut in conjunctio-  
 ne cum pluribus viris accidit. Ergò  
 connubialis isthæc uxorum associatio  
 non pugnat contra scopum illum  
 primarium matrimonii, quod concedit  
 etiam, *Mench. de cas. 420. n. 57. &*  
*58.* malè propterea relatus à Sanchez.  
*d. l. n. 6.* inter auctores secundæ opi-  
 nionis. Atqui quod non repugnat  
 principali fini juris naturæ in matrimo-  
 nio, id neque adversatur per se &  
 directè primis juris naturæ circa ma-  
 trimonium principiis, tanquam re-  
 3 3 gulam à sine accipientibus; hinc Co-  
 varruv. *d. n. 2.* colligit: unum virum

plures uxores habere, non esse con-  
 tra jus naturale proprium, sed ut lo-  
 quitur, contra quasi jus naturale;  
 consideremus verò quibus funda-  
 mentis nitatur, sententiæ illius di-  
 stinguentis secundum membrum  
 (1) dicunt pluralitatem uxorum ad-  
 versari tranquillæ ac pacificæ coha-  
 bitationi conjugum ac gubernationi  
 domesticæ, qui finis sit secundarius  
 matrimonii ex *Arist. 8. Eth. c. 9.* verùm  
 negari potest antecedens, neque enim  
 cohabitatio conjugalis per se & pro-  
 fus impeditur, si plures sint uni viro  
 uxores, quod videmus exemplis  
 Tercarum aliarumque nationum,  
 quibus polygamia in usu est, & tran-  
 quillè tamen ac pacificè viris vivere  
 licet cum uxoribus, imò sic singulæ  
 ed studiosius colunt maritum, quò  
 magis æmulantur sociam amoris, à  
 quâ curâ uxores sunt in monogamiâ  
 immunes, Ergò dissidia exinde non  
 3 4 sunt metuenda, quæ pacificæ coha-  
 bitationi obstant, nisi fortè mulie-  
 rum inter se, inter quas non est ma-  
 trimonium, sed singularum est cum  
 viro, quid quod viri singuli, pro im-  
 perio, quod in uxores habent (quan-  
 quam non herile) uni forsan præ cæ-  
 teris prudentiori gubernationem  
 œconomicam committere, rixasque  
 interdicere vel austericem meritò  
 coercere possint? Quid quod mulie-  
 rum ingenia imperio tali & assuetu-  
 dine ad concordiam flecti possint?  
 aut si omninò cum Sanchez *d. l. n. 8.*  
*vers. neque id per accidens,* de eo despe-  
 remus, matrimonium etiam rixis ma-  
 gis obnoxium, propterea jure natu-

ræ non minus debeat censeri matrimoniam, ne tandem jus naturale metiri conveniat ex mulierum ingenio? Adducunt (2) principaliter & hanc rationem, quod isti polygamie concupiscentia plurium uxorum obstet, & per consequens hæc talis associatio præjudicet iterum & ex alio capite fini secundario matrimoniorum; sed responderetur antecedens evenire ex accidenti propter nimiam inconvenientiam, posse autem virum curæ suæ ducere, quot & quales ducat;

35 responderi posset secundò, per negationem consequentiæ, nam vir præcipuè obligatur ex matrimoniali fide, ad obtinendum finem matrimonii principalem, non ultrà, ut sentit ipse Sanchez d. n. 26. in respons. ad 1. arg. ulterior appetitus ex peccato est vel mortali secundum Hostiens. in summ. tit. de matrim. §. quis sit effectus. n. 23. in fin. vel veniali juxta Sanchez de matrim. l. 9. disp. II. n. 4. Et demus secundum alios planè id non esse peccatum; adhuc tamen consequentia argumenti posset negari, quia per polygamiam hanc majus bonum ratione finis primarii compensaret minus malum ratione finis secundarii, præcipuè uxore existente gravida, intermedio enim tempore habere posset vir aliorum legitimum sine damno partus; neque (3) ex adverso urget text. c. gaudemus X. de divorz. quia vel propter jus divinum contrarium dispensari non potest de pluralitate uxorem, vel pontifex ibi malè hac in re casum indispensabilem agnoscit, jure saltem naturæ ac gentium non satis eviden-

ter prohibitum, cum igitur ex hactenus deductis nec ratione secundarum finis matrimonii quicquam obstet cur jure naturæ aut gentium prohibeatur quis plures uxores ducere probabile videtur eum haud errare qui primæ sententiæ ex supra scriptis accesserit, non tamen alio, nisi hoc sensu, quod conjunctis cum pluribus uxoris, de jure naturæ haud efficiatur matrimonium nullum, quia tamen, non tantum ex jure civili & canonico l. neminem. C. de incest. nupt. d. gaudemus cum sim. sed etiam jure divino, juxta communem & receptam hactenus interpretationem, hæc quæ de quâ egimus polygamie species censetur prohibita Barbof. in d. gaudemus. n. 10. Menoch. ubi supra n. 35. cum seq. Harprecht. ad tit. Inj. de patr. pot. §. 1. n. 32. & seq. Carpz. Frispr. Confist. lib. 2. tit. 1. defin. 3. n. 1. & sequa de re nunc pluribus loqui instituti præsentis non est, ego etiam receptæ huic sententiæ, ita subscribendum censeo, ut licet per deductas rationes talis polygamia ipso jure naturæ non profus appareat prohibita vel nulla tamen monogamiam præferendam existimem, tanquam perfectiorem, ac divinæ ordinationi statui primævo innocentie convenientiorem. Quæritur (5) an jure naturæ & gentium etiam requiratur consensus parentum in nuptiis filiorum. Putarem requiri ad bene esse non verò ad esse simpliciter, quasi ne eo matrimonium filii jure naturæ & gentium nullum sit, ratio prioris membri est, quia omnino suadet h

filia



filiale obsequium, ut in tantâ re fami-  
 liam concernente votum patris re-  
 quirat atque in hoc principaliter  
 consistere videtur ratio illa natura-  
 lis, cujus fit mentio in *pr. Inst. de nupt.*  
 40 ratio posterioris est, quia jure naturæ  
 & gentium quilibet homo ex con-  
 sensu suo per se obligari potest, in  
 quolibet negotio, dummodò ha-  
 beat sanæ rationis usum, E. & filius  
 eo jure ex consensu suo per se pote-  
 rit obligari in negotio matrimoniali,  
 quod enim ait Gajus in *l. Filiusfamili-  
 as 39. ff. de obl. & act.* posse sc. fi-  
 lium familias ex omnibus causis ob-  
 ligari, tanquam patrem familias, est  
 sine dubio juri naturæ & gentium  
 conveniens, licet ergò jus Romanum  
 exceperit negotium nuptiarum, & in  
 eo filios parentum consensui alliga-  
 verit, non tamen apparet hoc idem  
 excipiendum esse jure naturæ vel  
 gentium. Vid. Grot. *loc. cit. §. 10. versus*  
*folam autem Dn. Ludvvell. ad princ.*  
*n. 7. Inst. de nupt.* non obstat. *text. d.*  
*princ. Inst. de nupt. in verbis: nam hoc fieri*  
*debere & civilis & naturalis ratio suadet,*  
 14 quia distinguendum est cum Grotio  
*d. l.* inter filii officium & substan-  
 tiam matrimonii, suadet utique ra-  
 tio naturalis necessarium esse con-  
 sensum patris ad nuptias filii, suadet  
 hoc etiam ratio civilis, ad alium ta-  
 men finem & effectum; ratio enim  
 naturalis collimat ad officium filii,  
 quo non potest is, ceu par est, fungi  
 sine implorato consensu patris ad  
 nuptias, non verò ad substantiam  
 matrimonii, sicut in sacris matrimo-  
 42 nium Esavi contractum sine consen-

su patris Isaaci, quamvis impius ille  
 filius in hoc male fecerit, sine dubio  
 valuit, eoque etiam sensu intelligen-  
 dum, quod usu gentium receptum  
 esse dicitur, ut filius consensum patris  
 imploret in nuptiis, aut verò civilis  
 ratio utrumque illum finem & effe-  
 ctum intendit, & sic in posteriori dif-  
 fert à ratione naturali. Superest quar-  
 tum principale requisitum, sc. con-  
 43 junctionis honestas, ea excludit nu-  
 ptias jure naturæ ac gentium ince-  
 stuosas, quales sunt inter parentes &  
 liberos *l. fin. ff. de rit. nupt.* imò etiam in-  
 ter affines, qui locum parentum ac li-  
 berorum inter se subeunt, veluti in-  
 ter vitricum & privignam, novercam  
 & privignum focerum & nurum, fo-  
 crum & generum *l. si adulterium pr. &*  
*§. 2. ff. ad l. Jul. de adult.* Disceptare au-  
 tem solent doctores nonnulli cum-  
 44 primis Pontificii, an isthæc juris na-  
 turæ gentiumque prohibitio nuptia-  
 rum inter ascendentes ac descenden-  
 tes in infinitum sit intelligenda, an  
 verò usque ad aliquem certum gra-  
 dum? Et non desunt, qui negant in  
 infinitum hoc jure eam accipiendam  
 esse, Veracruz. *1. part. specul. art. p. 3.*  
*conclus. ult. Covarruv. p. 2. de matrim.*  
*c. 6. §. 6. circa fin.* ubi scribit hanc pro-  
 hibitionem usque ad vigesimum gra-  
 dum extendi. Sanchez. *de matr. lib. 7.*  
*disp. 51. q. 2. n. 13. & q. 3. n. 19.* ubi plu-  
 res refert; Sed longè verior est &  
 45 sanctior contraria sententia, ad nul-  
 lum gradum hanc prohibitionem  
 constringi ullo jure, militat enim,  
 quicquid subtilitatum ex adverso  
 comminiscatur Sanchez. *d. n. 13. ea-*  
*dem*

dom juris naturalis ratio inter parentes ac liberos, quantumcunque gradus, quippe posita in reverentiâ quâdam naturali descendentiâ erga ascendentes, & horrore conjunctionis, nec est verum quod ipse putat, descensu diminui eo sc. prætextu, quasi participatio sanguinis pedetentim minor reddatur, bella sc. ratio pro incestuosâ conjunctionibus! Quæ enim verecundia foret filiam Titii eidem conjungi non posse, neptem verò ex eâ ob minorem sanguinis participationem, quantum quidem ad jus naturæ attinet, posse & sic matris suæ fieri novercam? Et licet hoc argumentum non stringat Covarruviam, vel eos, qui negant quidem in infinitum protendi prohibitionem istam nuptiarum inter parentes & liberos de jure naturæ, concedunt tamen eo jure exporrigi ultra primum gradum (quâ quidem in re discrepant Sanchez. *d.l.*) consequenter nuptias avi cum nepte etiam jure naturæ asserunt illicitas, tamen urgentur omnes simili absurditate, saltem in eo gradu ascensus ac descensus, quem ipsi jure naturæ permissum ponunt nuptiis parentum ac liberorum, vel graduum distantia excusat, sed potius accusat in lineâ rectâ nefarios complexus, quò enim grandævior est Titius, quoque per plura stemmata Seja juvenis ab ipso descendit, eò major erga ipsum esse debet reverentiâ, pulchrè Sylv. *verb. matrimonium 8. q. 6. d. 5. vers. sed contrarium*, consequenter eò turpius colore matrimonii conjungerentur, quippe cum exinde Titius

non posset non jacturam facere reverentiæ naturalis tam grandævo parenti debitæ, Seja verò obsequiosè respectus in eum, qui ab avi vel atavi honorem, æquali nomine mariti exuisset, cum tamen constet reverentiam illam parentalem & filialem obsequium ex dictamine rectæ rationis & jure naturæ originem trahere, ac probabile etiam sit in primâ mundi ætate, patres, qui juxta Sacras literas diutissimè vixerunt, & vel plura secula curriculo vitæ suæ excesserunt, toti posteritati, quam per multos gradus ex se descendente videri poterant, admodum venerandos fuisse, qui ergò nefandæ id genus nuptiæ eam veneratione ex æqualitate societatis conjugalis non tollerent? & juri naturæ ac dictamini rectæ rationis hoc ipso non adversarentur? Rectissimè igitur jus civile in §. 1. *Inst. de nupt. & l. nuptie ff. de rit. nupt.* constituit in infinitum parentes & liberos matrimonio jungi non posse, cuius auctoritatem unâ cum seculari potestate frustra conatur labefactare Sanchez. *d.l.* Atque eam etiam sententiam, quam hactenus defendi, admittunt gravissimi auctores post gl: in *expos. arb. consang. 35. q. 5. & gl. in d. l. nuptie Hostiens. in summ. tit. de consang. n. 9. & n. 17. q. 9. Abb. in c. non debet n. 8. ibique Præpositus n. 10. extr. de consang. aliiq; longo catalogo relati à Sanchez. d. q. 51. n. 12. quibus addendi etiam Menoch, de *arb. jud. quest. cas. 502. n. 2. Tiraquell. de ll. connub. l. 7. n. 32. Vallens. ad tit. de consang. & aff. n. 5. ibique Henr. Zoëf. in comment. Decretal. n. 6.**

49 *tit. n. 6.* ut meritò isthæc opinio tanquam communior & receptior tenenda sit in materiâ dispensationum, vita enim hominum brevis extra dispensationes vix permittit contingere casum hujus quæstionis, ob canonicam prohibitionem *d. c. non debet*, cujus dispositionem Sanchez & aſſeclæ male intelligunt de nuptiis etiam ascendentium ac descendentium ultra quartum gradum permissis, vid. *Hofst. Abb. Sylvester ac Zoëf. dd. ll.* Maneat ergò nec ullo jure has nuptias licitas neque dispensabiles esse. Sed quid de lineâ transversâ dicendum? Et in primo gradu tantum jure naturæ, ut illicita prohiberi matrimonia sc. inter fratres & sorores, idque etiam à gentibus cultioribus observatum, receptius videtur ex his quæ tradunt Sanchez. *d. lib. 7. disp. 52. vers. tertiâ sententiâ* & Grot. *d. c. 5. n. 14.* cæteri igitur gradus in lineâ collateralis prohibiti, aut pertinent ad jus divinam positivam *Lev. 18.* aut ad jurâ humanâ, civilia, Canonica, provincialia, &c. Nec distinguo fratres ac sorores sintne unilateres an bilateres nihilo secius enim ob mutuum verecundiam, ut plurimum etiam educationem simultaneam & præprimis ad tollendas occasiones peccati in nuptias convenire nullo modo, ne ex dispensatione quidem poterunt.

50 Sed quid de casibus juri divino positivo repugnantibus non verò juri naturæ, eruntne in materiâ nuptiarum dispensabiles nec ne? Certissimum est contra jus divinum non valere dispensationem ullius hominis, verùm

in nostrâ quæstione negat *d. l. Grotius* jus divinum voluntate Supremi Legislatoris *Lev. 18.* ad omnes gentes pertinere, sed tantum ad Judæos referri ait, ejusdem sententiæ fuit *Cajetan. 2. secunda quæst. 154. art. 9. circa sol. ad 3.* & consentit Sanchez. *d. lib. disp. 52. n. 6. & seq.* Quicquid sit tamen, quia negari non potest, hujusmodi conjunctiones, quæ in *Lev.* ibi prohibentur, includere quandam indecentiam naturalem, ut concedunt etiam *Cajetanus & Sanchez. dd. ll.* à quâ utique omnes homines abstinere debent, rectius dicitur contra casus in *Lege* Mosaicâ expressè prohibitos dispensandum non esse, quanquam enim non legatur facta universalis prohibitio sub præjudicio nullitatis matrimonii, tamen facta est sub interminatione pœnæ, ut patet ex textu *circ. fin. jung. Dn. Ziegler. in not. Grot. d. l. ad verba: nec difficultis est responsio.* Tandem quæro quid de secundo vel tertio genere affinitatis inter personas in lineâ rectâ sentiendum? v. g. Titius habet vitricum, is post mortem primæ conjugis matris sc. Titii ducit Semproniam, & postea moritur, an Titius & Semproniam possint in nuptias convenire, idemque in similibus? Responseti talia matrimonia ipso jure naturæ non videantur irrita, imò à Pontifice *Innoc. III. in d. c. non debet* secundum genus affinitatis, quod in specie relatâ occurrit, ut & tertium plane tollantur ne amplius impedimento sint nuptiis, propter tuius dispositionis generalitatem hoc idem quoque volunt

volunt in casu tali, ubi quæstio est de conjunctione affinium secundi aut tertii generis in lineâ rectâ conf. Zoëf. d.l. n. 9. attamen honestius esse putem, tales nuptias non permittere *Luxorem ff. de rit. nupt. l. semper pr. ff. eod. sc. ad evitandum publicum scandalum* certè hoc de iis intelligendum quæ sunt de secundo genere affinitatis, in quibus adhuc vicinior est proximitatis ratio, eoque jure utimur. *Carpz. d.l. 2. Jurispr. Cons. tit. 6. def. 101. n. 13.* unde meritò puniri poterunt contrà facientes, nisi fortè dispensationem impetraverint juxta *Beust. de spons. c. 3.* vel generalis isthæc juris Canonici dispositio specialiter alicubi recepta sit inter affines secundi generis in lineâ rectâ, omni tamen casu puto prædicta matrimo-

nia per se non esse nulla, & libere inde natos legitimos, idemque cerseo asserendum de affinitate secundi generis in primo gradu collateraliquo ipso etiam honestatis saltem ratione nuptiæ prohibentur. *add Carpz. d.l. 6. de fin. 102. n. 4. & seq. cum ibi alleg. Theol.* ut ita quibus casibus primum genus affinitatis jure naturæ impedit nuptias, secundum genus regulariter de publicâ honestate obstito vitando scandalo, non quidem ad effectum nullitatis matrimonii sed reatus & pœnæ; tertium verò genus tanquam adhuc remotius permittatur, quanquam respectus patenus hic etiam non planè negligendus videatur *Carpz. d.l. 6. def. 103. n. 8 & 9.* ac pro ratione instituti hæc a materiam præsentis capituli sufficiant

## C A P. IV.

# DE PROCREATIONE ET EDUCATIONE LIBERORUM.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. Matrimonii finis conservatio generis humani. 2. An gens genobstringatur ad communicationem connubiorum? 3. Sabina virginis contra jus sunt raptæ à Romanis, & quid de exemplo Bniamitarum. 4. Jure naturæ & gentium, subsequens consensus raptarum confirmat matrimonium. 5. Idem Jure Canonico obtinet. 6. & 7. Jura connubiorum inter gentes num indigeant expressâ lege? 8. & 9. an civibus injungi publico nomine possint matrimonia, 10. Alimentorum & educationis necessitas ex jure naturæ demonstratur. 11. Educatio & alimenta quibus consistant partibus? 12. An liberis etiam illegitimis & incestuosis jure n*

*tura debeantur alimenta? 13. & 14. Quid in spuris vel incerto patre natis. 15. An Jure natura teneantur liberi parentibus ad alimenta. 16. Quid in personis linea collateralis? 17. 18. & 19. Quò ordine teneantur persona necessaria ad alimenta? 20. & 21. Alimenta quâ quantitate determinanda. 22. Quousq; alimenta prestanda? 23. Parentum obligatio circa educationem liberorum. 24. 25. & 26. Num teneantur liberis ad sumptus studiorum. 27. Votum de educatione liberorum.*

1 **S**atis constat matrimonii finem esse conservationem generis humani, quod diu durare non posset, si mortuis aliis non subinde alii generarentur homines, Liv. lib. I. *hisor.* de primordiis urbis Romæ meminit: jam rem Romanam aded fuisse validam, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset, sed penuriâ mulierum hominis ætatem duraturam fuisse magnitudinem, quippe cum nec domi spes prolis nec cum finitimis connubia essent, hinc & factum ait, ut propter denegata petentibus Romanis connubia, Sabinæ virgines 2 raperentur. Quâ occasione non inconcinnè quæri poterit, an gens genti obstringatur ad communicationem connubiorum nec ne? Rationem dubitandi ex ipsâ institutione divinâ desumere licet; nam si genus humanum multiplicandum est per matrimonia, ipso Deo T.O.M. jubente, non rectè gens genti feminas negare videtur ad connubia; ratio verò decidendi longè firmitior consistit in matrimoniali consensu, quem Deus Sapientissimus matrimonii auctor minimè exclusit, sed potius inclusit, ac præsupposuit in institutione ma-

trimonii, ut igitur homines singuli viri & foeminae, non invicem obstringantur ad connubia citra consensum ullo jure, ita nec gentes inter se, & propterea illicite fecerunt Romani rapiendo Sabinas virgines, quamvis patrum superbiâ, ut conqueritur Romulus nuptiis denegatis, neque conjunctiones illorum veri matrimonii nomen habere poterant, ante consensum saltem ipsarum virginum, quæ raptæ fuerant; nec exemplum Benjamitarum rapientium Siloenses virgines justum prorsus est, licet ob consilium reliquarum tribuum Israël, & quod ex post facto, probabilius veniam impetrare potuerint, magis excusari queat, quâ de re *Jud. 2. vers. 21. 22. & 23.* Planè licet Sabini patres tardius consentirent, & bellum adversus raptores filiarum moverent, attamen istorum consensus jure gentium ac nature ad substantiam matrimonii non requirebatur, ut jam supra diximus *cap. prox.* Hinc ipsæ Sabinæ raptæ apud Liv. *d.l.* Haud obscurè se uxores raptorum suorum agnoscebant ante parentum consensum, aded ut ejus necessitudinis commemoratione structis virorum & patrum

trum acies invicem dirimerint, pulchre hac de re *Ovid.* canit in 3. *Fast.*  
*Fam steterant acies ferro mortiq; parata,*  
*Fam lituus pugna signa daturus erat;*  
*Cum raptæ veniunt inter patresq; virosq;*  
*Inq; sinu matos pignora chara tenent,*  
*Et medium campis scissis terigere capillis,*  
*In terram posito procubere genu.*

Et pōst,

*Tela viris animiq; cadunt gladiisq; remotis,*  
*Dans fœceri generis accipiuntq; manus.*

quæ res ex juris naturæ & gentium principiis, aut legibus moribusve civilibus antiquis intelligenda est, nam jure Romano posteriori, ne superveniens quidem consensus vitium raptûs fœminei tollit, vel inter raptorem & raptam honestæ conditionis nuptias confirmat *l. un. §. I. C. de rapt. virgin.* Ex quo apparet jus Pontificium, quod moribus hac in re sequimur, dum in *c. fin. extr. de rapt.* permittit nuptias inter raptorem & raptam, ex subsequente consensu libero, juri naturæ & gentium conformius esse; planè jura connubiorum inter gentes, etsi præcluso consensu nullo nitantur vinculo, non tamen indigent publicæ conventionis vel constitutionis auxilio, quasi sc. homines diversarum nationum, inspecto jure naturæ aut gentium contrahere nequeant justa matrimonia, nisi prius connubii jus inter illas nationes publico pacto vel sanctione fuerit expressè obfirmatum, est enim facultas connubiorum uris naturæ, quæ accedente voluntate contrahentium, transit in vinculum matrimoniale, eoq; jure utimur, nam Ger-

mani, Itali, Hispani, Galli, Dani, Lusitani, Sueci, Britannii, Poloni, Batavi, &c. justas invicem contrahunt nuptias, licet nullo jure constituti aut publico pacto suffragante; undè sanctiones vel conventiones, quibus connubia cum gente aliqua specialiter permittuntur, aut ad fœdera & amicitiam jungendam pertinent, ut quondam Sicheuitarum placita, & filiorum Israël, item Troum Rutillarumque inter se; aut etiam effectus civiles respicere videntur, ut *Lex Theophili Imperatoris Constantinop.* concedens Persis licentiam conjugiorum cum Romanis, cujus inter *Const. Imp.* recentiores fit mentio *sub tit. de connub. Pers. cum Roman* jure siquidem Romano justas nuptias non contrahunt, nisi cives Romani, *ex pr. Inst. de nupt.* ad effectum sc. patriæ potestatis; ea itaque *Theoph.* constitutio exceptit ab illâ regula Persas, sed jure naturæ ac gentium ipsa regula est permissiva nuptiarum inter diversarum nationum homines, modò non specialiter à publicis legibus prohibeantur, ut Judæi & Christiani *l. ne quis C. de jud.* item Christiani & Turcæ, Saraceni vel Pagani, quatenus cum his sine periculo religionis vel creatoris blasphemiam commorari non licet *c. quanti eam ibid. not. dd. extr. de divor.* Quæritur autem, an à potestate publicæ præcipi possint civibus matrimonia Putem posse propter interesse Reip. quæ progressu temporis numero civium destruitur, si matrimonia negligantur, quo intuitu etiam dote

san

funt in jure civili favorabiles *l. 1. cum  
 simil. ff. sol. matrim.* atque sic Q. Me-  
 tellus olim censuit, ut omnes cog-  
 rentur ducere uxores liberorum  
 creandorum causâ, cujus postea cra-  
 tionem de maritandis ordinibus Au-  
 gustus Cæsar in Senatu recitavit, ve-  
 lut in sua tempora scriptam, ut vide-  
 re licet ex epitome fragmentorum  
 Livii *lib. 59.* Quæ sententia utique  
 9 minùs dubia est quoad incontinen-  
 tes, quibus ex præcepto Apostoli  
*1. Cor. 7.* præstat nubere quàm uri, ra-  
 tione cæterorum autem posset dubia  
 videri, quia matrimonia debent esse  
 libera, adeoque is qui decenter vive-  
 re potest extra matrimonium, ad vi-  
 tam illam individuum, tanquam ad  
 speciem aliquam servitutis invitus  
 cogendus non videtur; verùm rectiùs  
 etiam quoad continentes quæstio  
 affirmatur, licet enim matrimonia  
 libera sint quoad personas in indi-  
 viduo, utrùm v.g. Sejus velit Titiam  
 ducere nec ne; nihil tamen prohibet,  
 quò minùs generaliter loquendo ex  
 auctoritate legis fiant necessaria, nec  
 habet cur justè conqueratur cælebs,  
 quia si vult in eâ Rep. vivere, cujus  
 interest civibus repleti, debet se me-  
 ritò submittere legibus & in matri-  
 monio vivere, si id publicè visum  
 fuerit, aut renunciet jus civitatis &  
 vivat alibi in cælibatu, hæc breviter  
 de primo puncto nostri capitis. De-  
 10 veniendo ad secundum ex ratione  
 naturali, apparet ante omnia educan-  
 di necessitas & vinculum, quo pa-  
 rentes liberis obstringuntur, nam  
 cùm natura nos edat planè egenos,

neque perfectos perfectione secundâ,  
 sive idoneos jam tunc ad peragenda  
 ea, quæ hominis sunt in hac vitâ;  
 erit profectò necessaria alimentorum  
 præstatio & recta educatio, sine quâ  
 homo vivere non posset, aut non vi-  
 tam hominis; atque cùm cernamus  
 cætera animantia per instinctum na-  
 turæ, sobolis à se generatæ eam cu-  
 ram habere, ut possit illa postmo-  
 dum vitam agere speciei suæ conformem,  
 est certè manifesta ratio, quæ  
 etiam in genere humano parentes  
 urget, iisdemque naturali stimulo di-  
 ctitat, prolis generatæ curam, ab  
 ipsis habendam esse alendo & edu-  
 cando, unde rectissimè Plato in *crito-*  
*ne: Oportebat non genuisse filios, ait, aut in*  
*eis educandis erudiendisq., laborem non re-*  
*cusare.* Constat verd educatio huma-  
 na duabus partibus (1) alimentorum  
 præstatione, (2) animi instructione,  
 quarum utraq; necessaria planè est;  
 circa alimenta jure naturæ tria in pri-  
 mis consideranda veniunt, 1. perso-  
 næ, 2. quantitas, 3. tempus præsta-  
 tionis. Personæ sunt liberi & paren-  
 tes inter se, quorum hi ex præmissâ  
 ratione naturali debent, illis debentur  
 alimenta *l. necare ibique vulgò ad.*  
*ff. de agn. & al. lib.* Et hoc est verum,  
 12 non tantùm de filiis ex legitimo ma-  
 trimonio prognatis, sed & de natu-  
 ralibus tantùm, id quod & jus civile  
 recepit *Nov. 89. c. 12. §. fin.* Quid de  
 filiis incestuosis vel adulterinis? idem  
 utique dicendum de jure naturæ, mi-  
 litat enim eadem ratio & in his, quòd  
 sc. pater eis originem dederit, nec  
 minor eorum existat indigentia,  
 quàm

- quam legitimorum, quæ ratio omnino prævalere, nec vitio patris alimentaria obligatio filiis præcludi debet, quamvis jus civile in odium hujusmodi illicitæ generationis aliud voluerit *d. Nov. 89. calt.* à quo canones juri naturali hac in re conformiores, merito recesserunt, *c. cum haberet & 16. Canonista circ. fin. extr. de eo qui dux. in matr.* quorum etiam dispositionem, uti constat, moribus sequimur. **13** Quid de spuriis sive incerto patre natis? Certum est & his deberi alimenta à matre, sed quomodo à patre qui est incertus? Nihilominus seius deberi puto, non enim quia incertus est, ideo ad alimenta de jure naturæ non obligatur pater spurii filii, quanquam in foro externo exigi non posse videatur propter incertitudinem personæ, nam quando alimenta v.g. & dos filiæ spuria à judice adjudicatur, ut apud Vincent. de Franch. *decis. Neapol. 287. n. 9. & 18.* nomine filia spuria videtur intelligi naturalis aut ex stupro genita, licet à patre certo, cum aliàs contra eum non ageretur; non male tamen asseri crediderim judicem recte facturum, si decernat alimenta spuriis pro rata exsolvenda ab his, qui pariter ad eandem meretricem accessum habuerint, maxime eo casu, quo mater non posset alimenta dare propter inopiam, exemplo simili, quo plures puniuntur propter incertum auctorem *l. item mala §. 2. l. ita vulneratus §. 1. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. de his qui effud. vel dejes.* Per inversum de parentibus etiam queri potest, an
- indem jure naturæ debeantur alimenta à liberis? Planè ratio illa naturalis cessat, cum liberi non derint nascendi initium parentibus verum alia substitui potest, quod illis connaturaliter acceperint vitæ & eo intuitu æquissime obstringatur parentibus egenis ad alimentum quod & jure Romano est expressum *l. 1. l. 2. C. de agnos. & il. lib. l. si quis à liberis §. 13. & §. 16. ff. eod. Nov. 117. c.* quæ ratio nativitatis vel datæ v acceptæ, cum cesset in personis collateralibus, fratrem fratri aut forori jure naturæ ad alimenta teneri nego, licet honestatis intuitu, & conjunctivis sanguinis etiam inter fratres & que sorores, si una harum personarum dives sit, altera indigeat, aliter dici possit, quæ res jure civili nititur *arg. l. quis filium, ff. ubi pup. educ. & l. §. 1. ff. de sut. & rit. distrah. gl. in d. l. quis à liberis verb. justè*, moribusque etiam servanda est, sed non ultra gradum fratrum & sororum in lineâ collateralium, Vinc. de Franch. *decis. 17. n. 10.* unde Modestino in *l. ex duob. §. 1. ff. de neg. gesti.* alimenta in filia sororis erogantur pietatis respectu & sic non ex vinculo juris, quam tali animo conjunctæ personæ præstita repeti nequeant. *l. alimenta c. fin. C. eod.* Videamus quo ordine personæ prædictæ ad alimenta jure naturæ obligentur, & est probabile onus alimentorum prius pertinere parentibus personæ alimentandæ, inde ad liberos, demum ad fratres & sorores, quia prima est ea obligatio alimentaria, cui indigentia natura



causam dedit, qualis est parentum ex generatione filiorum, alterum locum tenet liberorum obligatio, jure quodam reciprocationis ad sustentandos vitæ auctores subnixæ, tertio loco succedit fratrum obligatio, quæ honestate & sanguinis necessitudine nititur, quodd si in eadem lineâ supersint plures personæ, ut quæque proximior est alimentandi onus agnoscat, sc. quia in eâ magis immediatè & fortius ratio alimentandi ex isthac lineâ concludit, hinc pater prius quàm avus, & avus quàm proavus in lineâ ascendente, filius prius quàm nepos, & hic quàm pronepos alimenta præstare tenetur, quæ res in lineâ collateralis, ubi ad fratres tantum & sorores alimentarium debitum restringitur, locum non invenit. Sed

18 quid in patre & matre concurrentibus? Pater prius tenetur alere de jure civili *arg. d. l. si quis à liberis §. 14.* quod de simplicitate juris naturæ vix æquè affirmandum, cum ad generationem infantis utraque persona concurrat, quod videtur respexisse Clemens III. Pontifex *ind. c. cum haberet circa fin.* licet alii aliter interpretentur, & multò minùs idem obtinebit quoad ascendentes à patre, quasi illi ante ascendentes à matre huic oneri subjicerentur, vel planè ante ipsam matrem, ut voluere Hofstines. *in summ. tit. de infans. §. qui parvulus n. 2. Carol. Ruin. vol. 5. conf. 94. vers. quoad quartum relati à Colero de alim. l. 1. s. 8. n. 12.* totum enim hoc est adscribendum juri positivo vel consuetudini, sive propter compendium pa-

triæ potestatis, sive propter alias causas, quæ quia cessant in nepote naturali ex filio, etiam in foro potius ad matrem, quàm avum paternum onus alimentorum pertinere debet, quod intelligo de ipso jure civilitatis, nam si fortè avus vel propter bona filii ab se possessa, vel propter occasionem filio datam & auxilium discedendi, causam dedisset, ut alimenta interverterentur etiam ante matrem pro alimentis nepoti naturali præstandis rectè conveniretur, & eo nomine haud injustè condemnari posset. Cæterum quantitas alimentorum arbitraria est, præstarique debent pro debitoris facultatibus, id quod utroque jure satis est expressum, *d. l. si quis à liberis §. 10. & §. 14. l. pen. & l. fin. C. de al. lib. & par. d. c. cum haberet, circa fin.* Sed & juri naturæ non est incongruum, tenemur enim ad alimenta, quatenus bona nostra ferunt, neve ipsi indigeamus aut famem patiamur, ac solet pro determinatione alimentorum judicis officium implorari, qui causâ cognitâ, facultatum ratione certum quid determinat *dd. ii.* Hoc amplius etiam facultates alimentarii, cui alimenta debentur, & annon ipse habeat vel acquirere possit unde vivat, considerare judicem oportet *d. l. si quis à liberis §. 7.* Quin etiam dignitatis personarum hac in re ratio habenda est, *arg. l. cum plures. §. fin. & l. seq. in princ. ff. de admin. sui.* Quod tamen magis ex jure constituto vel gentium secundo, quàm ex jure naturæ strictè dicto, quippe quo dignitates non ita sunt

20  
21

cogni-

cognita, provenire dixerim. Tempus alimentorum quod attinet, expressum est in *l. Mela §. 2. ff. de alim. leg.*  
 22 usque ad annum 18. in masculis, & usque ad annum 14. in foeminis deberi alimenta, verum illud ex causa legati est, cum alimenta isto titulo usque ad tempus pubertatis sunt relicta, in alimentis autem jure naturae debitis verius videtur eò usque deberi, dum quis sibi ipsi alimenta parare possit, vel habeat unde vivat, imò etiam si ex post facto facultatibus fuerit lapsus, adhuc idem dicendum, alimenta nimirum eidem incipere deberi; Et de alimentis jure naturae debitis hæc paucis considerasse sufficiat; qui plura desiderat in materia alimentorum, cum primis quatenus debentur facto hominis, vel per contractum vel per ultimam voluntatem, consulere poterit *text. ac Dd. in l. cum hi. ff. de transf. l. de alimentis. C. eod. tit. ff. de alim. leg. tit. C. divort. fact. apud quemlib.* item Coler. & Surdum in suis  
 23 tractatib. alim. Restat ut consideremus animi instructionem: tenentur itaque parentes docere filios, sive per se sive per alios summa religionis capita, utpote sine quibus non humanam degerent vitam, sed bestialem potius, idque in Ecclesiis nostris spondere etiam solent patres lustrici, quos vocant, circa capita religionis Christianæ in eum eventum, quo parentes vel curam hanc negligenter, vel præmaturè ab hac luce subtraherentur; insuper obstricti quoque sunt parentes, ut certo alicui generi vitæ, studii, militiæ, opificii, unde non inho-

nestè aliquando liceat subsidia necessaria parare, filios addicant atque assuefaciant, filias itidem, in his quæ sexum foemineum decent, ceu par est, instruant vel instruendas curent. Unde quærere solent, an parentes teneantur filiis præstare sumptus ad studia literarum. Id nec juris naturæ nec constituti esse puto, hi enim sumptus planè non veniunt nomine alimentorum *l. jus alimentorum §. 5. cum l. seq. ff. ubi pup. educ. l. legatis ff. de alim. leg. l. de bonis §. 5. ff. de carb. edict. Angel. de testam. gloss. 45. n. 6.* quamquam parentes illi laude admodum digni sint, qui ad commoda liberorum in ipsam quoque Rempublicam redundantia, si viderint eos capaces esse, pro modo facultatum nullis hac in re parcunt sumptibus, quin rectè monent doctores, ut si jam cœperint per aliquot annos sumptus præbere, judicis officio compelli possint ad eos continuandos, tanquam res non sit amplius integra Tulden. in comment. *C. ad tit. de alend. lib. n. 2. circa fin.* ubi dicit se ita consuluisse pro quodam studioso juris. Neque prædictis obstat, quod nonnulli ex adverso tradunt, sub alimentis comprehendì etiam studiorum sumptus, Bart. Bald. & al. *dd. in d. l. de bonis §. 5. Mynscent. 3. obs. 12.* quia id rectè intelligit Tulden. *d. l.* non de studiis altioribus, sed initialibus circa capita pietatis, de quibus & nos concessimus parentes obstringi ad sumptus, vel certè de studiorum quibusdam rudimentis, quanquam negandum non sit, si quis filio intra probabilem modum sum-

sumptus suppeditaverit ad studia, patre in primis non ignorante studium, quod eosdem possit repetere *ex l. Macedoniani C. ad SCI. Maced.* Nolim tamen hoc ipsum intelligere cum Suarez. *recept. sent. lit. F. n. 187.* de eo etiam casu, quo pater prohibuerat antea, studii impensam, quia non video de jure tali casu fundamentum exceptionis à regulâ *l. fin. C. de neg. gest.* cæterum qui de privilegiis studiorum ac studioforum plura cupit, doctores consulat in *l. qua pater ff. fam. herisc.* item in *d. l. Macedoniani* nec non in *auth. habita C. ne fil. pro patre,* & Honorat. Lucium in *tract. de priv. schol.* Ego 27 caput hoc jam finio subnexis votis, ut non solum parentes, sed & hi, qui

ad clavos Rerump. sedent, supremæ curæ institutionem liberorum ducant, publicè enim expedit educationi sollicitè prospicere, si aliquando pro ignavis fortes, pro malis bonos, pro rudibus literatos cives Reip. sistere velimus, nec certè educatio, res tanti momenti, hominibus insulsis & minimè peritis vel industriis, in quò magno Reip. malo quandoque peccari videtur, committenda est, conf. Diog. Laërt. in *Arist. & Juven. Sat. 14.* ex vero etenim Plutarch. in *lib. de educ.* dixit; Παιδείαν νόμιμον τῆς πολιτείας προγαλὲν ἢ ῥέζου. Sed hæc pro instituto satis.

## C A P. V.

DE DEFENSIONE SUI  
CONTRA VIM.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. Instinctus sui conservandi naturalis quomodo se habeat in animalibus? 2. Moderamen inculcata tutela quid. 3. 4. 5. & 6. Defensio sui contra vim quatenus de mente & coram dici possit juris natura vel gentium. 7. Moderaminis inculcata tutela tria requisita. 8. Impune est respectu aggressoris. 9. An & respectu tertii innocentis, cui salvus nobis parcere non est integrum. 10. & 11. Idem jure divino probatur. 12. Culposum homicidium an & qualem pœnam incurrat? 13. Corpus, honores & bona sunt defensionis necessaria objecta, sed diversimodè. 14. usq. 20. defensio cum eade adversarii num sit licita, ad avertendos sustinuit scelus vel calaphos? 21. usq. 24. An & quatenus contra injurias reales vel verbales? 25. & 26. An homini nobili, ne vapulet, liceat impune occide-*

*occidere? 27. Duella jure natura sunt illicita. 28. usq. 33. Defensio rerum an & quatenus permessa cum cade invadentis. 34. usque 37. Moderaminis inculcata tutela excessus declarantur. 38. & 39. Moderamen inculcata tutela quibus non liceat exercere. 40. Jure natura non tantum licitè quis se defendit, sed tenetur etiam ad hoc, vel cum cade adversarii. 41. Autocheiria pugnat cum jure natura. 42. Autocheiria quibus casibus licita sit vel saltem excusabilis.*

**S**ecundum naturam nobis maximè competit instinctus, quo vim vi repellimus, nam etsi omnes res creatæ habeant virtutem à Deo conditore inditam, quâ se nituntur conservare, & si qua fuerint contraria pro viribus pellere, ut teste experientiâ docet Scot. in 1. *Phys. Aristot. q. 23.* ibique *Pater de pitigan. Aretim. in noi.* expressiùs tamen ac dilucidiùs hoc ipsum apparet in corporibus facultate sensitivâ & locomotivâ præditis, videlicet in animalibus, hæc enim dum per sensum, quæ nociturâ videntur, apprehendunt, mox appetitu talia objecta tanquam naturæ inimica averfante, instrumenta naturalia cient ad resistantiam vel fugam, prout sc. sensus objecta isthæc sub specie magis aut minus terribili appetitui sistit, atque etiam in homine passiones & affectus, veluti amor, metus, ira, &c. per speciem objecti jucundi vel tristici similiter generari solent, quâ de re videndus *Piccolomin. Philosoph. moral. grad. 1. c. 3.* Verùm ratio naturalis homini monstrat, an, quando & quousque appetitui sit indulgendum, tum in aliis, tum maximè in defensione nostrî, & resistantiâ illâ, quâ

vim vi propulsamus, etiam cum læsione violenti aggressoris, quod rectæ rationis dictamen est licita sui defensio, quam vulgò dicunt moderamen inculpatæ tutelæ; Priusquam verò de istâ materiâ exquisitiùs dicamus, lubet quærere, cur & quo sensu defensio contra vim alibi adscribatur juri gentium, l. *ut vim ff. de just. & jur. alibi juri naturæ, l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. junct. l. 1. §. 11. ff. si quadr. paup. sec. dic. can. jus naturale dist. 1.* Responsio effret facilis, si juris naturæ vocabulum sensu Grotiano acciperetur in allegatis textibus, pro eo sc. jure, quod à ratione naturali dictatur, præscindendo ab actibus, sive homini sint communes cum brutis sive proprii, tunc enim defensio sui contra vim pariter & juri naturæ & gentium adscribi posset, sed Juriscons. includunt illos actus communes cum brutis in definitione juris naturæ, & *dd. 11.* contradistinguunt jura naturæ & gentium, ideo aliter est respondendum, & secundum glossam quidem in *d. l. ut vim*, dicendum, propulsationem violentiæ injustæ esse juris gentium, sed violentiæ simpliciter consideratæ propulsationem esse juris

ris

4 ris naturæ, & hanc quoque solam cadere in bruta; glossam aliquantulum vellicat. *Bartol. in d. l. ut vim n. 5.* quod secundum illam sequeretur non esse permissam defensionem contra vim proprie non injustam, veluti si inferretur ab homine furioso, mente capto, dormiente &c: quod cum admittendum non sit, ipse aliter distinguit, nempe, inter defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ conjunctam, & defensionem simpliciter intellectam, quarum illa sit juris gentium, tanquam quæ cadat in solos homines, hæc verò juris naturæ utpote communis cum brutis; *Connan. comment. c. 6. n. 7. & 9.* existimat defensionem contra vim à ICto ibidem non ad jus gentium referri, sed ad jus naturæ, cui subscribit *Barbosa in d. can. jus naturale n. 7.* Sed vereor, ut contextus hanc assertionem admittat, nec enim verisimile est, cum in lege præcedente relata sint exempla juris gentium, & eadem verborum serie cohæreat *d. l. ut vim.* exempla alterius generis sine ullâ notâ adversariâ, subjuncta fuisse; Bartoli quoque præmissam distinctionem utcumque à multis assertam, probare non possum, quia dictamen rationis naturalis, quoad actus nobis cum brutis communes, minimè constituit jus gentium (in sensu sc: jurisconsultorum) sed jus naturæ, quamvis ipsa illa ratio naturalis competat solis hominibus, unde defensio contra vim etiam cum moderamine inculpatæ tutelæ, est reverà juris naturæ, omne enim jus etiam illud quod materialiter & re-

spectu actuus in bruta cadit, à ratione provenit; ut supra suo loco dictum est, & quemadmodum matrimonium est & manet juris naturæ actus, licet restat ratio dicitur, homini conjunctionem maris & femine in specie humanâ non ita promiscue fieri debere, sed cum vinculo individue societatis, quo à ratione introducto modo non junguntur bruta animantia, sic idem proportionaliter dicendum est de defensione contra vim cum moderamine inculpatæ tutelæ, eam sc. quamvis à ratione formatam non variare gradum juris vel speciem. Quare verius puto distingui debere actus, pro quorum varietate defensio contra vim vel in bruta cadit, & sic ad jus naturæ refertur, vel hominum est propria, & sic juri gentium adscribenda, exempli gratiâ, defensio contra vim bonis illatam in bruta non cadit, defensio bellica Reip. proprie in bruta non cadit, cum non vivant in societate, sic & defensio quæ respicit honorem, solis competit hominibus & ex dictamine rectæ rationis, ergo est juris gentium, & idem in similibus; at ea, quæ corpus ejusve læsionem concernit, brutis communis est, & propterea ad jus naturæ referenda. Verùm his præmissis jam progrediamur ad ipsum moderamen inculpatæ tutelæ, quod quidem tria requirit (1) invasionem, sive ut quis ab adversario sit perviolentiam in vasus, (2) presentaneum periculum ex illâ invasione, (3) impossibile vel difficile saltem effugium, quæ uti ex dictamine rationis natu-

8 ralis profluunt, sic etiam juri positivo sine dubio sunt conformia d.l. ut vim. l. itaque in pr. l. scientiam §. 4. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. 4. ff. ad l. Corn. de sic. l. is qui cum ll. seq. ( eod. c. significati. extr. de homicid. ordin. Crim. Carol. ars. 140. Hæc omnia requisita si concurrant, defensor immunis est omni jure à poenâ, dd. text. ubi comm. Dd. idque est indubium, si loquimur de defensione adversus aggressorem vel socium ejus, qui quacunquæ etiam præfulgeat dignitate, servato moderamine inculpatae tutelæ licitè occiditur, ut voluere *Manua in repet. d.l. ut vim. n. 24. & ibi Bolgonet. n. 19.* Idem dicendum de aggressore furioso vel dormiente, *Bart. in d. Lut. ut vim. n. 5. ibique Fulgos. n. 1. & dd. comm.* Plus dubii habere videtur quæstio, si de mediatore vel alio tertio & innocente concipiatur, an & cum liceat sub moderamine inculpatae tutelæ occidere? Rectè tamen etiam sic affirmatur, *per text. d. l. is qui, in verb. vel quemcunque alium*, atque ita censuere *Ful. Clar. in pract. Crim. §. homicidium n. 24. vers. addo. Ant. Gomez. var. resol. tom. 3. rubr. de homic. n. 34. in fin. & n. 35. Farinac. quæst. 125. p. 3. n. 139.* neque aliud de jure naturæ vel gentium dicendum arbitror, quia etiam tali casu militat ratio ista naturalis & gentium usu recepta, ut quod quis ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur, scrupulum tamen de jure divino movere videtur præceptum charitatis proximi, nam si proximum nostrum diligere tenemur, ut nosmet ipsos, quomodo ut servemur eum licitè occi-

dimus? hinc non desunt, qui occisorem tertii teneri existimant in foro conscientia, *Curr. in repet. d. l. ut vim. 14. quem refert Farinac. d. q. 125. p. 3. n. 161.* Sed nihilominus vel de jure divino verius est, sub moderamine inculpatae tutelæ licitam esse defensionem sui, etiam cum cæde innocentis tertii, si quis aliter sc. vitam suam defendere nequeat, probatur, quia talis defensio per se non involvit inordinatum aliquem affectum legi divinæ repugnantem, occidit enim ejusmodi defensor hominem præter intentionem, dum vel casu eum vulnerat, vel certè non ex irâ vel vindictæ cupiditate, sed potiùs ex scopo conservandæ vitæ suæ, cui alter impedimentum aliquod affert, quamvis citra propositum, ita si quis eques I I aggressorem fugiens armatum, qui ipsum interficeret, in viâ obterat puerum, non est reus cædis propriè loquendo, nec in foro poli; vel si eum, qui te bonâ fide omnibus viribus invitum conatur retinere, interficias, quò minus in manus violenti aggressoris mortem comminati pervenias, non subest reatus contra quintum decalogi præceptum vel proximi dilectionem, quem tenemur diligere sicut nosmet ipsos, sed non supra vel magis quàm nosmet ipsos, imò talis defensor, uti dictum, intuitu hujusmodi cædis non habet sequiosum affectum, ergò defensio isthæc erit quoque de jure divino licita; tantundem, ex paritate rationis dicimus, quamvis quis alterius innocentis vitam, non verò suam pro-

propriam, cum cæde tertii defende-  
ret. Præmissa tamen intelligi debent  
12 (1) de cæde defensivâ, quæ sit expers  
omnis culpæ, nam ubi culpa adest,  
fortè quòd defensor improvidè usus  
sit armis, homicidium in personâ ter-  
tiii commissum, non caret omni pœ-  
nâ, & ratio est satis evidens, quia sc:  
imprudencia & culpa defensoris non  
debet nocere tertio innocenti, idque  
etiam de jure civili non improbabili-  
ter colligi potest ex *d.l. scientiam. §.*  
*4.* ubi Paulus ait: *Sed si defendendi mei*  
*causâ lapidem in adversarium misero, sed*  
*non eum, sed prætercensum percussero, tene-*  
*bor lege Aquilâ, illum enim solum qui vim*  
*infert ferre conceditur, &c.* Verum tamen  
hoc etiam casu distinguendum est in-  
ter pœnam criminalem sive corpo-  
ris afflictivam & pœnam æstimationi-  
s pecuniariæ, ita ut hæc, non verò  
illa, sive ordinaria sive extraordina-  
ria locum habeat propter culpam  
damni dati in necessariâ defensione,  
atque ita sine dubio accipienda ve-  
nit *d.l. scientiam* & resolverunt *Des. in*  
13 *d.l. ut vim n. 12. Gomez. d.l. Farin. de quest.*  
*125. p. 3. n. 141.* Intelligi debent (2) pro  
diversitate objectorum diversimodè,  
tria enim sunt defensionis necessariæ  
objecta, corpus, honores, & bona,  
quæ omnia quidem defendere licet  
vim vi repellendo, sed non omnia  
pariter cum cæde hominis, itaque  
corporis defensio licita est hoc ex-  
tremo modo, honorum & bonorum  
non æquè, vel certè non generaliter,  
prout ex infra dicendis constabit:  
ratio diversitatis, quia in his magis  
datur reparatio damni per auxilium

judicis, aut vita semel crepta non po-  
test restitui à iudice, quæ ratio pro-  
cedit etiam in inferente stuprum per  
vim, quem utique sub moderamine  
incolpate tutelæ licet impunè oc-  
cidere *l. §. 4. ff. ad L. Corn. de sic.* idem  
quoque dicendum, de eo qui mem-  
brum aliquod per vim abscindere vo-  
lebat, nam si specie defensionis occi-  
datur, occisor non tenetur, quia id  
licite fecit obturelam corporis, *d.l.*  
*ut vim.* Sed quid de defensione con-  
tra fustium ictus, vel colaphos? Hanc  
quoque similiter cum nece adverla-  
rii ex communi opinione permissam  
censent doctores, si aliter evitari ne-  
queant colaphi aut fustium ictus, *gl.*  
*& Bald. ad l. 1. n. 12. ibique Angel. (und. Vi.*  
*Alexand. Imol. vol. 1. cons. 76. n. 2. & vol. 7.*  
*cons. 119. n. 5. Cæter. in pract. crim. §. homi-*  
*cidium. n. 98. ejusdem quoque sentent-*  
*tiæ fuit Farin. ind. 9. 125. n. 82.* licet va-  
riè loqui videatur n. 86. nec non n.  
357. & 361. quo quidem ultimo loco  
magis assertivè mentem suam expri-  
mit. Quicquid sit, opinio isthæc de  
jure naturæ & gentium certa non  
est nec in foro conscientiæ satis rurs,  
imò ausum hoc amplius dicere, quod  
nec ex jure civili solidè demonstretur  
sed dubio validè nitatur præsuppo-  
siti, quasi sc. in genere liceat pro de-  
fensione honorum vel rerum occi-  
dere aliquem, de quo puncto paulò  
inferiùs; probatur autem assertio no-  
stra ex eo, quia debent propulsatio  
ad offensionem seu periculum mor-  
tis imminens proportionata esse *c. ut*  
*fama ext. de sent. excommun. Carpov. p. 1.*  
*pract. crim. quest. 28. n. 23. & seq. ubi ra-*

- tionem reddit iniquis; non enim quaelibet offensio sufficit ad moderamen in culpatae tutelae, sed solummodò ea, ex qua periculum mortis imminet, quod aliter quam adversarium occidendo insultatus evadere non potuit; quibus verbis ex mente
- 16 Carpzovii duo conjunctivè requiruntur, ad hoc ut offensio licitè occidat adversarium cum moderamine inculpatae tutelae. 1. ut offensio sit in periculo vitae constituta, intellige vel formaliter vel æquivalenter, ut declaratur exemplo stupri ex *dl. i. §. 4. ff. ad l. Corn. de sic. 2.*, ut non possit aliter declinare istud periculum quam cæde, quæ quidem etiam conformia sunt requisito secundo & tertio supra præmissis; at in casu nostræ quæstionis, deficit prius illud requisitum, quia inflictio colaphi, per se & absolute loquendo nec formaliter nec æquivalenter haberi potest pro offensione inferente periculum vitae, hoc enim ex colaphis vel non sequitur, vel rarè saltem & valdè accidentaliter. Ergò etiam ex hoc capite licita non erit defensio cum nece adversarii, idem dico de fustium ictu non præglens; neque obstat *Carpzov. d. l. n. 26.* ubi post alios censet: si aggressor solo pugno vel manu vacua insultum faciat, aut baculo invadat aliquem, cui in promptu non sit aliud instrumentum, quam gladius, eum benè se tueri illo gladio posse, neque dici moderationem inculpatae tutelae excedere; quia respondendum vel Carpzovium hic non loqui de defensione conjuncta cum nece adversarii, vel
- si ex licentiâ armatae defensionis licentiam occidendi colligere velimus cum Decio *in d. l. ut vim. n. 31. vers. sed tamen.* Carpzovium esse sibi contrarium & sine ullâ ratione allegatâ à priori suâ sententiâ recessisse, quare, ei in posteriori dicto non esset standum; breviter: ex regulâ juris naturæ vel gentium, fustium ictus aut colaphi infligendi periculum, per se non constituit insultatum in licentiâ occidendi, specie necessariæ & profusæ justæ defensionis, propter magnam illam defensionis, & offensionis disproportionem, idque etiam verum putem jure poli, & in foro conscientiæ, ex his, quæ tradit *Covarruv. in vellet. clem. si furiosus p. 3. §. an. n. 4. de homicid.* licet ipse ibidem in fine dubitanter loquatur; Exceptio tamen erit à regulâ, si tria hæc concurrant, ut sc: aggressor sit valdè robustus corpore, sic, ut fustium ictus vel colaphos inferendo, occidere haud improbabiler queat, prout Pisanus ille, cujus meminit *Bartol. in d. l. ut vim. n. 9.* deinde ut immineat insultato periculum ictuum vel colaphorum ab hoc tali homine; tertio ut aliâ viâ declinari nequeat, tunc arbitror etiam cum cæde invaloris permissam esse omni jure defensionem, nihil enim utique interest, quâ ratione quis sit in periculo vitae, sive propter arma adversarii, sive propter robur pugni aut manus vacuæ, sive propter fustes, maximè si invasus sit persona fortè debilis, *Bart. d. l. Bolognet. 16. n. 87. vers. sed si adversarius.* Imò iste quoque casus merito excipiendus est, si invalor
- 18
- 19
- 20
- vellet



vellet in vaso extorquere gladium, cum enim incertus ex eâ re fiat de salute suâ, poterit se vel cum cæde adversarii, quamvis manu vacuâ invadentis, defendere, qui invasionis intuitu habet, quod sibi imputet, vel vulnera vel mortem hinc securâ. Sed placet punctum defendendi honores cõsiderare explicatiùs ubi mox distinguendum inter injurias verbales & reales; quod illas attinet, locum non faciunt moderamini inculpatæ tutelæ ad effectum occidendi adversarii, quia alia datur defensio vel apud judicem per actionem injuriarum, vel alias per retorsionem, quâ hodiè frequenter utimur, unde quantumcunque atroces injuriæ verbis aut scriptis famosis emissæ in te fuerint, non potes hoc nomine auctorem impunè vulnerare, multò minùs occidere; realium injuriarum non est una conditio, quædam enim ignominiam tantam in vitâ communi attrahunt, ut nec à judice reparari queant, nec alio partis læsæ facti simili contra lædentem; eo numero sunt v.g. adulteria & supra uxorum vel filiarum, quibus si violentum immineat periculum, non ipsis tantùm, sed & maritis vel patribus conjunctisque personis ratione subversantis honoris defensio competit adversus vim parantes, etiam cum cede eorum, si aliter vis declinari nequeat, *d.l.1. §.4.*

22 ff. ad 1. *Corn. de sic.* Neque obstat, quòd fœminæ vi compressæ inviolatæ maneat existimationis de jure *text. in l. fœdissimam. C. ad l. Jul. de adult.* quia nihilominus honoris virginalis vel

matronalis jacturam fecerunt, saltem famâ communi & hominum opinione, quòd respexisse videtur Carolus quintus Imp. *in ord. Crim. art.* Hoc amplius cædes per defensionem licita videtur, ut si quis sine stupro virginem vel matronam honestam in publico per vim impudicè tractare conetur, reverà enim si à defendentibus cultro forsan vel simili instrumento vulnus accipiat, aut etiam occidatur, quantum ad requisitum periculi imminenti attinet, servatum est moderamen inculpatæ tutelæ; quòd equidem jus adeò valuit, ut vel in Darii Persarum Regis legatis, apud Amyntam Macedoniae Regem petulantius regias fœminas contrectantibus observatum sit, teste *Just. l. 7. histor. c. 3.* Sed de justitiâ hujus facti dubitare licet, quòd tunc fuerit copia legatos Persicos, sine cæde, ne taliter delinquerent impediendi; Quædam verò injuriæ reales magnam ignominiam comitem non habent, vel certè reparabilem, sive à judice sive partis facti, ut est ingressus violentus in ædes, qui pro injuriâ habetur *l. lex Cornelia pr. ff. de injur.* item fustium ictus vel colaphi, quâ de re jam antè dictum, & ratio est, quia percussor vicissim feriri potest fuste vel colaphis, quâ ex re hominum opinione satis consulit famæ suæ primò percussus, etsi sortè in ipso illo actu occasio non ferat, atque is ex intervallo percutiendo de injuriis teneatur, nam quia vicissim habet obligatum alterum ex primâ percussione, certè infamiam similiter non sustinet ut in

superioribus casibus, & propterea neque defensio pariter permilla esse debet cum cæde adversarii, ratio enim naturalis tunc locum invenit, quando vel vita ipsa vel honesta, & sine 24  
 labe vivendi conditio, periclitatur factò violento alterius, aut ex facili periclitari potest, ergò satis apparet, me hic sub fustium ictibus non comprehendere ignominiosam virgarum fustigationem, quæ à carnifice in facinorosos ad pœnam extraordinariam condemnatos solet exerceri, quæ si à privatis viro honestæ conditionis forsitan vi intentaretur, aut à iudice incompetente, quin defensio etiam usque ad cædem offendentium, si vis aliter evitari nequeat, jure permilla sit, non dubito. Quid si nobilis sit, cui alter præsens alapam impingere conatur. Multi sunt qui purant 25  
 defensionem cum cæde adversarii esse licitam, vel ex solâ nobilitate ejus, qui nisi se defenderet, vi pateretur alapam, *post alios Farin. d. q. 125. n. 322.* Sed contraria verior est sententia ob eandem disproportionem defensionis & offensionis, & sic attento jure naturæ *conf. Alberic. de ros. in d. l. 1. n. 13. in fin. C. und. vi. & Leonh. Les. de just. & jur. lib. 2. c. 9. dub. 12. n. 80.* ubi saltem in praxi hanc sententiam præalterâ admittit. Nec stringet pro contrariâ parte fundamentum *Grotii lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 1. §. 10.* ubi censet eum, qui injuriâ me parat afficere, 26  
 mihi eo ipso dare jus adversus se in infinitum, quatenus aliter malum illud à me arcere nequeo, quia præterquam quod illud præsuppositum

falsum sit, ut ostendit etiam *Dn. Zigler. ibid. in not.* consequentia vacillat, nam possum honori meo consulere repercutiendo, vel statim vel fortè ex intervallo, ut non protinus gladio transigam aut lethaliter vulnerem, occidamve adversarium meum, quæ res putativi illius honoris læsi, vel læsionis, suo modo tribuit restitutionem aut rescissionem, videlicet hominum opinione, & licet ex intervallo facta juri minus conveniens videatur, magis tamen toleranda est, cum minus malum fooveat, adversarii cæde prætextu defensionis commissâ; quid quod alia optima supersit ratio reparandi honoris sc. auxilio judicis, quo offensor compelli potest ad publicè deprecandum vel aliter satisfaciendum, ut hodiè cautum ferunt in Galliâ. Ex quibus apparet, quàm à jure & ratione 27  
 naturali abhorreant duella privatorum, quibus deterrimâ quadam opinione expiandæ infamiæ viri nobiles vel milites invicem digladiari solent, qui corruptus mos tanquam summè perniciosus, ubi vis terrarû per Reges, Principes ac potestates civiles, exemplo moderni Galliarum Regis, reprimi & prorsus prohiberi deberet, planè in Imperio nostro sperare id liceat aliquando futurum, si ordinum de prohibitione duellorum in præsentibus Comiriis placita, auctoritate Imperiali obfirmentur, ac ubi in vim roburque legis publicæ sic transiverint, non minori curâ ac sollicitudine per Principum Statuumque territoriâ observentur. Devenio ad pun-

28 ad punctum rerum, ubi multi quoque sunt in hac sententiâ, licitam per extrema esse defensionem, & ea quidem consecutaria videntur principii Grotiani paulò ante expositi, quod etiam ut probet operosus admodum est *Dn. Puffendorff. de jur. nat. & Gent. l. 2. c. 5. §. 16.* imò ipsi etiam interpretes juris communiore calculo tradunt, rerum defensionem vel cum cæde adversarii esse licitam, si aliter servari non possint, utuntur argumento. *l. 1. C. unde vi.* Sed iste textus reverà nihil probat, loquitur enim de defensione simplici non eâ, quæ fiat cum cæde offendentis, quod autem putant frustra licitam fore defensionem per arma, nisi liceret quoque armis occidere, non firmâ nititur consequentiâ, nisi quatenus vita vel corpus defensoris periclitatur, quod ex conflictu in invasione ac defensione rerum non infrequenter accidit; speciosiora sunt, quæ *Dn. Puffendorff. d. l.* in medium affert, quòd videlicet qui injuriam qualemcunque dolo malo intentat, hostis evadat, qui extrema quæque jure patiatur, item quòd non minus potestatis ad defendendas res, quàm vitam competat, cum non majus jus ad hanc eripiendam, quàm illas vi occupandas adversarius habeat, & quòd qui bona adimit, vitam quoque consequenter spoliare nitatur, item quòd ni potestas sit raptores rerum per extrema coercendi, societas civilis subsistere non possit. Quibus responderi posse arbitror. I. hostem simpliciter in statu naturali, & ut inter pri-

vatos consideratum haud indifferenter impunè occidi, adeoque falsum esse præsuppositum contrarium, nam cum, ut *ICrus* rectè ait: *in d. l. ut vim, inter nos cognationem quandam natura constituerit, ut hominem homini insidiari nefas sit,* quis jure naturæ æquum censeret, ad avertendam quamcunque injuriam, vel offensionem personæ aut rerum, aliter sc. reparabilem, hominem ab homine occidi posse? Quod enim jure gentium secundario id licet inter hostes, est ex publicâ auctoritate, quæ propter causas graviores, si in iis alia non detur satisfactio, communi gentium placito, extremum belli remedium decernere potest, quo utriusque partis civium & sociorum, rerumve ad eos pertinentium, permessa sit offensio, cædes vel captura; hostem igitur occidere possum non quia me aut res meas læsit: aut læsurus est directè & immediatè, sed quia *Remp.* tametsi à me ut privato bonisque meis manus abstinere; deinde non est præcisè metienda defensio cum internecione ex non jure offendentis, aliter omnem injuriam etiam levissimam, etiam reparabilem cum cæde adversarii possemus avertere: minùs etiam verum est, bona & vitam pari passu ambulare, bona etenim vel recuperari possunt, vel alia acquiri per modos acquirendi in jure proditos, quoad vitam verò aliter se res habet. Denique satis cautum erit societati civili aut publicæ tranquillitati, si coercitio raptorum sit publica, non verò privatorum arbitrio permessa. Itaque ju-

re naturæ verius puto cum *Sylv. in Summ. verb. homicidium. quæst. 4. & Covarruv. in relect. clem. si furiosus. p. 3. §. un. n. 5. vers. contrarium. quæ etiam est*  
 32 *Dn. Ziegl. d. l. ad Grot. §. 12. sententia, defensionem rerum per extrema, sive cum cæde adversarii permissam non esse, nec aliud jure gentium est putandum de homicidio privatæ auctoritatis ad tutelam rerum, sc. ob paritatem rationis, neque etiam in foro conscientiæ, juxta gl. in can. inter hac. 33. q. 2. Panorm. & al. in c. interfecisti ext. de homicid. Jason. in d. l. ut vim n. 27. Sed & de jure canonico verius est, homicidium pro defensione rerum per se ac directè licitum non esse, c. si perfodiens c. suscepimus ext. de homicid. Felin. in d. c. interfecisti n. 4. Sola igitur restat juris civilis dispositio, secundùm quam tradunt, contra insultantem licitam esse defensionem rerum, vel per extrema & cum cæde ejus, vid. dd. in d. l. 1. C. unde vi. Sed est isto quoque jure verius, homicidium non esse pro defensione bonorum in regulâ permissum, nisi fortè ex actu illius defensionis sequatur periculum corporis vel vitæ defensoris, ut videtur insinuare textus in l. furem ff. ad l. Corn. de sic. & ponderant Covarruv. d. l. Dec. in d. l. ut vim. ubi post longum discursum sic distinguit n. 31. vers. & concludendo. Busf. in l. sed etsi princ. n. 6. ff. ad l. Aquil. Grot. d. §. 12. & ib. Ziegler, à quâ sententiâ, neque aliena videtur sanctio*  
 33 *Criminalis, Carolina d. art. 140. nam cum ibi Imperator homicidium pro defensione vitæ & honorum submoderamine inculpatæ tutelæ (quod ul-*

timum tamen intelligo juxta declarationem hætenus factam) permissum esse velit, de bonis altum filer, quasi eo ex capite non profus impunitum censuerit homicidium; quicquid sit, ne in foro quidem exteriori communem sententiam, quam præter *dd. in l. 1. prolixè defendunt Farinac. d. q. 125. n. 169. & seq. nec non Carpzov. pr. Crim. q. 32. n. 14. item n. 21. & seq. judicando vel consulendo aliter admittendum arbitrator, nisi 1. res (saltem comparativè quoad facultates insultati loquendo) magni existat momenti vel pretii, ut videri possit quodammodò sanguinis loco habenda. 2. non potuerit aliâ viâ defendi, aut si amissa esset, vel non vel vix aliqua recuperatio sperari. 3. si in ipsâ defensione non improbabilis (ex genere videlicet & circumstantiis colluctationis æstimanda) accesserit præsumptio periculi quoad vitam vel corpus; alia quædam Carpzov. exigit specialiter in homicidio furis nocturni in d. q. 32. n. 38. quæ legibus nostris non disconveniunt. Hæc ita verò, quæ præ-*  
 34 *missimus quantum ad moderamen inculpatæ tutelæ profus impunitum, & idèd notandum principaliter 3. quòd etsi quis in homicidio defensoro excessum aliquem commiserit, non tamen statim veniat puniendus ordinariâ pœnâ, sed arbitrariâ aliquâ extra ordinem, contingit autem excessus in aliquo præmissorum requisitorum inculpatæ tutelæ, h. e. ut doctores vulgò explicant, in causâ, modo vel tempore defensionis; causa respi-*

respicit defensionem semotam à vindictâ per text. d. l. scientiam §. 4. circa fin. & c. significasti ext. de homic. Ergò qui vel ipse aggressus est, aliquem & post eum in periculum incidisset, se eodem illo actu quasi defendendo occidit adversarium, vel primùm quidem vi invasus est ab altero, sed postea eum jam recedentem & fortè fugientem occidit, transgreditur moderamen inculpatæ tutelæ; tempus respicit præsentiam periculi, hinc ex continenti vim vi repellendo juxta prædicta licitè quis occidit, ex intervallo non æquè text. in l. quod est §. §. 9. ff. de vi & vi arm. modus denique proportionatam defensionem & paritatem armorum exigit, non eam quidem in specie, sed eatenus saltem, ut insultatus sine armis ad mortem inferendam aptis, non utatur mortiferis armis d. c. significasti in fin. certè si alia sit armorum vel defensionis copia, uti declarant Carer. in 36 præf. crim. d. n. q. 28. n. 27. imò si etiam non sit alia se defendendi copia, vel alia arma, lethiferis armis circumspèctè utendum est non studio ad eadem aggressoris, secundùm quod suprâ diximus & fac. d. c. significasti in fine. Breviter, prout in uno vel altero prædictorum ex circumstantiis plùs vel minùs excessit defensor terminos defensionis, graviùs etiam vel leviùs propter homicidium arbitrio magistratùs est puniendus, idque etiam Carolina sanctio constituit, art. 142. vers. nemlich ist hierin. Collige 37. & nota principaliter (4.) etiam eas causas, quæ antequam ad actum de-

ducuntur, locum faciunt inculpatæ tutelæ, si de præsentì immineat periculum, ut dixi de stupro, de abscissione vel mutilatione membri; idem dicendum ex mente plurium doctorum (quanquam contraria sententia ut verior à me asserta sit) de personalì injuriâ vel etiam reali ut verberibus, item vi bonis inferendâ, tamen si jam non ampliùs impendeant, sed ut ita loquar consistant, in facto esse, haud ultra ad inculpatam tutelam referri, sed potiùs respicere vindictam injuriæ illatæ, e. g. si qua stuprum passa est, & ex intervallo demum fortè post aliquot dies vel septimanas occidat stupratorem, excedit utiq; inculpatæ tutelæ moderamen, & idem in similibus: ob justum tamen dolorem pœna solet esse mitior ordinariâ, quod & in aliis casibus jura statuerunt l. i. §. fin. ff. ad L. Corn. de sic. l. Gracchus C. ad l. Jul. de adult. Cæterùm notandum (5) esse aliquos, 38. quibus non convenit moderamen inculpatæ tutelæ, etiam vi invasus vel offensus, quod ex eo accidit, quia ipsi ex permisso publico licitè occidi possunt, adeoque in iis obtinet vulgatum illud doctorum axioma, ut quoties offensio sit justa vel licita, defensio contra sit injusta & illicita, quoniam habentur hostes, rebelles, transfugæ, publici latrones, qui quia societatem humanam turbant, haud injustè à singulis interficientur, idq; jurigentium consentaneum arbitror, eodem jure sunt in legibus Romanis nocturni agrorum populatores, publici prædones, & militiæ deserto-

res l. 1. 2. C. quæd. lic. unic. se vind. vel publ. devot. Sed & huc referri debent adulteri in actu deprehensi, si jus Romanum consulamus, sub distinctione tamen inter patrem & maritum, nam à patre in adulterio filiae domi deprehensus quilibet adulter licitè occidit, à marito non aliter quàm si ejus sit conditionis, ut per L. Juliam necari potuerit d. l. Gracchus. Ratio redditur in l. marito princ. cod. ubi quinam & quales ii sint, quos juxta legem Juliam in actu adukerii uxoris deprehensos, marito liceat occidere, dec'aratur, de quâ re instituti nostri ratio jam non fert pluribus differere: sed vereor, ut hæc distinctio jure vel naturæ vel gentium subsistat; quin potiùs dicendum sit, nec patri nec marito, quibus vita & honestè vivendi conditio, adulterio filiae vel uxoris non adimitur, eo jure facultatem occidendi competere, præsertim ita ut cum adultero, ceu in patre voluit jus Romanum l. quod ais. pr. & S. fin. ff. ad l. Jul. de adult. junct. l. patri. cod. per speciem vindictæ privatæ adultera simul interficiatur. Pertinent verè insuper huc banniti, quos offendere singulis est permissum, & uti volunt etiam occidere, quod sc. in Imperiali banno obtinet vid. ord. Cam. p. 2. tit. 9. S. Eo semand. Atque ex deductis homicidium inculpatae tutelæ non tantùm omni jure licitum apparet, sed consequenter homicida ex defensione necessariâ etiam in foro conscientiae tutus est, an verò ad sui

res quærent? Et jure naturæ affirmativam verioremi puto, nam si ex instinctu naturali & dictamine rectæ rationis tenetur vitam suam quis conservare, quantum potest depellendo contraria, profectò tenebitur ad homicidium aggressoris insultantis, si ipse aliter salvus esse nequeat; exceptiones subjiciunt, de quibus videbis in d. l. ut vim. Besold. & Brunne-  
man. quas tamen de jure naturæ vix admiserim, imò nec in foro conscientiae. Ex his autem (6.) sequitur manifestè, autochiriam pugnare cum jure naturæ & ordinatione divinâ, et si ex simplici tædio vitæ, non conscientiam criminis alicujus quis sibi mortem consciverit, nemo enim debet ex hac vitæ statione, in quâ se non collocavit, semetipsum dejicere, sed finem revocationis divinæ expectare; nonnullis tamen aliud dicendum videtur, si proprecidium sc. non sit directè in intentione autochiris sed publica salus, veluti si incenso ab se pulvere tormentario, ne apparatus belli in manus hostiles deveniat, aliquis unâ interficiatur; verùm quia superior lex est divina ac naturæ, quæ se occidere vetat, non satis tuta apparet hæc sententia in foro conscientiae, utique tunc, si suis manibus vel suo facto specie publicæ utilitatis periturus quis sit, secus si etiam certum mortem pro Rep. appetiturus, sed manibus hostium ut olim Lacedæmonii apud Thermopylas, & duo Decij in proclijs contra Gallos & Latinos. pro exercitibus Romanis (quanquâ gétili superstitione) devoti: huc referunt etiam  
iam

iam casum, qui non quidem publicæ salutis vel utilitatis, sed privatæ honestatis speciem præbet, si v. g. virgo aut honesta matrona in flumen se præcipitet, aut aliud genus mortis eligat, ut imminens ab hoste stuprum evitet, nam quia non videbatur postea honestè amplius vivere posse, aut potius quia periculum suberat, consensus alicujus in peccatum, dum in in tali violatione difficile censetur mentem ab omni labe prorsus immunem continere, aut phoniam licitam putant, ut quemadmodum metu stupri alium interficere licet, propter notam & turpitudinem vitæ subsecutu-

ræ, sic si ejus interficiendi facultas desit, eadem licentia in proprium corpus detur, adeoque tali specie autochiria non tam ex intentione mortis inferendæ, quàm sese dedecori subtrahendi permessa videatur aut saltem excusabilis, *vid. Grot. lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 19. §. 5. & Dn. Puffendorff. lib. 2. de jur. nat. & gent. c. 4. §. 5.* non desunt tamen qui aliter sentiunt ob majus malum mortis, quàm stupri, quæ ratio si sola concluderet, etiam alium vi stuprum illaturum, non videretur permissum fore occidere; sed de nostrâ materiâ pro instituto hæc sufficiant.

## C A P. VI

DE RELIGIONE IN DEUM ET  
THEOLOGIA NATURALI

## S U M M A R I A.

- N. 1. & 2. Religio erga Deum juri gentium convenit. 3. Religio quid sit? 4. religionis due partes, Dei notitia & cultus. 5. Cognitiois de Religione quatuor pronunciata ex mente Grotii. 6. Zigleriana objectiones. 7. & 8. Grotius contra illas defensio. 9. Divina essentia & attributorum cognitio naturalis. 10, 11. & 12. Deum esse demonstratur. 13. Cognitio Dei duplex absoluta & relativa. 14. Deus est essentialiter purus actus intellectivus vita & amor. 15. Deum esse unum demonstratur. 16. Dei attributa varia. 17. Dei cognitio respectiva in quibus consistat. 18. Creationis & conservationis rerum veritas demonstratur. 19. Dei providentia probatur. 20. Atheismus pugnat cum rectâ ratione. 21. Atheista à publicis consiliis arcendi. 22. Atheista convincuntur probabilis ratione. 23. πολυθεϊσμός & idololatria repugnant rationi & juri natura. 24. Anima humana est immortalis. 25. & 26. Cultus divini numinis jure natura non est ar-*

*betrarius. 27. Christiana religio praeter ceteris lumini recta rationis est conveniens. 28. Atheista practici nocent Reip. & Epicuro sunt deteriores.*

1. **J**uris illius gentium, sive ut alii nominant, naturalis praecipuum aliquod caput est Religio erga Deum, cujus etiam facit mentionem *Jctus in l. velutiff. de just. & jur. & Cicero necessitatem agnoscit in 1. de nat. Deorum, dum ait: cum pietate sanctitatem simul & religionem tolli necessum esse, quibus sublatis perturbationem vita sequi & magnam confusionem. Alibi inquit: 2. de Incent. Nullam gentem adeo barbaram, adeo feram esse, cujus mentem non imbuerit aliqua opinio Deorum. In eandem etiam ferè sententiam scripsit *Aristot. 1. de celo. c. 3. Omnes homines de Diis aliquam habere existimationem. Et Seneca, Epist. 117. Nullam gentem usquam esse, ad extra leges moresq; projectam, ut non aliquid Deos credas. Ex**
2. quibus colligere licet, communi gentium consensu, certè cultiorum omnium, Religionem erga Deum non tantum ad gloriam divini Numinis approbari, sed etiam necessarium esse fundamentum conservandæ in humano genere societatis civilis. Etenim si tollere velis è coetu humano metum Dei, simul profectò & reverentiam civium subditorumque, erga Reges & Magistratus, & mutuum non inter privatos solum, sed vel inter ipsos Reges & Respublicas, juratæ fidei vinculum sustulisti. Hinc in concilio bellico Scipionis Africani legatis Carthaginensium perfidia exprobrata est, notante *Livio lib. 30. histor. iidemque pro obfirmatione no-*

væ pacis moniti sunt, ut tot cladibus edocti tandem Deos & jus jurandum esse crederent, quasi sc. in pace & foederibus non sit firmitus humanæ fidei vinculum, quàm religio Numinis: quò & collimat *Plato in Epinomide. Poterit autem definiri ex lumine rationis Religio, quòd sit assidua erga Numen divinum cognitum, & in cogitationibus, & in actionibus humanæ mentis, reverentia. Paulò aliter Marsilius Ficinus in Eutyphronem, ubi subtiliter Pietatem, sanctitatem & Religionem distinguit; quasi Pietas sit Dei cognitio; sanctitas, Deo agnito facti eorum, quæ ipsi debentur, retributio; Religio autem, indissolubilis cum eo in meditatione & operibus religio: in effectu tamen hæcenus videtur eodem collimare; neque enim religio illa indissolubilis quid aliud est, quàm assiduæ reverentiæ nexus cum Deo, in omnibus sive interioribus sive exterioribus actibus Absolvitur itaq; religio duabus partibus præcipuis, videlicet *Notitiâ Dei ac Cultu. Notitia duplex est, una naturalis, altera revelata; pro duplici sc. origine: quia aliud est Lumen rationis, unde naturalis Dei rerumque divinarum notitia promanat; aliud, Lumen revelationis, de quo Theologi agunt, atque ex eo, quatenus scripturis sacris comprehensa sunt, capita religionis revelatæ deducunt. De priori nobis sermo est. Et quidem *Gros. lib. 2. de jur. belli. & pac.***



- pac. c. 20. §. 45.* notitiam Dei naturalem, quatuor pronuntiatis complectitur, quibus vera Religio omnium ætatum communis indigitatur, nempe (1.) Deum esse, & esse unum; (2.) Deum nihil esse eorum quæ videntur, sed his aliquid sublimius: (3.) à Deo curari res humanas, & æquissimis arbitriis dijudicari: (4.) Eundem Deum opificem esse rerum omnium extra se; quæ etiam effata *Grotius* d. I. ostendit, primæ tabulæ de ealogi esse conformia; vellicat verò illum in d. §. 4. *Dn. Zigler.* Potiora quæ objicit duo sunt. 1. Veram religionem omnium ætatum communem non esse eam, quam *Grotius* capitibus istis inclusit, sed tantum naturalem cognitionem rerum divinarum. 2. Hanc ipsam naturalem cognitionem imperfectam esse, non solum quoad praxin, sed etiam quoad theoriam; quatenus se nunquam doceat, quis sit Deus, sed aliquid tantum de Deo sub generali notione concipiat: nec enim rationem sibi relictam, sine antecedente revelatione, unquam concipere posse talem unitatem essentiae divinæ; quæ in pluribus Personis non multiplicetur; aut talem Deum, qui sit Pater Domini nostri Jesu Christi, hinc fieri, ut unitas Essentiae, quam credunt Christiani, non sit illa unitas Entis supremi, per naturalem hominis corrupti discursum investigabilis, juxta *Hülsem.* in *breviar. supplen. c. 2. n. 7.* Sed pace viri dixerim, vix hæc sententiam *Grotii* fringunt, quæ si bene consideretur, istam fortè notam hac in
- parte haud incurrere debuit; neque enim *Grotii* hoc loco mens fuisse videtur, explicare veram & perfectam religionem ad vitam æternam sufficientem; sed tantum *communem omnium ætatum*, veram tamen, h. e. omni tempore pro verâ communiore calculo agnitam: quo sensu certè cuncta religionis revelatæ capita dici non possunt *communis omnium ætatum*. Fuerint enim cognita populo Israëlítico in veteri fœdere, (quod ipsum tamen hodiè non est prorsus sine controversiâ) an propterea recepta fuere etiam apud alias gentes quamvis cultiores, ac religiosè agnita? Deinde *naturalis cognitio* rerum divinarum, ex lumine rectæ rationis proveniens non est opponenda *Theologia revelata*: ac licet ob insufficientiam rejiciatur, non tamen propterea vera non est: neque ab imperfectione ad falsitatem argumentum valet; in specie, error circa SS. Trinitatem in divinis non tollit veritatem cognitionis circa unitatem Essentiae: nam qui cognoscit Essentiam divinam à se existentem, summè spirituales & actualissimam, omnisciam, omnipotentem, immutabilem, æternam, in se unam &c. nescit tamen, in hac supremâ Essentiâ tres Personas esse, verum Deum, qui in Essentiâ unus est, cognoscit; non enim alii hæc attributa divinitatis conveniunt, nisi vero Deo, imò etiam citra contradictionem asseri potest, quod talis iste cognoscat Deum, qui est Trinus in Personis, sed non quæ Trinus est. Ex quo enim cognoscit substantialia prædicata, soli Deo tri-

no juxta veritatem nostræ religionis competentia; quomodo negabimus, eundem cognoscere Deum qui trinus est, quamvis non omni respectu quovè est cognoscibilis, videlicet quoad trinitatem? Cæterum quod rem ipsam attinet, etsi non dubitem, quin notitia de Deo etiam naturalis se ad plura extendat; tamen quatuor isthæc à Grotio allata, potiora videntur Theologiæ naturalis capita, saltem quoad usum vitæ humanæ & consensum gentium in religione. Profectò autem ex lumine rationis ostendi possunt adhuc alia, scitu vel dignissima; veluti, quòd Deus à se existat actualissimo modo, & sic sit Actus purus, summè spiritualis, intelligens perfectissimo modo sui ipsius Essentiam, & hac cognitione eminenter omnium rerum naturas, tanquam opere externo per quandam communicationem bonitatis imitabiles, atque ad statum existentiae, ut ita dicam, deducibiles; unde *Omniscientia* divina & *Omnipotentia* haud obscure colligi possunt: quoniam qui cuncta potest facere, quæ possunt fieri, necessariò est omnipotens; at Deus cuncta illa facere potest, vel quando solo agit, vel quando causæ secundæ virtute primæ agunt; tertius enim modus dari nequit: rursus, quia in divinisimâ Essentiâ comprehenduntur omnium rerum imagines, Deus attem suam essentiam perfectissimè cognoscit: non potest non esse omnificus. Sed & ex isthac Essentiæ divinæ summâ spiritualitate, & Existentiâ à se ipsâ, *immutabilis*

ejusdem omnimoda & æternitas manifestè deprehenduntur: cum nec à causâ mutante externâ, propter independentiam effectivam; nec à partium dissolutione, sc. cum his careat, subire ullam mutationem vel corruptionem possit. Quâ de re pulchrè canit Philosophia apud *Severin. Boëth. lib. 3. de consol.*

*O qui perpetuâ mandum ratione gubernas,  
Terrarum celsiq; sator, qui tempus ab  
avo*

*Ire jubes, stabilisq; manens has cuncta  
moveri:*

*Quem non externa pepulerunt fingere  
causa*

*Materia fluentis opus; verùm insua  
summi*

*Forma boni livore carens: tu cuncta su-  
perno*

*Ducis ab exemplo pulchrum, pulcherri-  
mus Ipse,*

*Mundum mente gerens, similisq; inima-  
gine formans.*

Enimverò, forsan dicit aliquis: frustra de attributis divinis discursus instituitur, quando ex lumine rationis demonstratum non est, dari Deum; Apage has cogitationes: ac liceat mihi cum *Justo Lipsio* exclamare *cent. 2. ad Belg. epist. 26. Ades mens, style, manus, exurgue & incalescite ad illum asserendum, qui vos fecit, direxit, movit*; nam si, uti experientia docet, eorum quæ sunt, quædam ab alio existunt veluti à sole & virtute ejus diffusâ, frutex, herba, animal, & vel illud, à quo aliquid est, rursus est ab alio, & hoc deinceps ab alio sine fine, vel in serie causarum & effectuum in

in circulum itur, vel ad aliquod primum pervenitur: in circulum iri non potest, tum quod per se ipsum absurdum sit, v. g. gramen, à sole ejusque calore productum, dedisse existendi originem vel corpori solis, vel superiori causæ: tum quod posito circulo isto, periret tota rerum series, pereunte uno aliquo ex his, quæ circulari ratione  $\pi$  esse dare invicem supponerentur & accipere; cuius contrarium testatur experientia: neque in infinitum progressus est in causis: id quod non tantum in omni genere causarum demonstrat *Aristot. l. 1. (aliis 2.) Metaph. cap. 2.* sed etiam ex eo suadet, quod aliàs daretur actu infinita rerum multitudo: ac, numerum aliquem rerum actu infinitum dari, implicat contradictionem, ex *Arist. 3. phys. c. 5.* Quod breviter etiam ita probari potest: Quemcumque numerum ponas, ei aliquid poterit addi: nullus ergò datur numerus infinitus: Assumptum probo: Omnis enim numerus, quantuscunque sit, complectitur plura quinque quàm decem, ac plura decem quàm viginti, & sic deinceps; prout patet ex proportione horum numerorum: poterunt ergò plura decem, plura viginti, addi; & consequenter, numerus non poterit esse infinitus: Ergò illud tantum restat, nec aliud dici potest, quàm in serie causarum & effectuum perveniendum esse ad aliquod primum, quod cæteris causa sit cur existant, ipsi verò nihil aliud; hoc jam vocamus Deum: Quem si ex impietate adhuc negatum cupe-

res, Nomen negabis, sc. illud supremum, in quo est status causarum, debere dici Deum, non Numen, quoad rem ipsam. Deinde sic demonstrari idem potest: si non datur Deus, nec erit Ens summè necessarium, quod Deum dicimus: sed falsum est posterius; ergo & prius, adeoque erit Deus. *Minor* deducitur hoc modo, quia si non sit Ens summè necessarium, omnia poterunt non esse: Hoc verò est impossibile; quia sic nihil esse posset, cum si nihil actu esset, nec possibile foret, aliquid esse; siquidem ne fingi quidem queat, quæadmodum à non esse ad esse aliquid perveniat, si non præexistat aliud, quod existentiae causam præbeat. Plures rationes quibus probatur, dari Deum, colligi possunt ex *Arist. in 8. phys. c. 5. & seq. nec non II. aliis 12. Metaph. c. 6. & imprimis c. 7. Thom. Aquin. p. 1. q. 2. art. 3. Patre Philippo de Sanctis. Trin. p. 3. summ. Philosoph. quaest. 22. art. 1. aliisque Theologis ac Philosophis quamplurimis: adde his dict. epist. Lipsii sanè elegantissimam & lectu dignam, Paul. Voët. Theol. nat. reform. c. 3. §. 2. n. 4. novissimè Franc. Cuper. arcan. atheis. revel. lib. 2. c. 11. per tot. quem miror tamen, in præf. operis pro è finem, Deum facere velle Ens extensum, loco & tempore circumscriptum; adeò ut contraria opinio eidem videatur esse merus atheismus: quam rem contrà se habere mox ostendam. Sed & de Attributis divinis, ex lumine rationis cognitis, legere licet *Boët. in d. libello: Aristotelem cit. loc. ejusque ibid. interpretes, Thom. Aquin.**

13 *Aquin. ac Theologos Scholasticos, in princ. summ. Theol. Phil. de Sanct. Trin. d. part. 3. summ. Philosoph. q. 23. art. 2. & seq. ubi de iisdem accuratè differit. Et hæc quidem Theologia naturalis, ex lumine rationis proveniens, quæ Deum Ter Optimum Maximum considerat, distinguui potest in absolutam, respectu sc. Essentiæ divinæ, ejusque attributorum in se: & respectivam, ratione creaturarum: priore consideratione, Deum præcipuè cognoscimus viâ negationis, removendo sc. ea, quæ imperfectionem involvunt; vel à priore aliquâ causâ originem aut dependentiam, tanquam quæ repugnet primo conceptui de Deo: unde fit, ut ipsum lumen rationis ostendat, Deum nihil eorum esse posse, quæ mole corporeâ constant, aut materiam & passivam potentiam essentiali ratione includunt; quâ de causâ impossibile est, Deum esse extensum, vel propriè in loco aut tempore: quæ enim ita se habent, divisionem recipiunt in partes, & mutationem essentiali rationi deitatis repugnantem: Egregiè Aristot. in l. de cæl. c. 9. quocirca, inquit, neque apta sunt ea, quæ illis sunt (ultra primum nempe cælum) esse in loco, neque tempus servare ipsa facit, neque ullius eorum est ulla mutatio, quæ super extimâ sunt disposita ratione; sed nullis altercationibus, nullis passionibus prorsus subjecta, vitam optimam in universâ sempiternitate & sufficientissimam habent; ac testis est Boëth. in 5. de cons. philos. æternitatem esse interminabilem, vitam totam simul ac perfectam possessionem. Quæ res etiam solidè demonstrari*

potest ex ratione: nam si Deus ut nostra mortalium vita se habet, singulis tantum momentis existit, sequitur, quod possit aliquo tempore non existere: Consequentiam probat; quo enim tempore verum est quicquam non existere, eo etiam est verum posse non existere: impossibile est enim aliquid tempore quodam non existere, & tamen non posse non existere eodem tempore: quare si Dei existentiâ nunc ad crastinum diem, & omne futurum tempus, aliter se habet quàm cras, vel tunc si tempora advenerint; sequitur hodie verum esse, futuris temporibus Deum posse non existere: quod est ex prædeductis falsissimum, & implicat contradictionem in terminis. Erit igitur, ex necessario consequenti, Deus ter-opt. max. purus actus, existens per Essentiâ immutabiliter, quin & Vita quoque auctori vitæ, eaque sine dubio optima, & Intellectus tribui debent: ne alioquin sine cognitione & quodammodo ut dormiens, (id quod & Aristoteles tanquam inconveniens notat) sese habere videatur: sic ergo erit Deus Mens per Essentiâ existens, & summè perfecta; talis autem est quidem, si se ipsum, quo nihil perfectius esse aut fingi potest, perfectè cognoscat. Hæc etiam Philosoph. in d. 11. Metaph. c. 9. His verbis colligit; Se igitur ipsum intelligit, (Mens sc. divina, de qua ibi loquitur) si quidem est id, quod est optimum, estq; Intelligentia intelligentia, & in fine illius cap. 9. quare sic se habet, ait, in omni æternitate ipsa sui ipsius intelligentia.

14

*gentia*. Ex quo sequitur, crassissimum esse errorem; Naturam, sive universi seriem & connexionem, pro primâ rerum causâ agnoscere: ut faciunt Atheistæ: præsupponit enim series, vel ordo, ordinantem: & tales res connexæ, sive una sive plures, corporales sunt; quibus ratio primæ causæ vel originationis rerum planè repugnat: Deberent verò atheistæ potius Auctorem hujus universi ex opere venerari, quàm gloriam ortûs rerum supremam conditis rebus impie simul & mendacissimè imponere.

15 Vid. l. Sap. c. 13. n. 3. & sequ. Porro etiam vero consentaneum est, summum esse in Deo sui ipsius *Amorem* ex perfectâ perfectissimæ sui ipsius *Essentiæ* cognitione: quin & ex eâdem summâ & perfectissimâ actualitate, non potest non sequi, unum esse supremum Numen, nam quia *Existencia* ab intrinseco & primo conceptu Deo competit; nec enim fieri potest, ut vel non existat, vel non à se existat, si Deus est; & verò *Existencia* singularitatem sive τὸ hoc esse includit; non potest Deus esse, qui non sit hoc idem - numero Numen, cui illa divinitatis *existencia* in individuo convenit: impossibile est igitur, dari plura suprema numina; sicut impossibile foret, dari plures homines, si *existencia* Socratis includeretur in primo conceptu humanæ speciei. Hæc de consideratione  
16 *Dei absolutâ*, cui addi possunt quæque *Attributa*; velut, infinita perfectio, omniscientia, omnipotentia, immutabilitas, immensitas, æternitas, vita essentialiter

optima, de quibus partim diximus, partim Philosophi & auctores *cit. loc.* ex professo agunt & substantialia prædicata vel attributa de Deo demonstrant. *Respectiva* Numinis summi cognitio continet tria: videlicet, *Creationem* rerum, *Conservationem* & *Providentiam*: neque enim possunt res creatæ, vel potuerunt, priusquam existerent, se ipsas, ut ita dicam, ex abyssu nihili extrahere, ad statum *existentiæ*; sed ad hoc, ut existere inciperent, indiguerunt operatione divinâ; quâ, velut aliquo radio *existendi* *essentia* actu communicaretur: neque dum existunt vel durant in esse suo, minùs dependent ab illâ operatione divinâ, quam Philosophi vulgò *Influxum* in esse vocant: non enim utique in progressu vitæ, vel *existentiæ* suæ, sunt *Entia* à se: quia hoc planè repugnat earum *essentia* *rationali*: ergo ut continuetur *existencia* creaturarum, est necesse, ut continuetur *influxus* ille divinus, quo subtracto, ut nihil antè fuerunt res illæ, ita nihil amplius erunt, perinde ut aëri ad hoc ut illuminetur, necessaria est *diffusio* *radio* *corporis* *lucidi*, veluti solis; & ut illuminatus maneat, continuata quædam *radio* *radio* *solarium* *diffusio*: quâ cessante, v. g. ex descensu solis infra horizontem, aër simul *lucidus* esse desinit: hoc est, quod *Christus* ait in *Evang. apud Mat. c. 4.* *hominem non ex pane solo vivere, sed unoquoque verbo transeunte per os Dei: & Apostolus Act. 17.* *In ipso vivimus, sumus & movemur.* Insuper, *Providentia* divina etiam clara est

est, ex sanæ rationis principiis, nam quia Deus utique non ignorat suas operationes exteriores; ut res ipsas novit priusquam fiant; vero certè consentaneum est, eum non ex improviso agere, sed ex aliquo apud se constituto ordine; juxta quem ea, quæ etiam in se contingunt sunt, opportuno tempore ad suos fines dirigit: idque postea haud rarè ex eventibus nos mortales perspicimus, præprimis in bellis, conservationibus regnorum, aliisque humanarum rerum insignioribus casibus; quæ cum ita sese habeant, apparet (1) atheis-

20 mum pugnare cum lumine rectæ rationis, & consequenter cum ipso jure naturæ: unde quotquot deprehenduntur ejus notæ homines (dolendum autem est, aliquos in Christiano populo inveniri) procul è Republ. amandandi sunt, tanquam naturæ humanæ hostes: præsertim verò à consiliis publicis arcendi, si quidem bonus sperari debeat eventus. Etenim, ut Theognis ait: *multi quidem utuntur malis consiliis, Numine autem dextro; quibus, quod malum videbatur, cedit in bonum: sunt verò alii, qui consilio bono, sed Numine sinistro res gerunt, finis autem rebus non succedit.* Ecquis enim credat propitium Numen his consiliis, etiam specie externâ sagaciter excogitatis, quæ suggerunt Numinis ex negatione inimici? Hinc scitè Diogenes Cynicus, referente Laërtio in ejus vitâ, Lysiae sciscitanti: An Deos esse crederet? Quomodo, respondit, non crederem, qui te Diis inimicum puto, sc: talia dubitativè quærenti.

Et sanè eò minùs consiliis magnarum rerum adhibendi sunt Atheistæ, si sacras literas consulimus, in quibus audiunt stulti, ut in XIII. Psalmo: *stulti dicunt in corde suo, non est Deus.* Quis verò censeat, de rebus magni momenti stultos esse consulendos? Si peras ejus rei probationem, quamvis auctoritas psalmistæ sufficiens esse potest; non tamen difficulter hæc redditur ex sacris literis, quòd *Timor Dei sit initium sapientia, vel ipsa sapientia: Prov. I. v. 7. Ecclesiastic. I. v. 16. Job. 28. vers. 28.* Sed Atheistæ carent Timore Dei, quem non credunt, E. carent etiam principio sapientiæ; &

22 per consequens, sunt insipientes ac stulti. Age verò κατ' ἀνθρώπων disputemus contra hominem atheistam: sint duo, qui tibi in bivio constituto viam velint monstrare; quorum alter hinc eundum contendat, nec aliorum, si metam contingere velialter fateatur, te illius ductum sequentem pervenire ad scopum; dum tamen ipsum sequere, perventurum similiter: utrum sequeris? profectò, nisi insipias, priorem, sc. quia sic utriusque confessione certior es, te quo cupis hodogetâ priore perventurum: at hosce duos hodogetas noveris esse Christum & Epicurum: Christus pro scopo humanæ felicitatis monstrat talia media, quæ Epicurus non negat, (ur post dicitur) sed Christus negat, Epicuri doctrinam ducere ad felicitatem: quis vir prudens igitur non sequatur, misso Epicuro, Christum; cujus Evangelium, hujus vitæ qualiacunque bona, ab Epicuro

23 *commendata, non intervertit, sed moderatè uti docet, & futuræ in super longè potiora pollicetur? Apparet (2) pluralitatem Deorum atque idololatram esse contra lumen rationis & jus naturæ: quâ de re consulendus Aristot. in II. Metaph. c. 8. sub fin. ubi asserit, ad vulgi persuasionem legumque usum, ac vitæ humanæ utilitatem, sub hominum specie conficta esse idola; à primis autem & veteribus hominibus tales imagines Deos esse, & universam naturam à Divinitate contineri, fabulæ instar ac velut per manus traditum. Ubi tamen notandus videtur Philosophus, quodd in contextu plures primas Substantias sub nomine Deorum admiserit: verùm prima substantia & Deorum vocabula, in latiore significatione, pro intelligentiis cœlestibus, (sicut cum dicimus *superi*) videntur accipi; istâ ratione, quodd ipse Aristoteles a libi, non tantum primum Motorem unicum, sed & eod. lib. II. c. 10. in fine, supremum Numen unicum, ut absolute primum principium, admittat,*

24 his manifestis verbis: *at rerum natura malè administrari non vult: Non bona res plures domini, Rex unicus esto.* Plura subjici & plenius deduci potuissent, quæ naturalem ex lumine rationis noticiam non effugiunt, & suo modo ad Theologiam quoque naturalem congruè relata fuissent; veluti, quodd mens humana sit materiæ experta, facultatibus v. g. intellectu & ratiocinatione prorsus inorganicis prædita, & consequenter immortalis: ex Aristot. d. c. 9. & 1. de anim. c. 4.

item 3. de an. c. 4. & 5. quoniam ulterius quodd sit *Imago Dei*, procul inter alios Phocylides vetustus Poëta clarè agnoscit, dum ait:

Ψυχὴ γὰρ μέγιστον ἀκέραιον ἐν Φθιμένοιῳ  
Πνεῦμα γὰρ ἐστὶ βίης χρεῖος ἁγνῆτος  
& αἰών.

Plura ex antiquorum philosophorum testimoniis confirmat D. Stevog. Professor quondam Jenensis celeb. in *disp. de lum. nat.* Verùm, quia instituti nostri ratio non fert, in singula ista Philosophico discursu hic excurrere; dictis hætenus ac deductis quoad Theologiam naturalem breviter acquiescimus. Restat ut paucis agamus de *Cultu Numinis*: ubi primò explodenda est ea sententia; quam nonnulli Themistio tribuunt: quasi Deus Cultum tantum sui ex dictamine rectæ rationis exigat; modum verò hominis arbitrio permiserit: reverà enim & *Modus colendi* Numinis conveniens esse debet: aliàs cultus divinus rectè perageretur cædendo hostias humanas, ut olim diversæ nationes barbaræ fecerunt: imò ipse populus Israëliticus, dum idolo Molech, sive Vulcano, combusserunt filios; aut Circassiorum gens Tartarica per simum & lac, Sacra rectè faceret; quod est absurdum. Rectius longè Cato aliique, Deum puritate mentis colendum censent: quæ puritas consistit tum in verâ Dei notitiâ, fide ac divinorum contemplatione assidua; tum sincero rectoque erga Deum affectu, virtutumque studio. Pulchrè Aristoteles in X. *Nicomach.* c. 8. qui verò, ait, in *surgendis vitæ muneribus ge-*

rit se consentaneè menti, & hanc colit & reveretur; rectissimè affectus videtur esse, & eum probabile est Deo esse amicissimum. Etenim si Dii (sic gentili more loquitur) aliquam curam habent rerum humanarum; uti vero consentaneum est; illud etiam probabile erit, delectari eos parte hominis longè optimâ sibiq; cognatissimâ (hæc utique mens fuerit;) & hanc maximè diligentibus & honorantibus. Vicissimq; & benefacere his, tanquam cultoribus earum rerum, quæ ipsis cara sunt, & alioquin etiam rectè & honestè vitam agentibus. Hæc Aristoteles: unde colligere licet: (1) Religionem Christianam, etsi multa contineat per rationem sibi relictam imperscrutabilia; attento tamen sine ultimo, esse convenientissimam lumini rectæ rationis: non enim homines ad libidinem carnis ducit, sed docet puritate mentis, & quidem elevatiore à Spiritu Sancto profectâ, colere Deum, quo nomine eam etiam cæteris religionibus rectè præfert Wilb. Grot. in lib. de verit. relig. Christ.

28 Colligere licet, (2) eos, qui vitam degunt corporis voluptatibus prorsus mancipatam, qualem quidem

practici Atheistæ in pretio & usu habent, attestante lib. Sap. c. 2. esse nocentissimos in benè constitutâ Republicâ, cum primis Christianâ: abducunt enim à cultu divino, & à scopo tam Religionis, quàm Reip. ac, si verum fateri volumus, id furfuris homines longè sunt deteriores ipso Epicuro; hic enim ex falso illo principio, quasi in vitâ functos non caderet ulla vel felicitas vel miseria (quo quidem etiam usus est Cicero in lib. de fin. quamvis in cæteris Epicuro dispar,) voluptatem tanquam summum hominis bonum in hac vitâ commendavit; minimè tamen (si quidem Diogeni Laërtio in ejus vitâ, & Epistolæ ad Menœceum credendum) quæ in gulâ & venereis illecebris consisteret; sed quæ esset conjuncta virtutibus, à quibus expressè dixit jucundam vitam separari non posse. En Epicureos istos, sine Epicuro antecessore tales: quibus quid aliud quàm sanior mens; Reip. verò meliores cives optandi sunt? Hæc hætenus de nostro capite.

## C A P. V I I.

## DE OBSEQVIO ERGA PARENTES ET PATRIAM.

## S U M M A R I A.

Num. 1. Ad obsequium parentum liberi obstringuntur naturali ratione.  
 3. Liberi sc. naturales non merè legitimi. 3. patri magis quàm matri vel avo naturali ratione parendum. 4. dum tamen sit compos



pos mentis. 5. & 6. ad turpia & legi repugnantia non extenditur filiale obsequium. 7. patria potestas quatenus sit juris natura? 8. obsequium erga patriam est juris gentium secundarii. 9. obsequii hujus sanctitas & exempla. 10. patria duplex communis & specialis. 11. obsequium debemus patriæ communi & quo sensu. 12. obsequii erga patriam gradus. 13. Rebelles patriæ adversantur juri gentium. 14. obsequium an debeamus patriæ ingrata. 15. & 16. obsequii erga patriam obligatio an duret alibi fixo domicilio. 17. obsequium patriæ an obliget contra patrem hostilia molientem? 18. ob crimen perduellionis num liceat patrem occidere. 19. text. l. minime ff. de relig. ponderatur. 20. filius extra casum necessitatis non tenetur ad eadem patris banniti.

**E**X jure alimentorum & educationis, tum etiam nascendi origine, æquum est liberos parentibus teneri ad obsequium & reverentiam, idque etiam decalogo uti notum con-  
 1 venit, atque sic est juris divini ac naturæ, quod verò patronis etiam eorumque parentibus, liberis, ac heredibus honor debeatur naturali ratione, prout asserit *Gordianus Imp. in l. venia C. de in jus voc. id non aliter intelligendum, quam de jure gentium secundario, quod & ipsum naturali ratione niti, jam est supra expositum, etenim jure naturali in specialiore significatione non est cognitus respectus patroni & liberti, quia ignota servitus eo jure §. 2. Just. de. 1. n. g. & civ. l. manumissiones ff. de just. & jur.*  
 2 Cæterum quia fundamentum obsequii & reverentiæ filialis desumimus à nativitate, apparet parentes & liberos hinc intelligi naturales, non eos, qui per commentum civile adoptionis aut moribus nostris ex pacto unionis prolium talem invicem re-

spectum nacti fuere, naturales verò liberos etiam illegitimos, veluti spurios, adulterinos, incestuosos, jure naturæ debere patribus reverentiam & obsequium, pari ratione concludimus, nam & parentes ipsis ad alimenta obligantur, uti supra dictum, nec distinguimus inter sexum, materem vel gradum, omnes enim liberi sive masculi sive foeminae, sive majoris sive minoris ætatis, sive primi sive ulterioris gradus, parentibus, præclaso similiter harum rerum respectu, debent reverentiam; sed in vinculo obsequii aliqua deprehenditur diversitas, primò respectu sexus, nam patri utique magis, quàm matri, si contraria jubeant nec inhonesta, parendum est, tum ob perpensius plerumque patris judicium, tum ob onus educationis & alimentorum, quod ante omnes respicit patrem: Ergo ei etiam obsequendum erit præ cæteris; deinde respectu gradus, pari enim ratione patri magis, quàm avo, (jure sc. naturæ) non præ-

præcisè intuitu potestatis civilis, quâ interdum avus perfertur, ubi contraria non inhonestâ tamen jufferint, obtemperandum videtur, cum à patre non tantùm immediate descendat soboles, sed ad eundem quoque cura educationis ex suprâ dictis pertineat ante avum; quin etiam ratione ætatis differentia est in obsequio filiali, patri namque non insipienti filius meritò tenetur parere, at si fortassis ex defectu usus rationis, quod nonnullis contingit in suprâ senectute, ferè repuerascat, quomodo filium obsequio directionis paternæ devinctum censeamus, cujus pater indiget jam ipse directione ac auxilio: idem de patre furioso, mente capto, summè prodigo dicendum, nec immeritò, tendit enim filiale obsequium ad commodum obsequentis, ut is sc. benè monenti patri obtemperando, rectiùs educetur, sed hæc ratio cessat in patre furioso, mente capto, summè prodigo vel aliâ rectæ directionis incapaci. Porò obsequium istud restringitur ex parte objecti, in his enim tantùm locum habet, quæ non sunt moraliter turpia, nec cum lege Dei pugnant, imò nec legibus humanis adversantur, aut principum potestatumve publicis præceptis; ergò si parentes contrarium quid jubeant, non tenentur liberi ad obsequium, & quidem res clara est quoad ea, quæ honestati vel legi divinæ refragantur, sed quoddam etiam legum magistratuumve imperia paternis præceptis præponderent, satis ex eo constat, quoddam illa

publica sint, hæc verò privata, & quoddam pater ipse legum sanctionibus magistratuumque decretis obligetur, non ergò potest auctoritate paternâ facere per alium nempe filium, quod ipsi per se non licet, adeoque filius tali casu obsequium paternum licetè detrectat, tantò magis, quoddam ipse filius familiâs ex omnibus causis obligetur, ut pater familiâs, sicut dicitur in *l. filius familiâs 39. ff. de obl. & act.* Non igitur potest prætextu filialis obsequii eludere debitam legibus observantiam, quanquam interdum ob metum reverentialem patris, si quid filius eo jubente contra leges commiserit, præcipuè in minori ætate, mitiori poenâ affici soleat. Ex his colligere licet, quoddam patria potestas originem trahat ex jure naturæ, non equidem, quoad effectus quos habet in jure civili, sed quatenus consistit in directione paternâ; & à parte liberorum, duos parit effectus sc. reverentiæ erga patrem & obsequii, *conf. Dn. Schnob. disp. 1. ad pand. n. 28. Bacchov. ad. §. 2. Inst. de patr. pot. A-rum. exerc. 2. th. 2.* Tractemus jam breviter de vinculo obsequii erga patriam, quod juri gentium adscribit Jctus in *l. veluti ff. de just. & jur.* Sed pertinet propriè ad jus gentium secundarium, non ad primævum, ut obsequium erga parentes, nam patria præsupponit utique societatem civilem in loco nativitatis, cui societati humanæ magis quàm loco per se debemus obsequium, atqui societas civilis & constitutio patriæ est juris gentium secundarii, Ergo etiam obse-

obsequium erga patriam ; hoc tale autem erga patriam vinculum sanctius ferè habitum est, aut cerè cultiorum gentium consensu non minus sanctum, quàm erga parentes obsequium ; frustranea enim foret cura paterna pro liberis, si non esset nativi loci publica defensio contra vim, ab hac cum multum commodi & emolumenti redundare debeat in singulos, par est, id à singulis obsequio patriæ rependi & affectu; hinc boni cives pro patriâ pugnant, monente Catone, & si res ita ferat, etiam pro patria mori haud detrectant, ut quondam sexcenti Spartani Duce Leonida ad Thermopylas in pugna contra Persas; hinc Romanorum Horatii, Curtii, Decii, & tot alii insignes viri pro Rep. gloriose occubuerunt; nec desunt Germaniæ nostræ exempla fortium virorum, qui in bellis præcipue contra Barbaros, Saracenos, Turcas, Tartaros &c. vel olim vel nostrâ ætate, pro religione, pro libertate patriæ, egregie pugnarunt, aded ut nec summa vel imminentis mortis pericula averfati sint. Cæterum jure Romano patria est duplex, communis & specialis, communis dicitur urbs Roma, in *l. Romæ ff. ad munic.* Specialis est locus originis vel nativitatis, de quâ patriâ loquitur *l. si. non specialis C. de testam.* alibi vocatur originalis patria, in *l. filii ff. ad municip.* Sed & jure gentium ita merito distingui posse videtur, & hodie eo sensu in Imperii recessibus, Germania nostra patria dilecta vel communis sæpè vocari so-

let, ut in *Rec. Ratisb. de anno 1567. §.* Und dann hieneben *Rec. Imp. de anno 1576. §.* Dietweil aber unsere Königreich / *Rec. Imp. de anno 1594. §.* wan aber diese / & alibi frequenter. Quæ cum ita sint, obsequium quod debemus patriæ, non intelligi debet de solâ patriâ speciali, sed maximè etiam de patriâ communi, sive de natione & principe gentis sub cujus ditione & Imperio quisque natus est, etenim patria specialis potest esse locus ignobilis, fortè pagus aliquis aut villa, ubi pauci commorentur incolæ vel villici, nec quis ibi domicilium habeat, qui juridicundo præsit, quale ergò huic patriæ obsequium debeat, nisi quod debetur principi, Domino, aut Reip. cujus est illius loci jurisdictio. *per l. qui ex vico ff. ad municip.* Ex quibus sequitur, (1) dari in obsequio jure gentium patriæ debito, subordinationem aliquam secundum gradus domini & jurisdictio- nis, ita ut summo principi vel patriæ communis patriæ, aut etiam Reip. supremum jus habenti debeatur summum obsequium, inferiori patriæ obsequium subordinatum; idque cernere licet, non tantum in regnis absolutis, vel Rerumpublicarum formis simplicibus, sed etiam in mixtis, in quibus suprema potestas temperata est per leges. Sequitur (2) qui patriam armis impugnant sicut quondam Atheniensium Alcibiades, & Romanorum Coriolanus, facere contra jura gentium, unde possunt etiam licitè tanquam hostes occidi, sic etiam qui Germani milit-  
tant

tant contra Germaniam, sub censurâ & pœnis rebellium meritò comprehenditur. *conf. const. Henr. VIII. Imp. tit. qui sint rebelles vers. tenere*; ac si Cæsareis Principum que territorialium mandatis avocatoriis non paruerint, eò justius pœnis constitutionum Imperii afficiuntur, *vid. Rec. Imp. de anno 1541. §. Und wiewohl wir cum §. seq. Rec. Imp. de anno 1559. §. Damit dauh hinfuro Rec. Imp. de anno 1641. §. Es sÿen/ordnen/ vnd wollen.* Quid verò si patria sit ingrata an adhuc ei debemus obsequium? Hoc utique justius & generosius est, eatenus saltem, ne vicem ingratitude malè reddamus, non enim si patria haud facit, quod debet, ob eam causam hostili odio persequenda venit. *Scipio Africanus*, cum non pro merito in Remp. Romæ æstimaretur, ac tandem etiam voluntarium Linterni ageret exilium, non factis, sed verbis quodammodo injuriam ultus est, *ingrata*, inquit, *patria, nec ossa mea habebis*, ut videlicet memoria alibi humati corporis velut monumentum posteris esset ingratitude patriæ. Non igitur si qui cives, (quod quidem fieri non debet, & si fiat signum est corrupti status,) pro meritis, pro eruditione ac virtute in patriâ haud promoventur, sufficientem jam causam nacti sunt hostilis odii ac persecutionis, sed potius hi tales animum inducant alibi quærendam patriam, ibique eam inventum iri, ubi benè sit. Quæro ulterius an obligatio obsequii erga patriam duret, quamvis alio loco sedem fortuna-

rum atque domicilium constituerimus? studium equidem benè faciendi & affectum erga patriam continuandum censeo, per omne vitæ curriculum, ubicunque locorum quis lares posuerit; obsequium verò videtur habere tacitam conditionem, si in patriâ vixeris, aut certè non in aliâ gente fixum jam habeas domicilium. *arg. l. postliminii §. 2. & §. 3. ff. de capt. & postlim.* si tamen non extra imperium nationis tuæ, vel patriam communem, domicilium constitueris aut transtuleris, sed tantum patriæ specialis locum mutes, isthæc constitutio vel mutatio latium non tollit in totum obsequium patriæ, sed in tantum; obligatus scilicet manebis saltem quoad munera; ita in jure Romano cautum reperitur, *in l. ordine §. fin. l. libertus §. 4. l. incola & his ff. ad munic.* quanquam aliud juri gentium & moribus nostris convenire noscatur, tandem quæri potest, an patriæ obsequium devinciat aliquem etiam contra ipsum patrem vel personam necessariam, ut si hostilia moliat, deferri debeat? Id consequens est dicere ex his, quæ tradit *Cicero lib. de offic.* ubi appositè inquit, quòd si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius? Imò verò obsecrabit patrem ne id faciat, si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris, hinc *in l. minime. ff. de relig.* asseritur, non lugendum patrem Reip. hostem, & qui filius

lius talẽm patrem, vel contrà patertalem filium occidisset, etiã præmio afficiendum; huc pertinet exemplum matris Pausaniæ referente Cornelio Nepote in ejus vitã, quæ inter primos fuit filio ob conspirationem cum Persis pœnæ gratiã occludentium fores. Verùm difficile est in tantã necessitudine ac reverentia filii erga patrem asserere ob crimen perduellionis, simpliciter licitam esse filio cædem patris, jure naturæ vel etiã jure gentium; rectè enim *Justin. ait. in Nov. 12. c. 2. licet legum contemptor & impius sit, tamen pater est, quo intuitu filius patrem à conamine perdullionis potiùs à conamine adhortationis, minarum, vel si necessitas patriæ postulet, delationis aut accusationis, cùm ea quoque contra regulam accusationum in perduellionis crimine filio permittatur. arg. Nov. 115. c. 3. §. 3. deturbare debet, non ipse verò paterno sanguine, cuius effusione horret ingenuus animus, pollui, nec text. d. l. minimè. aliud suadet, si rectè consideretur, quia loquitur de eo, qui ad patriam de-*

lendam, venit, ad parentes, ad liberos interficiendos, qui utique ex moderamine inculpatæ tutelæ licitè occiditur. Ergo oportet ut hoc tale facinus patris sit manifestum, nec alia via extet defendendi patriam, aliàs utcunque pater sit perduellis, utcunque bannitus, non erit filio permissum, eum occidere, quamvis in loco illo statutum expressè permetteret impunè occidere bannitos, ita *Jul. Clar. lib. 5. sent. 5. homicidium n. 59. Capoll. conf. crim. 5. n. 26. Menoch. de arb. jud. quest. lib. 1. quest. 90. 43. & seq. multò igitur minùs obligatus dici poterit ad cædem patris banniti & 20 perduellis, si desit vel patris notoria hostilitas, vel patriæ inevitabilis necessitas, pulchrè apud *Liv. lib. 23. histor. Calavio patri Perolla filius: Ego quidem, inquit, quam patria debeo pietatem, exsolvam patri, tuam doleo vicem, cui ter prodita patria sustinendum est crimen; semel cùm defectionem inisti ab Romanis; iterum cùm pacis cum Annibale auctor fuisti; tertio hodiè cùm restituenda Romanis Capua mora atque impedimentum tu es, &c. sed hæc de præsentia materia.**

## C A P. VII.

## DE DOMINIIS EORUMQUE DIVISIONE ET ACQUISITIONE.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. Dominiorum origo adscribitur juri gentium. 2. dominii distinctio in dominium jurisdictionis, universalitatis & singulorum. 3. & 4. dominii jurisdictionalis origo ad jus gentium secundarium refertur. 5. item dominii universalitatis, 6. dominium singulorum*

H

an ad

*an ad idem jus gentium originaliter pertineat? 7. & 8. commu-  
 nio rerum originaria an & quatenus aliqua fuerit? 9. usq; 13.  
 mare an totum cadat sub dominium humanum. 14. originaria  
 acquisitionis tria requisita. 15. occupationis diversa nomina pro  
 diversitate objectorum. 16. captura rerum hostilium ab originaria  
 acquisitione distinguitur. 17. facultas per occupationem acqui-  
 rendi hodiè valdè restricta. 18. & 19. Fera hodiernum contra in-  
 terdictum venandi capta sit capientis. 20. & acquiritur emptori,  
 ut à domino venationis post auferri nequeat. 21. sub distinctione  
 tamen scientis & ignorantis emptoris. 22. item nisi lex expressè  
 disponat feram ex capturâ contra interdictum acquiri domino.  
 23. in aucupio & piscatura quatenus libertas occupandi restricta.  
 24. Et quatenus in rebus inanimatis. 25. quid in derelictis ab  
 hoste captis vel thesauro. 26. accessionis objectum & species du-  
 plex. 27. accessio partim juri constituto, partim gentium secun-  
 dario adscribenda. 28. insula fluviatilis, quatenus est modus ac-  
 quirendi declaratur; 29. insula fluminum diversis in locis tri-  
 buuntur fisco. 30. Const. Adolphi Imperatoris quid hac in re cau-  
 tum. 31. 32. & 33. alvei jus declaratur. 34. 35. & 36. arcifi-  
 nium quid sit, & num mutato fluminis alveo fines regnorum vel  
 territoriorum mutantur? 37. alluvionis jus non affert augmentum  
 publico censui. 38. Traditionis fundamentum est ex consensu do-  
 mini. 39. Consensus expressus & tacitus in quibus obtineant. 40.  
 Traditio, successio, usucapio sunt modi acquirendi juris gentium.  
 41. & 42. quo sensu successio & usucapio. 43. Grotius testa-  
 menta malè refert ad modos acquirendi. 44. Testamenta foren-  
 sum valent quoad bona alibi sita. 45. Albinatus vel Albinagii  
 jus successionem in bonis forensium excludit, nisi adsit privile-  
 gium naturalisationis. 46. Albinatus jus per se iniquum sustine-  
 netur jure reciprocationis. 47. Testamenta quanam jure gen-  
 tium aestimentur. 48. Traditio in commercii ad translationem  
 dominii ex consensu necessaria est. 49. Grotii objectionibus respon-  
 detur. 50. Traditio an indistinctè & re etiam à domino non pos-  
 seßâ, necessaria habenda sit?*

lius talem patrem, vel contra patrem talem filium occidisset, etiam præmio afficiendum; huc pertinet exemplum matris Paulaniæ referente Cornelio Nepote in ejus vitâ, quæ inter primos fuit filio ob conspirationem cum Persis poenæ gratiâ occudentium fores. Verùm difficile est in tantâ necessitudine ac reverentia filii erga patrem asserere ob crimen perduellionis, simpliciter licitam esse filio cædem patris, jure naturæ vel etiam jure gentium; rectè enim *Justin. ait. in Nov. 12. c. 2. licet legum contemptor & impius sit, tamen pater est, quo intuitu filium patrem à conamine perdullionis potiùs per gradus adhortationis, minarum, vel si necessitas patriæ postulet, delationis aut accusationis, cùm ea quoque contra regulam accusationum in perduellionis crimine filio permittatur. arg. Nov. 115. c. 3. §. 3. deturbare debet, non ipse verò paterno sanguine, cuius effusione horret ingenuus animus, pollui, nec text. d. l. minimè. aliud suadet, si rectè consideretur, quia loquitur de eo, qui ad patriam de-*

lendam, venit, ad parentes, ad liberos interficiendos, qui utique ex moderamine inculpatæ tutelæ licitè occiditur. Ergo oportet ut hoc tale facinus patris sit manifestum, nec alia via extet defendendi patriam, aliàs utcunque pater sit perduellis, utcunque bannitus, non erit filio permittum, eum occidere, quamvis in loco illo statutum expressè permetteret impunè occidere bannitos, ita *Jul. Clar. lib. 5. sent. 5. homicidium n. 59. Capoll. conf. crim. §. n. 26. Menoch. de arb. jud. quæst. lib. 1. quæst. 90. 43. & seq. multò igitur minùs obligatus dici poterit ad cædem patris banniti & perduellis, si desit vel patris notoria hostilitas, vel patriæ inevitabilis necessitas, pulchrè apud *Liv. lib. 23. histor. Calavio patri Perolla filius: Ego quidem, inquit, quam patria debeo pietatem, exsolvam patri, tuam doleo vicem, cui ter prodita patria sustinendum est crimen; semel cùm defectionem inisti ab Romanis; iterum cùm pacis cum Annibale auctor fuisti; tertio hodiè cùm restituumda Romanis Capua mora atque impedimentum tu es, &c.* sed hæc de præsentī materia.*

## C A P. VIII.

## DE DOMINIIS EORUMQUE DIVISIONE ET ACQUISITIONE.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. Dominiorum origo adscribitur juri gentium. 2. dominii distinctio in dominium jurisdictionis, universitatis & singulorum. 3. & 4. dominii jurisdictionalis origo ad jus gentium secundarium refertur. 5. item dominii universitatis, 6. dominium singulorum*

H

an ad

*an ad idem jus gentium originaliter pertineat? 7. & 8. commu-  
 nio rerum originaria an & quatenus aliqua fuerit? 9. usq; 13.  
 mare an totum cadat sub dominium humanum. 14. originaria  
 acquisitionis tria requisita. 15. occupationis diversa nomina pro  
 diversitate objectorum. 16. captura rerum hostilium ab originariâ  
 acquisitione distinguitur. 17. facultas per occupationem acqui-  
 rendi hodiè valdè restricta. 18. & 19. Fera hodiernum contra in-  
 terdictum venandi capta sit capientis. 20. & acquiritur emptori,  
 ut à domino venationis post auferri nequeat. 21. sub distinctione  
 tamen scientis & ignorantis emptoris. 22. item nisi lex expressè  
 disponat feram ex capturâ contra interdictum acquiri domino,  
 23. in aucupio & piscatura quatenus libertas occupandi restricta.  
 24. Et quatenus in rebus inanimatis. 25. quid in derelictis ab  
 hoste captis vel thesauro. 26. accessionis objectum & species du-  
 plex. 27. accessio partim juri constituto, partim gentium secun-  
 dario adscribenda. 28. insula fluvialis, quatenus est modus ac-  
 quirendi declaratur; 29. insula fluminum diversis in locis tri-  
 buuntur fisco. 30. Const. Adolphi Imperatoris quid bac in re cau-  
 tum. 31. 32. & 33. alvei jus declaratur. 34. 35. & 36. arcifi-  
 nium quid sit, & num mutato fluminis alveo fines regnorum vel  
 territoriorum mutantur? 37. alluvionis jus non affert augmentum  
 publico censui. 38. Traditionis fundamentum est ex consensu do-  
 mini. 39. Consensus expressus & tacitus in quibus obtineant. 40.  
 Traditio, successio, usucapio sunt modi acquirendi juris gentium.  
 41. & 42. quo sensu successio & usucapio. 43. Grotius testa-  
 menta malè refert ad modos acquirendi. 44. Testamenta foren-  
 sum valent quoad bona alibi sita. 45. Albinatus vel Albinagii  
 jus successionem in bonis forensium excludit, nisi adsit privile-  
 gium naturalisationis. 46. Albinatus jus per se iniquum sustine-  
 netur jure reciprocrationis. 47. Testamenta quanam jure gen-  
 tium aestimentur. 48. Traditio in commerciis ad translationem  
 dominii ex consensu necessaria est. 49. Grotii objectionibus respon-  
 detur. 50. Traditio an indistinctè & re etiam à domino non pos-  
 sessâ, necessaria habenda sit?*

Juri



1 **J**uri gentium inter cætera etiam  
 2 adscribi dominiorum distinctio-  
 nem, notissimum est ex Hermoge-  
 niano, *JCto in l. ex hoc jure ff. de just. &*  
*jur. quo sensu autem hoc intelligen-*  
*dum veniat, non aded est expeditum,*  
 etenim accipi poterit vel de dominio  
 jurisdictionis, vel universitatis vel  
 singulorum, hoc triplici sc. modo vo-  
 cabulum domini distinguunt Do-  
 3 ctores *Covarruv. in reg. peccatum p. 2.*  
*S. 9. n. 8. Lud. Molin. de just. & jur. tract.*  
*2. diff. 3. n. 7.* Ergo vel hic est sensus:  
 cœpisse jurisdictiones invicem di-  
 scerni jure gentium, ita ut hæc esset  
 hujus populi in terris competentibus,  
 altera alterius in aliis locis; vel  
 hic, universitates primùm seorsim res  
 aliquas acquisivisse ex jure gentium;  
 vel hic, dominia privatorum ex eo  
 4 jure descendere atque distincta fuisse;  
 3 primus sensus maximè quadrat juri  
 gentium secundo: postquam enim  
 genus humanum jam in varias gen-  
 tes excrevit, aded ut commodior vi-  
 vendi ratio diversas regiones quære-  
 re impulerit, quod quidem primis  
 illis post diluvium temporibus con-  
 tigisse vero est consentaneum, juxta  
 sacrum Codicem *Gen. 10. v. 32.* non  
 potuit non communi consensu pla-  
 cuisse, ut quas terras unaquæque na-  
 tio occupasset, coluisset, vel in qui-  
 bus sedes constituisset, in iisdem  
 etiam ei jus esset statuendi ac juris-  
 dicundi; neque enim tot rationes tam  
 diversarum linguarum, ab uno Re-  
 ctore humano gubernari poterant,  
 ergo id fuit consequens permittere  
 singulis, saltem tacitè & usu ipso, ut

personas & res sui districtus melioris  
 vitæ gratiâ curarent, leges præscri-  
 bendo atque ex bono & æquo jus sta-  
 tuendo, hinc rectè *Dn. Brumm. in d. l.*  
*ex hoc jure fluxisse, ait, ex jure gentium*  
 distinctionem dominiorum ac terri-  
 toriorum, imò hoc etiam ad litora &  
 contermina gentibus maria extendi  
 debere, usus ipse declarat, quo intui-  
 tu, *Celsus, Litora*, inquit, *in qua populus*  
*Romanus imperium habet, populi Romani*  
*esse arbitror, in l. litora. princ. ff. ne quid in*  
*loc. publ.* ubi glossa hæc rectè interpre-  
 tatur quantum ad jurisdictionem.  
 Neque tamen diffiteor etiam secun-  
 do sensu intelligendo dominium,  
 ejus discretivam originem ad jus  
 gentium referendam esse, quia quas  
 res quæque universitas cepisset, ejus  
 etiam dominium communi gentium  
 usu & consensu ad eandem pertinere  
 debuit, & tantisper singulorum de  
 universitate, siquidem utilis esse po-  
 terat, usibus subservire, sc. dum sin-  
 gulis seorsim sua assignarentur pri-  
 vata dominia; itaque quos agros, quæ  
 nemora, pascua, saltus, unaquæque  
 natio occupavit, illius dominio &  
 communi singulorum ex eâ usui,  
 prout dixi, cedebant; verùm ad evi-  
 tandas rixas eodem jure placuit, suū  
 guique assignare agrorum modum,  
 hoc est, quod *JCtus* inquit *in d. l.*  
*ex hoc jure*, agris jure gentium termi-  
 nos esse positos, ut nimirum sicut ter-  
 ritorium esset distinctio inter gentes,  
 sic agrorum inter privatos de eadem  
 gente cives, nisi forte universitas ali-  
 qua communia in eo statu retinuis-  
 set, Ceterum tertio sensu ad jus gen-  
 tium

tium secundarium non omnino referenda venit distinctio dominiorum, nam licet eadem in bonis universitatis postea inter singulos divisas, huic eidem juri secundum præmissa attribui possit, id tamen universale non est, in omnibus acquirendi figuris, quibus privati mox ab origine rerum conditarum proprium aliquid tenuerunt, hinc Grotius, quem sequuntur alii, distinguere solet inter acquisitionem originariam & derivativam factò hominis *lib. 1. de Jur. Bell. & Pac. c. 3. §. 1.* quanquam ille etiam acquisitionem per divisionem originariæ acquisitionis adscribat, quæ rectius tamen refertur ad derivativam factò hominis, quippe ager inter privatos dividendus jam præsupponit acquisitionem à parte universitatis, cujus factò utique humano (homines enim eam divisionem quondam faciebant hodieque certis casibus solent) assignatur privatis, quemadmodum si terras hostium captas civibus distribuimus, quas interdum soliti erant Romanorum Imperatores assignare veteranis in præmia, *l. Lucius ff. evict.* Ex his igitur colligere licet, dominia privatorum originem trahere ex jure gentium primæve, quod alii vocant jus naturæ, quâ de re supra. Verùm hîc non inconcinnè quæritur (1) an fuerit aliqua originaria rerum omnium communio? ita sentit *Justinus lib. XIV. hist. Franc.* inquit, *omnia communia & in d. visa omnibus veluti unam cunctis patrio- nium esset,* consentit *Grot. lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. c. 2. §. 2.* ubi latius expli-

cat. Sed alii contra censent, ut *Dn. Zigler. ad d. loc. Grot.* ubi tradit proprietatem hujus universi à Creatore donatam Adamo, qui dominus fuerit & possessor totius orbis terrarum, ad liberos verò ejus vel descendentes donatione, assignatione, vel cessione paternâ velut jure peculii pervenisse. Ego Grotianam istam sententiam admittendam arbitror, sub distinctione inter communionem proprietatis & usus rerum; de illa si loquamur, ab origine rerum nulla fuit, consentiente ipso Grotio, cum enim *ibid.* affirmet proprietatem vel divisione vel occupatione primitus quæsitam fuisse, profectò non poterit originariam aliquam agnoscere communionem omnium rerum intuitu proprietatis, nam quæ proprietas à divisione primam trahit originem, in statu communionis nondum utique fuit, aliàs divisioni prima proprietatis origo adscribi non posset; quæ verò occupatione cœpit, præsupponit rem occupatam antea fuisse nullius, & sic excludit communionem proprietatis; ast verò cum primis hominibus promiscuus fuerit rerum ab aliis non occupatarum usus, nihil equidem video, quod obstet, cur non cum Grotio censeamus, hoc sensu aliquam fuisse rerum communionem originariam, nec refragatur donatio Adamo facta, tum quia certa non est ex verbis scripturæ, tum quia dispositio divina de usu carniùm, olerum atque fructuum diversæ speciei non singulariter ad personam Adami, sed in plurali numero, adeoque potius ad genus

genus humanum in personâ primorum parentum directa fuit, tum denique quia non tam ab eâ, quàm  
 9 ab aliâ post diluvium, Noë ejusque filiis factâ concessione divinâ, origo humani domini arcessenda venit, cujus intuitu dubitandum non est, quin ex verbis & intentione scripturæ generi humano magis occupandi facultas concessa sit, quàm Dominium actu ipso. Quæritur (2) quid de mari dicendum, an totum cadat sub dominium humanum? Negat hoc Grotius lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 2. §. 3. ubi ex ratione naturali & morali declarat, mare indivisum mansisse in genere humano, cum ejus usus omnibus gentibus sufficiat, sed & ob suam magnitudinem occupari à nemine posse, quorum utrumque tamen ibi impugnat Dn. Zigler. in not. quin & idem Grot. d. lib. 2. c. 3. §. 10. arbitratur, ex instituto provenire, non ex naturali ratione, quodd mare occupatum non sit, aut occupari jure non potuerit;  
 10 Grotium sanè quod attinet, facile potest à contradictione vindicari, nam in d. §. 3. loquitur de oceano terram ambiente, de quo etiam nostra est quæstio, sed in d. §. 10. de maribus agit particularibus, quorum jus ad privatos pertinere potest l. sanè ff. de injur. & si contrâ accidit, est ex instituto vel moribus, non ex naturâ rei vel ratione naturali, secundum quam si quis ab utroque latere prædia habeat, cur non dominium hujusmodi maris acquirere possit, nihil repugnat Grot. d. §. 10. & §. 8. preced.

at si rem ipsam considerare volumus, Grotiana sententia de toto mari non occupabili neque divisibili, haud est extra controversiam & in primis dicam ei scribunt, qui ex Mathematicâ ratione juxta cœli situm mare sub divisionem cadere existimant, quod si sub divisionem cadat, quid obstabit, cur non portiones singulæ occupatæ à possessoribus in alium & vel in unum transferantur, aut sic occupentur vel occupatæ olim, cum nullius essent, fuerint, ut ita mare totum sub dominium cadat? Verùm  
 11 enim verò politicis actibus vix robur accedere potest, ex Geometricâ dimensione illius rei, quæ ex toto & omnibus sui partibus unius ejusdemque usibus applicari nequit, cur non enim etiam centrum terræ ab homine acquiri ac possideri posse putamus, quia Geometriæ semidiametri terræ norunt dimensionem. Veriorrem itaque & hîc puto Grotianam assertionem, totum oceanum sub dominium propriè non cadere, cum omnes ejus partes vix accessui pateant, vel certè non ita, ut animo possidendi liceat in iis subsistere, sive propter calorem intolerabilem, sive propter frigus, atque adeò animus acquirendi vel possidendi jure naturali requisitus deficit, nec est simile in fundo, ad cujus acquirendam possessionem, haud est necesse, ut quis singulas glebas obambulet, sed sufficit quamlibet partem ejus introire cum animo possidendi, juxta Paul. in l. possideri §. 1. ff. de acq. poss. quia dispar ratio est maris totius propter inacces-

- cessam ferè magnitudinem, illi enim, qui aliquam fundi partem ingressus est, perfacile erit pariter cæteras partes cohærentes ingredi, & ita animus possidendi potest præsumi, quod non similiter se habet in vastitate pelagi, alioquin dicendum foret, unicâ navigatione maritimâ cum animo possidendi, totius Oceani quæsitam possessionem, quæ res & ridicula in se apparet, & juri gentium
- 13 contraria. Neque enim, si quod navigium tam felix sit, ut Oceanum circumquaque percurrat, quale superiore seculo referunt contigisse Francisco Draco Anglo; possessio
- 14 capta cenferi potest Oceani & partium ejus circumquaque, ad quas vi ventorum navis fortè fuit impulsâ, si vel maximè navigantes hinc voluissent acquirere possessionem, quia ad possessionis acquisitionem præter voluntatem requiritur factum apprehensionis, nec quod in quibusdam speciali ratione receptum est, ut affectus possidendi sufficiat *juxta l. i. S. pen. ff. de acq. poss.* ad occupationem totius maris extendi debet, quod generi humano natura commune fecit, atque indivisum dedit, nec *in d. S. pen. de rebus communibus* occupatione, sed quæ jam alicujus sunt traditione acquirendis agitur. Unde sequitur, ad originariam acquisitionem, quam JCI vocant occupationem, requiri tria. 1. ut res occupanda sit nullius. 2. ut sub dominium humanum cadat, & salvâ ratione naturali cæteris hominibus quoad usum intercludi possit.
3. ut occupans externo aliquo signo vel facto sufficienti animum possidendi & acquirendi declaret. Verùm pro diversitate objectorum occupatio alia atque alia sortitur nomina: nam quoad feras terrestres dicitur venatio sive captura per venationem, quoad pisces & aquatilia animalia, piscatura; quoad volatilia verò, aucupium, quòd si quædam sint *àp. Phisica*, species capturæ inspicienda est, proque ejus indole aut ad venationem aut ad piscaturam occupatio tunc referenda videtur; quantum denique ad res inanimatas, veluti thesaurum, margaritas, lapillos &c. occupatio dicitur inventio. Nec præmissis obstat exemplum capturæ, rerum hostilium, quæ licet alicujus sint, tamen justè occupantur, ea etenim species non ad originariam acquisitionem pertinet, sed juri gentium secundario, quo belli jura nata sunt, debetur, adeoque occupationis nomen, quatenus prædæ hostili attribuitur, latius erit originariæ acquisitionis vocabulo. Notandum tamen erit, quòd naturalis isthæc, quam diximus, occupandi libertas, diversarum gentium & imprimis Germaniæ nostræ constitutionibus atque moribus, valdè sit restricta; hodie enim non passim omnibus venari permissum, sed tantùm Principibus, vel qui Principum locum obtinent, aut ex Principum concessione id habent, vel aliàs legitime præscripserunt; ita enim usus venandi privatis interdictus est *per const. Frid. I. Imperat.* quæ constitutio inserta

inserta est consuetudinibus feudo-  
 dorum rubr. de pac. ten. §. 5. vers. nemo  
 retia. & hodiernum in viridi est ob-  
 servantiâ, nisi quod apros etiam se-  
 cundum mores & statuta provincia-  
 rum venari prohibitum sit, cujus  
 contrarium Fridericianâ isthac lege  
 nominatim placuit. Quanquam verò  
 hæc ita sese habeant, ut lex prohibens  
 privatis venationes ferarum sus-  
 18 tineri queat, prout deducit Gros. d. c.  
 2. §. 5. tamen verissimam puto Co-  
 varruviæ opinionem, quod fera cap-  
 ta contra interdictum venandi ad-  
 huc fiat capientis, licet is merito  
 possit puniri, & fera sic capta ei e-  
 tiam auferri; ratio est; quia fera syl-  
 vivaga, ut in libertate naturali con-  
 stituta, adhuc hodiè est nullius, er-  
 gò cedit occupanti contra interdi-  
 ctum, consimili ratione, sicut ex ve-  
 riore sententiâ ingressus fundum a-  
 lienum contra interdictum domini,  
 feram ibi captam suam facit, licet  
 injuriam committat, venando con-  
 tra interdictum domini, vid. Co-  
 19 varruv. in relect. c. peccatum. p. 2. §. 8. n. 2.  
 ubi subjungit & alteram rationem,  
 quod nimirum lex prohibitiva tan-  
 tum afficiat actum venationis, non  
 verò acquisitionem ex venatione;  
 sanè hæc distincta sunt, idque in si-  
 mili etiam videmus, quod lex fortè  
 contractum aliquem prohibendo  
 haudquaquam acquisitionem ex  
 contractu prohibeat. v. g. si civibus  
 lege interdicatur frumenta vendere  
 externis, talis lex non impedit,  
 quin si quis vendat, acquirat ex con-  
 tractu pretium, licet pœnam gravio-

rem legis incurrat l. quia C. que res ven.  
 l. nemo C. que res export. Ex quibus col- 20  
 ligitur velut corollariis loco, quod fe-  
 ra contra interdictum venandi ca-  
 pta ac vendita, fiat emptoris, nec  
 possit ei jure auferri à domino vena-  
 tionis, quippe cui nullum jus in re  
 est acquisitum ante ablationem ac-  
 tualem, quâ occupanti fera isthac in-  
 pœnam eripitur; nec obstat, quod a-  
 liud obtineat in rebus commissis ob  
 defraudatum vestigal, secundum l.  
 commissæ ff. de publ. & vect. quia ratio  
 est valde diversa: nam per ipsum ac-  
 tum defraudati vestigalis res com-  
 missa, ut ait ipse textus, desinit esse in  
 dominio prioris domini, & fisco ac-  
 quiritur, sed per actum venandi pro-  
 hibitum fera capta non desinit esse in  
 dominio priori, imò ne fuit quidem,  
 sed incipit de novo esse occupantis,  
 nec vel ex dispositione legis regulari-  
 ter, vel juris naturæ aut gentium prin-  
 cipis, acquiritur domino, ad quem  
 pertinet jus venandi, ut jam vidi-  
 mus. Ergo de jure idem dicere non  
 possumus hoc casu, quod in specie  
 commissi. Putem tamen hæc dupli- 21  
 citer declaranda. I. sub distinctione  
 inter scientem & ignorantem em-  
 ptorem; ille enim succedere videtur  
 in vitium rei arg. o. quia extr. de jud. at-  
 que aded justè ei auferri poterit fera  
 capta contra interdictum venandi;  
 non æquè ignorantis; unde emptori i-  
 gnorans videtur jure gentium fieri  
 dominus irrevocabilis capte hujus-  
 modi feræ & à se emptæ, sciens verò  
 tantum revocabilis, cui non quidem  
 jure vindicationis sed privationis  
 per

per decretum vel sententiam liceat feram captam auferre. Nec contra speciem, de qua loquimur, allegari potest *text. l. fin. §. fin. C. comm. de leg. ubi etiam ignorantem emptori succurritur tantum viâ evictionis contra venditorem; quia in casu hujus legis censetur ob existentiam conditionis fidei commissi per hæredem alienati in effectu res aliena vendita esse, quod juxta prædicta non est idem in casu hic proposito. 2. Covarruviana assertio nem limitanda arbitrator, nisi sc. lex vel statutum prohibens venationes, insuper disponat, Principi, vel domino ex occupatione ferarum à privatis factâ, acquiri dominium, tunc enim occupans committet furtum, feram à se captam postmodum vendendo, cum sit res aliena, unde tam contra scientem quam ignorantem emptorem, erit locus vindicationi & avocationi ex parte Principis vel domini juris venandi. E' re igitur erit statuta venationes prohibentia sic concipi, ut etiam includant clausulam illam acquisitionis domini in feris contra interdictum captis, qualem equidem legem ferri posse nihil video ob stare, præsertim cum constet, & in aliis casibus lege disponente alteri per alterius personam acquiri posse dominium; ut in filiis familiâs & servis notum est, ac præterea lex sola sufficiat ad transferendum dominium rerum, quæ nullius sunt, etiam ante occupationem, ut rectè vult *Grot. lib. 2. de J. Bell. & pac. c. 8. n. 5. circa fin. Plura de jure venandi, quæ vel consue-**

tudinibus locorum vel statutis nuntur, hic non placet subjicere; plane & in aucupio & piscaturâ cernimus libertatem jure naturæ competentem gentium moribus valdè restrictam esse; nam neque nobiliores aves veluti gallos vel gallinas sylvestres, ficedulas, turdos &c. capere licet, nec piscari passim in publicis fluminibus, plerumque ex publicâ autoritate inter pisces secandum districtus divisus, vel alioquin à superiore concessis. *conf. Stypmann. de jur. maris. part. 5. c. fin. n. 11. & Dn. Struv. in synagm. jur. feud. c. 6. aphor. 7. n. 10. Sic & juris naturæ libertas in rebus inanimatis est restricta, ut gemmis, lapillis, margaritis, cujusmodi rerum occupatio speciali jure ad Principes hodiè pertinet Stypmann. de tract. p. 2. c. 4. n. 111. & seq. Gryph. de insul. c. 31. Quid de insulâ maritimâ dicendum? Eam fieri occupantis, vult jus nostrum Romanum. §. insula. Just. de rer. divis. quod intelligendum quoad dominium proprietatis, etenim quoad jurisdictionem illius esse intelligitur, penes quem est imperium maris aut continentis forsân vicini *arg. 25 l. insula ibique Castrens. ff. de jud. Harprecht. in d. §. insula n. 3. Huc pertinent etiam res pro derelicto habitæ, item ab hoste captæ §. pen. Inst. de rer. divis. l. 5. §. fin. ff. de acq. rer. dom. immobiles tamen magis publicæ potestatis assignatione, quam occupatione singulorum dominio acquiruntur l. 11. ff. de evict. Sed & thesaurus hûc referri debet l. 31. §. 1. ff. de acq. rer. dom. §. 3. Inst. de rer. divis. qui si in suo, totus, sin**

fin in alieno ex dimidiâ parte sit inventoris, modò bonâ fide inventus sit, non artibus magicis d. S. 39. & l. m. C. de thes. imò hodiè etiam sub distinctione tamen thesaurus est de numero regaliū. c. m. quâ sicut reg. in ass. stud. Quibus omnibus subiungendus venit elegans Grot. locus d. n. 5. ubi concinnè inquit: *Germania populos, cum Principibus ac Regibus bona quadam essent assignanda; unde dignitatem suam sustinerent, sapienter excusasse, ab illis rebus incipiendam, quæ sine damno cuiusquam tribui possint, cuiusmodi sicut res omnes, quæ in dominium nullius cadunt; atque hætenus de occupatione, primo illo originariæ acquisitionis modo. Sequitur accessio, quæ pro objecto habet non res adseptas, sed ex adjacentiâ vel coherentiâ alterius dominio quodammodo adjectas, in quibus propterea locus esse nequit occupationi. Tradunt autem Doctores accessionem duplicem, sc. naturalem & industrialem, illa fit à naturâ sine factò hominis, hæc contrâ factum hominis exigit; naturalis, tres sunt species, insula (fluviatilis sc.) alveus & alluvio, industriale complures, ut implantatio, inædificatio, commixtio, confusio, specificatio, inscriptio, pictura, &c.*

26 de quibus ad tit. de divis. rer. etsi aliqua videantur magis esse juris constituti, quàm gentium. Hoc amplius ipsa naturalis ita dicta accessio non adscribenda mihi videtur juri gentium primævo sive naturali, prout Grotius vocat, sed secundario, gentium consensu demum introducto, nam & hoc ipso, quo insula fluviatilis &

alveus proximis accolis acquiruntur, præsupponitur dominiorum distinctio; idem in alluvione. Sed misâ origine jam rem ipsam declaremus, & primò insulam; ea intelligenda tantum est de fundo ipsius fluminis publici ex mutatione alvei, divisus aquis relicto & rursus unitis circumdato, non cum fundum, qui continentis erat, flumen de novo circumfluit, quia tunc jure gentium dominium terræ illius manet ejus, cujus antè erat, uti rectè perpendit *J. Cuius in l. ergo, §. 2. in fin. ff. d. t. quemadmodum verò dividenda sit insula fluviatilis inter vicinos accolos, præprimis si nata fuerit in medio flumine, docet Paulus in l. inter eos ff. eod. videndi etiam *Bart. & Gryphianus*. in specialibus de insulâ tractatibus; egi etiam hæc de re enucleatius in tract. de jur. rer. hæc 29 genus nondum edito, planè diversis in locis insulæ fluminum non amplius privatorum dominio, sed Principum ac fisci compendio cedunt, ut in Rheno, Danubio, & aliis celebrioribus Germaniæ fluminibus; extat hæc de re Adolphi Imperatoris constitutio, quâ id genus insulas adjudicat Imperio atque Comitibus in quorum districtu natæ sunt, quæ constit. vid. apud Gold. tom. I. cons. Imp. p. 315. sed nihilo secius jus gentium 30 commune isthac sanctione non profus immutatum videtur circa insulas, cum loquatur tantum de Comitibus telonia habente in flumine, ubi insula nata; ergo si nasceretur alibi, contrarium obtinere posset. *cons. Oettinger. tract. de jur. & contrav. juris lib. 3. c. 3. n. 12.**

& hoc intelligo de terris intra Imperium; ad extraneas nationes, regna vel provincias eandem constitutionem haud pertinere certum est. Alvei porro jus & ipsa naturalis est, quo dominium nobis adjicitur ab ipsa quodammodo natura, flumine mutante cursum; id enim terrae spatium quod siccum inde relinquitur, conceditur proximorum praediorum dominis, velut in levamen aliquod aut compensationem incommoditatum, quas flumen vicinum solet possessoribus afferre. Haec ratio sine dubio est fundamentum accessionis, etiam in insulis fluminum; sed in alveo si simplicitatem juris gentium consideramus, non aequè universaliter videtur concludere, nam si flumen mutat alveum priorem, & occupat novo alveo agrum vel partem agri alicujus, justius ut puto spatium prioris alvei concederetur domino agri amissi, sc. in compensationem damni, quam aliis vicinis possessoribus, quos tantà jacturà flumen non affectit; sed aliud in jure Romano est expressum.

32 Certè aequitas, id quod dixi, quam maximè suggerere videtur isto casu, quo flumen alveum priorem repetit, tunc enim non tam his, qui forsitan tempore non longo fluvii vicini pertulerunt qualiacunque damna, quam prioribus dominis, quasi quodam naturali postliminio, agri isti ex aequitate obvenire debent; quam quidem aequitatem etiam Cajus noster hoc casu, ubi sc. totus ager est ab aquis occupatus, sed postea repetito priore alveo relictus, probabiliter respexit

in l. addo §. 5. in fin. ff. d. 1. add. §. 24. Inst. de divis. rer. atque ita judicandum foret si casus in facto contingeret, licet aliud Carpz. dicat p. 3. const. for. 31. defm. 54. nisi forte flumen per speciem alluvionis ac longo tempore pedetentim recederet, l. Atius ff. d. 1. vel jus alvei ex speciali lege pertineret ad Principem, non ad privatos; cujusmodi legem introduci posse ex his apparet, quae circa insulam diximus. add. Carpzov. d. Const. 31. defm. 13. Illud 34 perelegantis est quæstio, an flumen determinans regna vel respublicas, mutato alveo, uni genti augmentum afferat terrarum alteri decrementum? Grotius lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. c. 3. §. 16. distinguit inter agrum limitatum, assignatum per universitatem, & arcifinium, quod agri non mensurati genus est, flumine, lacu, montibus, fines distinguuntibus terminatum juxta Jul. From. de agr. qual. p. 51. hic vero pro materiâ substratâ significat solum agrorum districtum flumine finitum. Grotius igitur in agris prioribus negat, in hoc affirmat quæstionem; de totali tamen alvei mutatione loquendo, verius est, quod nec in arcifinio, ex mutatione alvei mutentur fines regnorum, quod Grotius quidem etiam concedit, d. c. 3. §. 17. sed contrarium sentit in eâ mutatione, quæ fit per speciem alluvionis, b. e. recessus latentis, ut est exemplum Rheni propè Argentoratum, quo quidem casu ad mentem Grotii ager adjectus à recessu fluminis est sub eadem jurisdictione, sub quâ alia sunt prædia ibi coherentia; quam sententiam



tiam recipere, tam puto, si constat flumen illud distinguens regna vel territoria absolute, & quomodocunque se haberet, positum vel agnitum esse pro limite; aliàs considerandum cen-  
 36 leo, an properante forsitan mutatione intra paucorum annorum interval- lum haud exigua terrarum spatia flumen ab unâ parte absorbeat, ut prior ille casus non sit ab similibus ex æquitate totali alveorum mutationi; cum vero simile sit gentes agnovisse flumen pro termino, quatenus tunc se habebat, non quatenus postea cum insigni damno alterius partis se habere cœpit, ex tantâ licet latente mu- tatione, *conf. Dn. Zigler. ad Grot. d. 9. 16.* posteriori autem specie assertio- ni Grotianæ locus relinquatur. Cæ-  
 37 terum jus alluvionis inter privatos usque ad eò proficiuus est acquirendi domini modus, jure Romano, ut nec onus novi & auctioris census prædio licet adaucto afferat *l. fin. C. de alluv. quâ dere alibi.* Progredimur  
 38 nunc ad modus acquirendi juris gen- tium ex fundamento consensûs do- mini. Itaque illarum rerum, quæ jam sunt alicujus, non possumus acqui- rere dominium nisi voluntate domi- ni; nam ut cuiquam invito suum eri- piatur omni juri repugnat; quam ob- rem ut in vitâ humanâ diversarum rerum dominia communicari rectè possint, opus est voluntatis domini translativæ expressione, aut publicâ autoritate legum, quæ sit loco ex- pressæ voluntatis; atque sic illarum rerum, quæ jam alicujus sunt acqui- sitio, consensu nititur domini vel ex- presso vel præsumpto; expressus in rerum commerciis ut plurimum ob-  
 39 tinet, nec non in ultimis voluntati- bus; præsumptus in successione- bus ab intestato, usucapionibus vel præ- scriptionibus, dominiorumque addi- ctionibus auctoritate supremæ pote- statis, quod ultimum tamen magis est ex jure constituto. In hisce autem & similibus, licet prior dominus non consenserit expressè, præsumitur ta- men consensisse ex auctoritate publi- câ, quæ præsumtio succedit in locum veri consensûs; hinc dicitur, eum qui rem suam patitur usucapi, vix esse, ut non videatur alienare *l. alienationis ff. de verb. signif. & alibi justæ obligatio- nis vicem sustinere solet auctoritas jubentis l. l. C. si in caus. jud. pign. idem- que in similibus aliis.* Ex quibus ap-  
 40 paret, præter occupationem & ac- cessionem, dari adhuc alios tres mo- dos atquirendi de jure gentium, nempe traditionem, successionem & usucapionem vel præscriptionem; quos modos recta ratio ex usu dicta- vit gentibus ad communicanda re- rum dominia. Aut enim quia res tra- dita est, dominia quærentur, aut quia in jus defuncti quis succedit, aut quia longa usu cepit. Non latet, duos hos-  
 41 ce posteriores acquirendi modos ad- scribi aliàs juri civili, quod & verum est, si de illis loquimur, secundum qualitates & requisita, quæ iisdem tribuuntur in legibus Romanis; ab- solutè autem verum non est, nam etiam apud alias nationes jura suc- cessionis obtinuisse, testamenta con- dita fuisse, prædia usucapta esse com-  
 42 muni

muni gentium jure quis neget quam-  
 quam non similiter, septem testes,  
 subscriptiones, sigillationes, & simi-  
 lia, ut jure Romano, in testamentis  
 requirantur, nec iidem præcisè ob-  
 servantur succedendi ordines ab in-  
 testato, nec tempus legale 10. vel 20.  
 annorum ad complendam usucapio-  
 nem æquè definitum sit; quo intui-  
 42 tu Justinianus in *Inst.* hæc talia jura in-  
 ter modos acquirendi juris civilis re-  
 fert, licet, ut diximus, origine &  
 consideratione absolutâ sint juris  
 gentium, pari modò, ut etiam patria  
 potestas solis Romanis civibus ad-  
 scribitur, sc. respectu peculiarium  
 qualitatum & effectuum, quos de  
 jure Romano habet, quanquam ab-  
 solutè loquendo aliis quoque genti-  
 bus, ut suprâ dictum, fuerit in usu;  
 quæ quidem jura gentium de præ-  
 scriptionibus, testamentis, & ab in-  
 testato successione diversis in locis  
 bene deducit & exemplis declarat  
 43 *Grot. lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. c. 8. §. 2.*  
 & eod. *lib. c. 6. §. 14. & c. 7. §. 3.* quan-  
 vis in uno vel altero non desit, quod  
 desideres, in primis dum *d. §. 14.* te-  
 stamenta refert inter species aliena-  
 tionis, quod ipsum tamen, cum te-  
 stamenta non auferant testanti, do-  
 minium, ac pro lubitù revocari pos-  
 sint, nisi valdè improprie vocabulum  
 alienationis Grotius sumat, admitti  
 44 non potest. Cæterùm ubi vis gen-  
 tium serè receptum est, ut quibuslibet  
 etiam forensibus facere testamen-  
 ta liceat, secundùm solennitates loci,  
 ubi tunc degunt, quæ tunc effectus  
 suos exporrigunt etiam ad bona ali-

bi sita, ut scribunt *ex commun. opinione*  
*Iman. Svarez. Jus. I. n. 75. Guid. Pap. decis.*  
*Gratianopol. 262. Gail. 2. obs. 123. p. 100.*  
*Job. à Sande decis. Præf. lib. 4. tit. 1. defn.*  
 14. ubi in fine ait, aliquoties ita in  
 Frisia judicasse Senaturn. Planè etiam  
 peregrinis id tribuendum esse in tor-  
 ris Imperii, ut liberè testentur, con-  
 stat *ex auct. omnes peregrini C. comm. de*  
*success.* & ipso usu observatur, fallit ta-  
 45 men notabiliter, si per speciales lo-  
 ges Regni bona advenarum, quæ se-  
 cum habeat, ad fidem deferantur,  
 quale quid in Galliâ obtinet, quod  
 Albinatus vel Albinagii jus vocant,  
 vigore cujus regius fiscus succedit in  
 bonis exterorum, nec admittuntur  
 vel testamentarii vel legitimi succes-  
 sores, vid. *Ren. Choppin. de domin. Franc.*  
*lib. 1. tit. 2. per tot. Bodin. de Rep. lib. 1. c. 6.*  
*fol. 97. Molin. ad consuet. Paris. §. 43. gl. 1.*  
*n. 182.* nisi fortè defunctus impetra-  
 verit privilegium naturalisationis,  
 ut vocant, cujus intuitu non jam præ  
 peregrino habitus fuerit tempore  
 mortis; Certè hæc leges Albinatus, 46  
 et si in se iniquæ videantur, dum justis  
 heredibus advenarum, fortè ejus juris  
 planè inferiorum, bona in Regno de-  
 prehensa auferunt; justè tamen vi-  
 cissim ex edicto quod quisque juris  
 in subditos Galliæ exercentur, etiam  
 ab his Principibus vel Rebus publi-  
 cis, quibus alioquin receptum non  
 est jus istud; dicat aliquis subditos  
 esse innocentes, respondeo, id etiam  
 in bellis accidere, ut plerunque  
 subditi sint innoxii, quos ipsos ta-  
 men & bona quoque illorum jure  
 gentium tunc licitum est capere,  
 quodd

quod sub Rege vel Principe hoste degant. Exemplum ante paucos annos circa successionem Domini de la Motte allegari posset, sed in eo gratia principalis prævaluit. Illud speciale est, quod testamenta quædam jure gentium æstimentur, ut Principum, item testamenta militum & patrum inter liberos, simili privilegio gaudent jure Pontificio testamenta ad pias causas; verum de his hæc tenemus; plura enim sive in successionum sive in præscriptionum materiâ, hic tractare velle non ex re esse arbitror, cum pleraque magis positivis legibus, quam ex simplicitate juris gentium decidi soleant. Traditio sequitur, quæ atque pro modo acquirendi juris gentium habenda est, si adsit in commerciis consensus alienandi inter dantem & accipientem *l. quâ ratione S. 3. ff. de acq. rer. dom.* nec verò consentanea est Grotii sententia *d. c. 6. S. 1. & 2.* existimantis jure gentium non requiri traditionem sed sufficere illam consensum; contrarium enim bene ostendit *Joh. à Felderin not. ad Grot. d. l.* cui minus satisfacit hoc in loco *Grafvinckel. in scrib.* reverà enim non tantum hoc juris est constituti, sed usus gentium hoc jus induxit, ne dominia censerentur actu translata ante traditionem; quod etiam ratio suadet propter utilitatem commerciorum, atque hinc inter ipsas gentes obligatio quædam mutui juris nascitur, per quam nemo censetur verè alienasse dominium, nisi verè rem alienatam tradiderit. Neque stringunt ejusdem

Grotii exempla contraria legis Visigothicæ, juxta quam vera rei donatæ censetur traditio, quando jam apud donatarium scriptura donationis prius extiterit; item alienationis per æs & libram apud veteres Romanos; Respond. enim (1) hæc fuisse juris constituti non gentium, inter quod & verum jus gentium Grotius ipse sæpè distinguit. Resp. (2) in hisce exemplis saltem fictam traditionem subesse, quæ certis specialibus casibus à lege notatis vel consuetudine receptis sufficit, nec opus erat Grotio, ut ad legem Visigothicam provocaret, circa primum exemplum, quando idem jure Romano, unde Visigothi post occupationem Italiæ forsan suum illud jus desumpserunt, constitutum videmus, nempe *in l. 1. C. de don. & exemplum vetustæ per æs & libram alienationis, ad ultimas voluntates magis pertinuit, quàm ad veram dominii alienationem. arg. princ. Inst. de testam.* Utrum tamen sit, rectè distingui puto, utrum dominus rem suam alienans ipse possideat, an tertius, ut priorè casu necessaria sit traditio vel vera vel saltem ex legis provisione ficta aut analogica *per l. si pater C. de act. empt. l. clavibus ff. de contr. empt.* posteriore verò sufficiat voluntas expressa *arg. l. si fundum ff. de fund. dot.* quicquid alii contra afferant; ratio enim hæc non jure tantum civili, sed & gentium concludit, quod non videatur serò transferre dominium, qui cum rem possideat, eandem retinet, ac solis verbis se transferre velle significat

d. l. *si pater*, at qui rem non possidet voluntate translationis dominij expressâ, omne facit, quod in se est, ut dominio sese abdicet. Ergo solâ illâ

voluntate & consensu transferre posse, vel actu ipso dominium transiisse dicendus est. Verùm de hac materiâ tantum dixisse sufficiat.

## C A P. I X.

# DE ORIGINE REGNORUM ET QUIBUS MODIS JURE GENTIUM ACQUIRANTUR.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. 2. & 3. Regnorum origo probatur ex consensu. 4. varia regnâ antiqua & moderna referuntur. 5. modi acquirendi regnum quinam de jure gentium obtineant. 6. electio Regis triplex respectu eligentium. 7. diversa etiam respectu eligendorum. 8. electio antiquior acquirendi regni modus. 9. majora vota jure gentium in regiâ electione obtinent. 10. jus regni ex approbatione electionis electus consequitur. 11. & 12. pacta & jus jurandum circa administrationem regni, item actus coronationis an sint juris gentium. 13. & 14. successio regni quid sit. 15. regnum etiam successivum potest esse restricta potestatis. 16. regni successio ex testamento vel ab intestato qualiter deferatur? 17. an regni successor debeat descendere à primo acquirente? 18. bellica occupatio quatenus sit modus acquirendi regni? 19. Translatio & alienatio regni patrimonialis permissa sine consensu ordinum. 20. secus regni non patrimonialis. 21. Translatio regni alia est plena, alia minus plena sive tantum quoad dominium utile. 22. Rex in regno feudali num habeat jura majestatis. 23. exceptio. 24. & 25. regni summum jus quatenus prescriptione acquiri possit. 26. regna quanam patrimonialia & alienabilia, qua non? 27. ejus rei effectus. 28. regnum regulariter indivisibile est. 29. regnorum in successione praefertur sexus masculinus, linea & aetas, cessante secundum jus gentium successione cognationis 30. 31. 32. & 33. primogenitura an in successivis regnis jure gentium obtineat. 34. filii illegitimè nati num succedant in regno? 35. item nati à non*

à non Rege num praferantur natis in dignitate patris regia. 36. 37.  
 & 38. descendentes ex feminis regis num jure gentium succedant  
 in regno ?

1 **O** Rigo regnorum prima ex virtute & moderacione eorum fuit, qui imperio per electionem praëficiantur teste *Just. lib. 1. hiflor.* qui Nimum ait avitum hunc gentium morem, primùm mutavisse cupidine imperii, sed nec Nimrod defunt, qui regnorum incunabula tribuant, quòd in sacris audire soleat, fortis venator coram Domino *Gen. c. 10. vers. 9. unde Bodianus lib. 2. de Rep. c. 3.* colligit imperiorum initia violenta ac homines vi primùm coactos esse, ut novi regiminis formam, quã plures ac diversæ familiæ uni capiti subjicerentur, contra naturalem libertatem recognoscerent : certè magis naturalem fuisse priorem illam & propè patriam imperandi speciem quis neget ? Ait verò, si res penitus consideramus, distamini rectæ rationis regnorum originem valdè convenientem fuisse deprehendere licebit, cum *Arist. 1. Pol. c. 1.* Postquam enim genus humanum numerosâ sobole admodum excrevit, è re visum est, quin ipsa necessitas & melioris vitæ intentio efflagitarunt, ut homines non per singulas familias, quæ forma & ratio vivendi, crescente malitiâ, tandem humano generi perniciofa fuisset, sed novâ ratione sociatis sub unius imperium plurimis familiis, regi inciperent. Hæc est verosimilis regnorum ex ductu rationis & subjectorum consensu origo ; hoc illud gentium jus,

quo gentes discretas & regna condita affirmat *J Crus in l. ex hoc jure ff. de just. & jur.* hinc pulchrè Philosophia apud *Boët. de consol.* differit; nil aliud regnum esse, quàm populi consensum, in sceptrum imperantis, & *Liv. lib. 2. imperii vis omnis à & in consensu est.* Quæ cum ita sese habeant, juri gentium secundario regnorum auspicia merito adscribimus, quorum inter antiquissima Assyrium vel Babylonicum, & Ægyptiacum numerantur, sed & plura alia ut Israëliticum, Syriacum, Medicum, Persicum, Græcum, Romanum, per bellorum occasiones vel populorum transmigrationses nata legimus; quæ hodiè florent pleraque vel Christiani orbis sunt, ut Romano-Germanicum, Gallicum, Hispanicum, Anglicum, vel partium Mahometanæ religionis, ut Turcicum, Persicum, Tartaricum, Indicum &c. cætera si qua habentur præcæ gentilitatis, ignobiliora sunt: & de regnorum origine ac progressu hæc breviter. Modi acquirendi regna ex jure gentium sunt electio, successio, occupatio bellica, translatio & præscriptio, quorum duo priores quadrant in primis regno vacanti, posteriores verò imperio ex alienis manibus vel vi & armis extorquendo, vel consensu transferentis accipiendo: de omnibus dicemus ordine. Electionem regiam quod attinet, respectu eligentium triplex est, nam vel fit ab universâ

- versâ natione, cui Rex imperaturus est, qualis fuisse videtur prima Regum electio, de quâ *Arist. & Just. loc. cit.* agunt; quæ hodiè vix ita in usu est; vel à nobilitate aut universo Senatûs Procerûmve ordinetur in Polonia; vel à certis quibusdam Principibus eminentioribus, ut in Imperio Romano-Germanico; quæ electionis forma etiam melior est alterâ illâ; nam quod plures sunt eligentes, eò difficilius conveniunt; hinc factiones, hinc diuturna interregna publici statûs insigni malo oriuntur, cujus rei in primis Germania nostra post obitum Frid. secundi Imperatoris ante 460. annos & quod excurrit, fanestè dedit documenta. Rursus respectu eligendorum varia est electio, nam vel quemlibet Regem licet eligere, vel restricta est electio, unde aut libera profusus aut restricti voti dicitur, quæ restrictio aut ad nationem pertinet, ut in Germaniâ electio Imperatoris, velte Moguntino Electore apud *Sleidanum de statu relig. lib. I.* aut ad certam familiam, qualis fuit in Polonia familia Jagellonica. Cæterum modus acquirendi regnum per electionem nativus est & antiquissimus, nam & successio & translatio præsupponunt electionem in personâ primi acquirentis; imò ipsa quoque bellica occupatio, quia imperium quod occupandum sit electione ac consensu prius constitutum esse debet, eo saltem casu excepto, quo homines catervatim ac sine civili potestate degentes, sub imperium essent coacti, ut olim Athenienses à Cecrope & Cretenses à Minoë, quales etiam videntur fuisse aliqui Indiæ occidentalis populi, cum à Lusitanis, Hispanis, aliisque sub jugum mitterentur. Notandum tamen in casu dissensûs eligentium, cum jure etiam gentium censei debere electum, cui plura suffragia jus regni detulerunt, non enim tunc est alia expediendæ electionis ratio, nam ubi eligentes circa personâ Regis planè ac finaliter dissentiunt, aut indefinitum interregnum habendum esset, aut ex alterâ eligentium parte & autoritate Rex designandus jam cum minus probabile sit, ut indubio deferatur paucioribus votis, consequens erit negotio regiæ electionis etiam jure gentium majora attendenda. Atq; ita cernimus non tantum in electione Imperatoris ex lege Aur. Bullæ, sed & aliis in regnis observari. Porro electio etiam ritè facta nondum tribuit actu secundo jus regni, sed electionis approbatio, sive à parte electi susceptio juris regni; reverà enim per modum conventionis regium jus ex electione quæritur, unde necesse est, ut electus protinus certior fiat de electione, oblatamque hinc sibi potestatem & munus regium; aliquâ consensus significatione amplectatur; posset enim tam laboriosa vel periculosa videri regni administratio, ut electus mallet eam ab se declinare, sicut olim Otto senior post extinctos Carolinæ stirpis Imperatores, & post Frid. secundum Richardus Angliæ & Alphonfus Castellæ Reges fecisse leguntur, qui Cæsareum fastigium ad se ex electione Principum

pum delatum prorsus repudiârunt. Unde quoties electione alicui regnū quæsitum dicimus, subintelligi debet non simplex, sed cui accesserit consensus electi. Solent verò proceres, vel ordines regni, qui elegerunt Regem plerumque pactis & jure jurando obstringere, ut Rempublicam rectè administret; singulorum privilegia confirmet ac tueatur, publicam securitatem & salutem curæ habeat, justitiam ex bono & æquo vel secundum leges distribuat, & quæ similia sunt. Quam equidem de regiâ administratione pacificendi jurandique formulam, etsi ut plurimum usitatam, non arbitror præcisæ necessitatis de jure gentium, quia hoc jure pacta istiusmodi per accidens se habent ad regiam electionem, secus si loquamur de juribus publicis, ubi pacta similia ex constituto & longa observantiâ robur habent, ut omittenda non sint; Imò tacitâ etiam voluntate populi vel ordinum Rex sic administrare tenetur regnum electione delatum, ut bonum virum decet; nam si in privatis causis ea est arbitrio committentium voluntas *l. societatem ff. pro soc. l. si libertus ff. de opt. lib.* quamò magis in causis publicis imperiorum idem observandum? Certè Imperium Germaniæ electitium non uno seculo stetiſſe & administratum esse sine legibus Capitulationum, si paucas generaliores excipiamus, quas videre licet apud *Gold. lib. 1. Land und lehen recte c. 21.* ex historiis certissimum est; quod si jure gentium præcisè requirentur pacta ordinum

cum rege inter auspicia regni, aliud etiam probabiliter antiquitas in Germaniâ nostrâ observasset. Multò fortius idem dicendum censeo de actu regiæ inaugurationis vulgò coronationis, quo electus sumptis insignibus atque insulis regiis publico conspectui sistitur, quas ceremonias magis pro ritu solenni, quàm vero jure gentium habendas arbitror. Successio est hic juris imperii à Rege defuncto in hæredem continuatio. Is est vel successor sanguinis, vel extraneus, sc. pro diversitate regnorum, de quâ postea; Rectè *Grot. l. de jur. bell. & pac. c. 3. §. 10.* successionem, ait, non esse titulum imperii, qui imperio formam assignet, sed veteris continuationem; quod si verò ita est, cur ergò ut distinctum modum, acquirendi regni ponimus successionem? Hic nodus facile dissolvetur, si consideraverimus distinctam conditionem successoris à primo acquirente. Nam sive de regno electivo loquamur, primi electi tantam virtutes placere, ut in illud fastidium evheretur, descendentes verò ex eo non successionis jure, sed novæ electionis ad regnum perveniunt, quanquam propter imaginem & auctoritatem paternæ virtutis, cæteris paribus aliis meritò præferantur; Sive de regno, armis vel aliter quæsito agamus, idem juris erit; successor enim regni nititur quidem virtute & jure primi acquirentis, proxima tamen acquisitionis ratio ex sua personâ, quâ sc. sibi illud jus antecessoris applicat, non electio est, non victoria belli, ergò justa successio in

K

neces-

- necessitudine sanguinis vel aliter fundata; quæ consequenter infert distinctum modum regni acquirendi ab electione & translatione. Ex quibus
- 15 apparet non omne regnum successivum esse planè absolutum, tale enim in posteros continuatur, quale primo acquirenti competiit, adeoque si huic fortè ex electione restrictum obvenit non cum absolutâ potestate, tale etiam erit in successoribus, *conf. Gros. d. 1.* Porro autem an & quatenus regni successio ex testamento vel ab intestato locum habere, & in quos ex ordine devolvi possit, quæstiones sunt, ex diversâ qualitate regnorum diversimodè resolvendæ. Nam si regnum sit patrimoniale, poterit vel ex testamento deferri; quo intuitu Attalus Pergami Rex olim populum Romanum instituit hæredem regni sui vel ab intestato in quovis sanguine junctos, sc. ut quisque proximior est, possit quod etiam à primo acquirente non descendat. *Vid. Gros. lib. 2. de jur. bell. Ex par. c. 7. S. 12.* ubi plus dicit regnum perventurum ad proximos ultimi possessoris, qui primum Regem sanguine non attingunt; sed hoc ipsum non tam communi gentium juri ex mente ipsius *Grosii d. 4.* quàm receptis hujus vel illius loci moribus adscribendum est. Diversum dicerem etiam juxta mores in regnis feudalibus. communi feudorum jure delatis, ibi enim, ut in reliquis feudis, est necesse successoris docere non tantum conjunctionem sanguinis cum primo acquirente, sed etiam legitimum descensum ab eodem juxta *text.*
2. F. 11. Ergo alio jure in hoc puncto successio feudalitatis, alio successio regia non feudalitatis æstimanda est. Tum etiam in eo, quod in regnis liberi adoptivi succedant, ut quondam in Numidiæ regno Jugurtha Micipsa, & Alphonfus in regno Neapolitano ex adoptione Johannæ Reginae. *Vid. Gros. d. n. 12.* alia exempla antiqua allegantem, quod ipsum verò in feudis haudquaquam obtinet. 2. *Feud. 26. vers. adoptivus.* Sequitur bellica occupatio, quæ gentium moribus receptis habetur pro justo fundamento imperii, modò bellum justum fuerit, de quâ re infra suo loco. Pulchrè apud *Livium lib. 30. histor.* Scipio major inquit: *Syphax populi Romani auspiciis victusque captusque est, itaque ipse, conjunx, regnum, ager, oppida &c. præda populi Romani est;* Distinguendum tamen inter extremè devictos & certis conditionibus deditos, quorum hi non subjiciuntur imperio victoris ultra leges conventionis, illi verò absolute, quâ de re infra cap. de jure victoris in victos plura. Translatio fit ex consensu Regis alteri regnum alienantis, quæ res in personâ accipientis initium & fundamentum tribuit juris regii; ubi duo notanda sunt (1) quod in alienatione isthac pro qualitate regnorum desideretur vel non desideretur consensus ordinum; nam si sit regnum absolutum & patrimoniale, cujus generis illa sunt, quæ ex occupatione vel belli victoriâ obveniunt illimitatè & sine conditionibus, disponere Rex potest de regno & partibus ejus jure proprio,



pr̄io, atque aded alienatio eidem jure domini citra consensum ordinem debet esse permessa; idem sine dubio dicendum, si expressè à populo hoc ipsum Regi esset concessum, nam si voluntas tacita, ex conservacione populi victi & victoris indulgentiâ, jus imperii cum facultate liberè alienandi tribuit, quidni populi liberi expressus consensus præstet idem? At contrà si regnum non sit patrimonialis, nec cum clausulâ liberæ dispositionis obvenerit, sive electitium fuerit, sive successivum, sive ex translatione acceptum, Rex nunquam poterit inconsultis nec consentientibus regni statibus, alienare vel totum imperium vel partes ejus, utcunque aliâs in expediendis publicis negotiis sit absolutæ potestatis. Nam hoc negotium tanti momenti est, ut ab eo regni salus planè dependeat; hinc cum superiori seculo Francisc. Primus Gall. Rex per tractatus pacis Carolo quinto Imperatori quasdam regni partes, præsertim Burgundiam se tradituram promississet, mox postea sese excusavit, Lege Salicâ utpote fundamentali Galliarum Reges prohiberi, quò minus sine consensu procerum de partibus regni quicquam possint alienare; sanè profusa alienatio quondam rebus Germaniæ nostræ plurimum detrimenti attulit. Notandum (2)

21 translationem regni esse vel plenam & sine ullâ reservatione factam, vel minùs plenâ cum alienans vel transferens in regno translato sibi jus reservat; quod contingit in nexu vel clientelari, quo olim Reges quibus re-

gna permessa Romanis obstringebantur ut Masanissa, Herodes aliique; vel feudali, ubi regnum vel pars regni per speciem feudi alteri confertur, ut quondam ab Imperatoribus Romano-Germanicis Delphinatus Galliæ & Bohemiæ regnum, quod Imperii antiquum feudum non uno loco apud Lundorpium audit, de quo Ottocarus Rex à Rudolpho I. Imperatore fuit investitus. Exemplum aliud hodiè est regnum Neapolitanum ac Siciliæ, quod Rex Hispaniarum recognoscit à Pontifice Romano: Neque dubito hoc casu jura majestatis competere posse Regi, etiamsi regnum sit feudum; certè quin Hispaniæ Reges in regnis illis utut feudalibus liberè leges condant, foedera pangant, bellum indicant, pacem faciant, & similia summæ potestatis jura exercent, sine Pontificis vel consilio vel jussu, indubium est. Sic & Duces Mediolanenses Sfortianæ familiæ vasalli erant Imperatoris, & tamen vel ipsa investituræ clausulâ, in magno illo ducatu poterant omnia ea exercere jura, quæ Imperator aliâs in universo Imperio. Non itaque absurdum est hodiè aliquem habere verum jus imperii, & tamen esse ac manere alterius Vasallum, nimirum si utile dominium regni, in quò supremæ potestatis potissima vis & effectus cernitur, ita vasallo competat, ut illud possit exercere, quantum ad jurâ majestatis independenter à consensu domini directi, licet eidem, in quò essentia feudo consistit, semper maneat ad fidelitatem obstrictus. Sed

hoc tamen quod fateor, est cum grano fati intelligendum; nam ubi ipse  
 23 feudalis nexus intrinsecè includit subjectionem, ut in feudis Galliae & principatibus Turcarum imperio subjectis non posset aliquis vasallus esse & simul verus Rex, nisi nominatim aliud fortè haberent leges concessionis, aut quæ vice ejus vetusta nec interrupta observantia. Denique quod de subjectione diximus, obtinet in omnibus illis casibus, quibus extra causas feudales regimini præpositus recognoscit superiorem, quippe quâ dependentiâ majestas regni, jure gentium excluditur. Ac præmissis quidem sensu intelligo *Hobbes. de civ. c. 2. §. 4.* & qui eum refert *Dn. Puffendorff. lib. 7. de jur. nat. & gent. c. 3. §. 7.* nimirum, remissionem vinculi feudalis à Rege domino feudi fieri debere, ad hoc ut Vasallus fiat verus Rex; quod utique est verum, si loquimur de vinculo subjectionis, non autem universaliter verum, de vinculo fidelitatis, juxta ea, quæ sunt expli-  
 24 cata. De præscriptione quoque dicendum, quòd per eam jus imperii summi possit acquiri, atque sic videtur *Grotio de jur. bell. & pac. l. 2. n. 4. §. 1. & 2. cum seq.* ubi §. 7. & 9. tempus immemoriale ad hanc rem jure gentium sufficere existimat. Sed ut ego arbitror, rectius distinguimus inter præscriptionem provinciarum vel possessionum & præscriptionem ipsius summi imperii in populum, illa procedit sine dubio per immemoriale tempus, & fortè per minus, si ex rei evidentiâ de voluntate non repetentis

constet, quod declarant exempla à *Grotio d. l.* adducta, quia sive populus liber possideat vel quasi, idem manere intelligitur vel per immemoriale tempus *l. proponebatur ff. de jud.* sive Rex, ipsius & successorum tempora conjungi poterunt, ad complementum immemorialis præscriptionis acquisiti regni, territorii, vel provinciae. Sed in præscriptione summi imperii, quatenus jus aliquod infert  
 25 in populum, diversa planè ratio est, quia si sine titulo quis exerceat summi imperii actus, non potest contingere, quin per aliquantum temporis populus vel consentiat imperio, scienter sc. obediendo, quo casu ex tacità & obedientium factis declaratâ voluntate, jam jure imperii præsumpto niteretur, imperans ut præscriptione ulteriore opus non esset, adeoque istâ specie tantum tempus ad obtinendum jus Imperii sufficet, quantum ad eam rem pro voluntate populi & qualitate obedientiæ sufficiens judicari queat; vel dissentiret ac refragaretur, & tunc præscriptio foret interrupta; quid quòd ejus completioni tali casu neque locus sit, cum usurpans jus imperii per immemoriale tempus à *Grotio* requisitum non vivat, nec conjunctioni temporum in personâ successoris, congruè locus detur, propter vitium violentiæ antecessoris. Ex præmissis verò  
 26 colligere licet varia notatu digna, (1) regulariter omne regnum electione, successione, vel translatione quæsitum esse inalienabile, nisi specialiter aliud ex modo & legibus constitu-

- stitutivis appareat; contra verò, regnum belli jure quæsitum esse regulariter alienabile vel prorsus patrimoniale, nisi aliud ex legibus dedicationis constet; præsumptio enim pro eo est, qui bello superior existit, quòd victoriâ usus fuerit secundum ampliorem modum jure gentium permissum; unde qui contrarium asserit, videlicet exceptum quid esse aut remissum à victore in pactione dedititiâ, debet illud probare; quæ res non similiter se habet in superioribus speciebus. Effectus autem insignes hinc resultant, nam in regno alienabili pater potest statuere vel disponere sive exhæredatione, sive abdicatione regni in præjudicium liberorum, secus in regno non alienabili, *conf. Grot. d. c. 7. §. 25. & 26.* Colligo
- 27 (2) regnum regulariter individuum esse, excepto hoc casu, si aliud fuerit constitutum, sive à Rege in patrimoniali regno, sive in aliis regnis à populo aut his, penes quos ea facultas est, delatis; semper enim in dubio præsumitur ea voluntas circa regnum fuisse, quæ magis regimini quadrat, cujusmodi est ut sit maneatque individuum *conf. Fulm. cit. 21.*
- 28 29 c. 1. Colligo (3) ex eodem fundamento in successione regnorum regulariter præferri sexum masculinum, & ætatem inter descendentes primi acquirentis, id quod pluribus etiam tradit Michael ab Aguirre in *apol. pro Philippo secundo Hisp. Rege. p. 2. n. 24.* unde non admittenda est successio linealis cognatica, quæ præfert fœminas masculis solius lineæ intuitu; de quâ
- Grot. d. c. 7. §. 22.* nam si id alicubi obtineat, est potius tribuendum ex legibus positivis nationis, quàm vero juri gentium, quòd à muliebri imperio tanquam fragiliori & multis casibus exposito abhorret. Sed quid de primogeniturâ, an virtute eius regnum deferatur ex jure gentium? *Grot. d. c. 7.* distinguit, inter successionem regni linealem, vel regni aliàs dividui, aut individui successionem; primâ specie propter jus repræsentationis tradit esse locum primogenituræ; secundâ, concurrentium fieri in partes; tertiâ, modò ad primogenitum pertinere filii majoris, modò ad secundogenitum, prout hic vel ille fuerit natu major; eodemque modo esse resolvendam quæstionem subjicit, si non inter filium proxime defuncti Regis ejusque fratrem, sed inter mortuû Regis fratrem & alterius fratris præmortui filium agitur; Mihi videtur, antiquo jure gentium regulariter primogenituræ locum non fuisse in regnis; eo ipso enim quia diversis gentibus variè observatum fuit, apparet non posse juri gentium adscribi, secundum illa tempora, ut primogenitus succedat in regno, arg. l. *semper in stipulationibus ff. de reg. jur.* Enimverò ratio debilis est, quæ repræsentationis fictione nititur, ea enim non videtur locum habere, quo, ad respectum ætatis & qualitatem personæ coherentem, quæ res in administratione regni plurimum momenti habet; nec si filius natu major succedit, in regno & imperio aptior est, quàm filius secundo-

genitus, ob eam causam nepos ex filio illo natu majore, similem habebit vel ætatis vel prudentiæ prærogativam præ patruo suo; atque credendum est, voluisse populos, cùm regna successiva condiderunt, scepra regia deferri semper ad aptiorem, & huic tanto muneri præ cæteris magis parè, qualis ex præsumptione ætatis in dubio est frater secundogenitus non primogeniti filius. Quidquid tamen ejus rei fuerit olim, sanè moderno jure gentium primogenituræ in successione regnorum locum dari, extra dubiũ esse putamus, idque etiam inductione ostendi potest regnorum Europæ successivorum, ut Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, &c. imò & exterorum ut Imperii Turcici, Persici, &c. nec sineratione gentibus id placuisse videtur, quia si regni successio secundum senium defertur exclusâ primogeniturâ, Rex non pariter impensè procurabit regni utilitatem, si reputet post mortem suam non liberis, sed fratribus aut fortè agnatis remotioris gradûs regnum devolutum iri. Sapienter igitur crediderunt posterioris ævi gentes, esse Reges singulos emolumentis publicis arctiori aliquo proprii commodi, & in posteris ex successione duraturi vinculo obstringendos, quod quidem aliâ ratione fieri non poterat, quàm si secundogenitos vel ultiores moribus ac tacito consensu à regni successione tantisper excluderent, dum aliqua stirps masculina ex lineâ descendente Regis proximi superesset; itaque cùm, uti dictum, regna sint regulariter in-

dividua, debuit profectò primogenituræ locus relinqui, cùm ad secundogenitum, existente fratre primogenito, deferri regnum, ætatis ratio eo casu non mutata prohibeat. Intelligimus tamen primogenituram illam, utique de primogenito ex legitimo toro, non de filiis ex concubinâ prænatis, hos enim nec patris Regis nec ordinum vel populi voluntas propter contemptum videtur ad successionem regni vocare; nisi fortè extinctis omnibus legitimis, ut Manfredo olim Siciliæ regnum obvenit; vel fortè pater aliter expressè disposuisset, ut Micipsa respectu Jugurthæ apud Sallust. Melioris sunt fortis legitimi filii, à patre nondum Rege nati, nisi aliud habeant leges regni; & est ratio, quia hi etiam reverà sunt Regis filii, quos patri superveniens regia fortuna, meritò concernere debet, ita rectè sentiunt *Tiraq. de primog. quæst. 31. Grot. d. l. §. 28.* facit huc benè *text. in l. senatoris ff. de Senat.* utut barbara quædam exempla in contrarium allegari possint, ut Xerxis Artabazani fratri majori, à Dario nondum Rege nato prælati, referente *Herod. in polymn.* & Bajavetis Turcæ, qui Zizimum fratrem similiter exclusit; *vid. de hâc quæst. Arnif. lib. 2. de Republ. c. 2. sect. XI. per tot.* Difficilior est quæstio, an ad regni successionem vocentur etiam masculi ex filiabus regis descendentes? Certum arbitror eos jure gentium non admitti, si supersint masculi ex masculis, quippe ad quos ex primâ intentione regni successio pertinet, sed si defuerint,

sint, quid obtineat, dubium apparet? Et in Arragonii regni hæreditate ex constitutione Alphonsi Regis, masculam prolem ex filiâ masculorum filiabus præferri debuisse meminit *Marianalis. lib. 24.* & ex eo *Grot. l. c.* Sed illud 37 fuit juris constituti; planè jure gentium, nisi diversum suadeant leges fundamentales, haud admitti arbitrator descendentes ex foeminâ in regnis non patrimonialibus, in quibus iniquum est, ut contra primævam institutionem regni, contraque ordinem vel populi voluntatem alicui descendenti ex filiabus regiis, fortè jam diversæ nationis, Respubl. committatur; sed in regnis patrimonialibus aliud dici poterit, ex præsumptâ 38 primi acquirentis voluntate, quem vero simile est sic voluisse in suam

progeniem devenire regnum, ut si non supersit stirps mascula ex masculis, admittantur masculi ex foeminis, sc. tunc temporis ex suâ posteritate ad imperandum aptiores; conjecturâ simili, sicut fideicommissa, sub qualitate masculinitatis, ut loquuntur, relicta, primò ad masculos ex masculis, & his deficientibus, ad masculos ex foeminis deferri solent. *Peregr. ad fideicommiss. art. 26. n. 22. in fine Mant. de conject. ult. vol. lib. 8. in. 18. n. 43. vers. secundo etiam*; Cæteræ quæstiones hujus materiæ, quas *Grot. d. l. §. 32. & seq.* ex Emanuele Costâ subnectit, jure potius positivo quàm gentium videntur resolvendæ, uti perpendenti ipsas Grotii responsiones facillè constabit; hæc igitur de nostrâ materiâ attulisse sufficiat.

## C A P. X.

DE REBUS PUBLICIS EARUMQUE  
JURIBUS.

## S U M M A R I A.

*Regm. I. & 7. Rerumpublicarum arigo. 2. qua Reip. species optima remissivè. 3. an assumptio consortis imperij mutet statum monarchicum. 4. Reip. summum jus vel est penes senatum vel penes populum. 5. imperantes negotium publicum ab aliis gestum consensu firman. 6. consensus tacitus unde colligatur in publicis. 8. qui populi magis libertatem in Rebuspublicis amaverint. 9. 10. & 11. converso regno in rempublicam opus est titulo abdicativo. 12. libertas Reip. armis parata cautè constabillitur pactis. 13. Rempublicam esse liberam & in quasi possessione libertatis differunt. 14. & 15. num ex pacificatione cum Rege expulso libertas Reip. firma sit*

do

*de jure gentium?* 16. *Reservata suprema potestate quatenus in alios transeant.* 17. *titulus quasi possessionis libertatis num acquiritur ex pacificatione?* 18. *Libertatis prescriptio quantum tempus requirat & quomodo interrumpatur.* 19. *Rege peccante in leges fundamentales an opus sit prescriptione libertatis.* 20. 21. & 22. *Resp. contra potentes cives non delinquentes an jussè se defendat?* 23. & 24. *civitate in factiones divisà num patrij vel nobiles cedere debeant an plebei?*

I **R**egium Imperium, de quo capite proximo, non omnes nationes æquali studio tulerunt, quin nonnullæ magis ad libertatem propensæ, non uni imperanti summam rerum commiserunt, sed vel retinuerunt ipsæ, vel saltem pluribus detulerunt, hinc Rerump. origo & rectè *Machiavelli in princ. sui pres.* omnem, quæ unquam fuerit inter homines imperandi rationem, vel ad principatum refert, quo ipso in genere intelligitur imperium unius, vel ad Remp. quâ voce sensu *Machiavelli*, denotatur imperium plurium; de quibus equidem imperandi formis politici aliàs inter se disceptant, utra melior sit Monarchia an Polyarchia, & in specie sic dicta Aristocratia; quâ de re post obitum Cambysis & magorum cædem disceptant inter se proceres Persici apud *Herod. in Thaliâ add. Arnis. de opt. Rep. sect. 2. per tot.* ubi plures Theologos, Jctos, Philosophos, & Historicos allegat, & Monarchiam certis rationibus temperatam præfert, ac de Rerumpubl. formis diversis, mutationumque causis politicis, eleganter *Arist. scribit in pol. & Polyb. lib. 6. Hist.* Nostri non est instituti de eâ respo-

lixius agere, sed jura tantum gentium in Rebusp. considerare, in quibus summa imperii jura, veluti legum, belli, pacis, fœderum, induciarum, factorum, legationum, collectarum, &c. sunt penes plures imperantes indivisim, ut in regno vel principatu penes unum Regem vel Principem; Quapropter quod jure gentium potest Rex vel Princeps in Regno vel Principatu suo, hoc idem possunt plures indivisim considerati in sua Republicâ; Neque verò putem, si quando etiam in regno vel principatu contingat, ut qui summæ rerum præest, alium adsciscat in consortium publicæ sollicitudinis, ob eam causam in substantiâ mutari statum Monarchicum, nisi evidenter constet jura majestatis voluisse adsciscentem verè etiam tunc ex æquo communicare, hinc nec in veteri Imperio Romano assumpti Cæsares, nec hodie in vitâ Imperatoris creati Reges Romani, efficiunt, ut status internè mutetur. Sed nobis de Rebusp. nunc agendum est, quarum variant formæ; nam vel penès Senatam summum est Imperium, vel penès populum, atque aded de publicis negotiis, quâ Sacra, quâ

quâ profanis, jure gentium vel senatû constituet vel populus; quo quidem argumento Romani olim ad infirmam pacem Caudinam usi sunt adversus Samnites, eam pacem se non ligare, quod injussu populi, quippe penes quem in statu tunc populari erat imperium, conventa esset;

5 Hæc tamen omnino ita intelligenda, nisi illi, qui imperant, negotio ab aliis gesto consentiant, sive id fiat expressè sive tacitè; & in consensu expresso minor utique est difficultas, negotium contractum jure gentium valere, perinde ac si à Senatu vel populo imperante esset initum; quid enim refert imperantes consentire publicis pactionibus fœderum, induciarum, vel similibus, an hæc talia negotia ipsos contrahere? Potior quæstio est de consensu tacito, non quidem an obliget, id enim hætenus certum,

6 sed ex quibus colligi possit, ut jure gentium intervenisse censeatur. Duo itaque sunt taciti consensus in publicis negotiis indicia, nempe observantia pactionis & temporis diurnitas; cui enim dubium, senatum vel populum huic pactioni consensisse, quam ipsa observantia capitum conventorum diutino tempore approbavit; præsertim cum non multum intersit quoad virtutem obligandi, an populus suffragio consensum declararet, an rebus ipsis & factis secundum *Jcum in l. de quibus S. 1. ff. de H.*

7 Verùm ut Rerumpublicarum jura magis inclarescant, non abs re erit earundem incunabula altius repetere. Est igitur verosimile, eam imperandi rationem post regna introductam, conventionem hominum spontaneam, qui libertati naturali sub Regibus præsertim vitiosè imperantibus valdè imminutæ assuetiores, summum imperium non uni committendum censuere; quæ exempla secutæ aliæ nationes jam Regibus vel Principibus subjectæ, per varias occasiones armis, pretio, concessione, se in libertatem vindicârunt. Præ cæteris Europæi populi Respublicas libertatis studio coluerunt, ut Græci olim, Romani & nostri Germani, hodieque Veneti, Batavi, Helvetii, Genuenses, &c. de quibus singulis, quâ origine inceperint, extra metam nostri instituti est prolixius discurrere. Hoc tamen discrimen tenendum arbitror, ut quæ Respublicæ contra Reges vel Principes, armis libertatem obtinuerunt, ex post facto indigent titulo abdicativo regni vel principalis potestatis. Quæ verò vel nunquam Regibus subfuerunt, ut Resp. Venetorum, vel concessione regni in libertatem pervenerunt, ut civitates olim Lombardiæ per pacem Constantiensem, jure gentium satis fundatum habeant statum. Nec quisquam obiciat, armis quoque & bello quæri posse imperia de jure gentium; nam ut taceam, id regulariter non licere subditis contra Reges vel Principes suos, sufficiat, quod possessione Imperii vi expulso Regi vel Principi, jure gentium Regnum suum vel Principatum armis repetendi non sit interdicta facultas; sic Tarquini, quantum infelici successu, id olim tentare

- tavere contra Romanos; felicius dominatæ Magnæ Britanniæ Rex, qui, meritis annuente fortunâ, in regnum restitutus fuit; nec est ejus rei alia ratio, quàm quæ in regnis & principatibus obtinet converso Reip. statu in Monarchiam. Potuit sanè Julius Cæsar post victoriam pharsalicam dominari Romæ, sed de facto, non de jure; tunc verò etiam de jure ac irrevocabiliter, ubi populus in ejus dominationem consensit, cur? Quia populus jus, quod penes se erat, ex consensu transtulit in Principem; A pari & ex converso Rex expulsus vi atq; armis è finibus regni, possessionem quidè imperii amisit, non ilicò jus, aut certè non irrevocabiliter, nisi medio tempore consenserit, tum verò prorsus amittit, cum in ordines vel subditos rebelles jus summi imperii consensu transfert, quo casu ex isto regno facta intelligi debet & jure gentium fundata Respublica. Ex his autem sequitur (1) cautius esse, ut imperium armis obtentum, etiam pactionibus constabiliatur, exemplo Cantonum Helvetiæ; ceu constat ex *Instr. pac. Cæsarei Succ. art. 6. & Cæsarei Gall. §. 61.* eodem modo & Batavi post diutinam supremæ libertatis vel quasi possessionè jam superiori seculo partam maluerunt Phil. IV. Hisp. Regi tempore, pactione præter potentiam statum firmare. Sequitur (2) quodd aliud sit Remp. esse jure gentium liberam, aliud eandem esse in quasi possessione libertatis, nã ex quo in gentium tractatibus publicis admittitur, ad pacificationes, foedera

& similia negotia, verè dicere possumus, eam frui possessione vel quasi plenæ libertatis, non tamen statim eam jure gentium esse liberam, quia fieri potest, ut contra Regem vel Principem ex non justâ causâ in libertatem sese vindicaverit, sine cujus consensu & abdicatione superioris domini, jus libertatis independentis consequi non potest, uti prius dictum. Quæritur autem quid dicendum, si semel cum Rege vel Principe suo Resp. nova pacem fecerit, an adhuc possit postea vi & armis ad subjectionem compelli? Et interesse crediderim, an expressè conventum sit cum Rege vel Principe, ne is imperium repetat armis, quò casu standum utique conventioni, principem enim ex suâ conventionem etiam cum subditis in itâ obligari certum est; atque ad eò per arbitros controversia sopienda erit. An verò hac de re nihil conventum fuerit, quâ speciem identidem defendi posse videtur, per pacificationem Regis aut Principis cum subditis rebellibus, qui libertatem usurpant tacitè remissum esse jus repetendi imperii per bellum. Quoniam enim causa belli præcipua fuit, ut præsupponimus, imperii Principalis aut regii excusio, hæc sanè per pacem remota videtur, quippe cum ex infrâ dicendis præcipuus effectus sit pacis, cessatio hostilitatum, in promptu autem semper erit causa novi belli; si integrum maneat Regi vel Principi jus suum armis repetere. Verùm hiis non obstantibus probabilius arbitror, per pacificationem simplicem jus



jus regni aut principatus non remissum esse, neque exinde Rempubli-  
 cam hujusmodi novam firmo statu  
 niti; Causa enim hostilitatis per pa-  
 cificationem adempta censetur inter  
 Reges, Principes & republ. verè li-  
 beras, non quando Rex paciscitur  
 cum subditis rebellibus, qui semper  
 etiam post pacificationem lædunt,  
 Regem detrectando obsequium. Ergò  
 ex novà detrectatione oritur nova  
 causa belli, præsertim si subditi vel  
 ordines rebelles non paterentur im-  
 perii controversiam à mediatoribus  
 vel arbitris justà ratione decidi. Certè  
 ità frustraneum foret jus regni post  
 pacificationem reliquum, si non da-  
 16 retur Regi potestas vindicationis con-  
 tra subditos refractarios; & cum ex  
 mente Doctorum reservata in signum  
 supremæ potestati, non nisi expressâ  
 concessione vel immemorialis tem-  
 poris observantiâ, à Rege abdicativè  
 transeant in alios, prout *textus* osten-  
 dit in *c. super quibusdam vers. præterea extr.*  
*de verb. signif. ubi Panorm. n. 2. aliq.*  
*Canonista* hoc idem scribunt; quis æ-  
 quum censeat totam supremam pote-  
 statem non expressâ concessione Re-  
 gis, sed conjecturâ tacitæ voluntatis  
 ex pacificatione amitti? Quæritur al-  
 17 teritè, an non pacificatio, quam ex-  
 pulsus Rex facit cum subditis vel or-  
 dinibus rebellibus, tribuat saltem ti-  
 tulum tractu temporis præscriben-  
 dæ libertatis; Quod quidem mihi ve-  
 rius videtur, nisi fortè Rex jus suum  
 in tractatu pacis sibi per omnia refer-  
 vaverit; Pacificatio enim ista, etsi non  
 jus supremi imperii, saltem ejus pos-

sessionem vel quasi obfirmare videtur,  
 atque à vitio violentiæ purgare, pro-  
 ut in suis terminis scribit JCrus in *l. vñ*  
*facit §. 2. ff. quod vi aut clam.* maxime si  
 interim hi tales ordines vel subditi di-  
 versis fortè occasionibus, Rege non  
 contradicente, se pro liberâ Rep. ges-  
 serint; tunc enim colligitur tacita  
 Regis voluntas de non reperendo im-  
 perio, ut tractu temporis procedat  
 præscriptio libertatis. Quantum ve-  
 18 rò tempus requiratur ad præscri-  
 ptionem, jure gentium præcisè deter-  
 minatum non est; id ipsum dicimus  
 quod suprâ in præscribendo summo  
 imperio regio, sc. præscriptionem pro-  
 cedere, si tota actus ad sint, ut devoluntate  
 Regis jus suum remittentis ac conce-  
 dētis moraliter constare possit, quæ res  
 non præcisè ex tractu temporis, sed  
 & ex aliis consensibus remissorii indiciiis  
 atq; conjecturis prudenter dijudican-  
 da est. Quid si Rex tempore præscri-  
 ptionis currente repetat imperium?  
 Interrupta videbitur quasi possessio  
 libertatis Reip. Quid si peccet in le-  
 19 ges fundamentales regni, aut deli-  
 ctis se imperio indignum faciat? Hoc  
 casu non opus esse arbitror ullâ præ-  
 scriptione libertatis in populo, qui  
 imperium Regis excuslit, quia hic  
 talis Rex non tantum possessionem,  
 sed & jus imperii de jure gentium a-  
 misit; ergò non est requirendus ejus  
 consensus, si postea subditi vel cives  
 vivere velint in formâ Reip. Quâ ta-  
 men in re, ne impingamus, omninò  
 præsupponere debemus apertam talis  
 contraventionem legum fundamen-  
 talium vel delictorum atrocissimorum

perpetrationem notoriam, cujus intuitu Rex jam non ut Rex considerari mereatur, sed resolutio jure regni ut privatus; Hæc de constitutione Reip. ex transmutatione Principatus; pauca de juribus conservandi; ubi certum est Reip. jus armorum competere, ut se defendat contra vim externam. An verò & quatenus justè sibi præcavere possit contra cives, majoris est indaginis, præsertim isto casu, ubi civis aliquis non actu molitur hostilia, timendus tamen est propter potentiam; ubi justum videtur, sic ad mediocritatem redigere opes, ne possint erumpere in necem Reip. Idque ex principiis dominii emineñtis, cujus vigore privatorum dominia cedunt publicis utilitatibus; & cum quilibet civis obligetur, vel mortem oppetere pro salute Reip. quantò justius opes immodicas & communi libertati graves in publicum conferre hætenus debet, quatenus salutem Reip. pessumdare possent. Sin hæc conditio non placeat; justum erit, hujusmodi potentem civem, etiam si aliàs nihil deliquerit, è numero civium excludere, quod genus exilii honesti olim Athenienses exercuerunt, sub nomine Ostracismi, quale remedium si in Italià quoque usitatum fuisset, fortè nec Romæ Julius Cæsar Monarchiam, nec Laurentius Medicus Florentiæ, vel Franciscus Sfortia Mediolani dominatum affectare vel constabilire potuissent; Neque verò promiscuè contra cives potentes hoc remedium in actum deducendum

est, sed cum quodam rationis temperamento politico, sc. tempore & loco, quo prudentibus civibus ad clavum Reip. admotis commodissimum videbitur. Quæ quidem politica est quæstio, non nostri hujus argumenti, quo quærimus, quid Reip. liceat vel justum sit circa exercitium & conservationem imperii, respectu civium. In specie autem de eo quoque casu quæritur, quid obtineat, ubi civitas divisa est in duas partes, videlicet in patricios vel nobiles ac plebeios homines, quænam in negotiis publicis inter utramque partem controversis sit decidendi ratio? Testantur sæpius historiæ Romanæ, quanta olim fuerint in illâ Republicâ inter Senatum & plebem disidia, quot turbæ, quot secessiones plebis à patribus. Verùm cardo hujus nostræ quæstionis generaliter dependere videtur à formâ Reip. utrum sit popularis vel Aristocratica, in illâ enim, populi major est potestas, atque adeò per factionem divisâ civitate, optimates non possunt, nisi ut cives considerari, qui cum numero sint pauciores, potius utique erit judicium plebis; contrarium in formâ Aristocraticâ servandum erit; Quòd si mixtam ponamus Remp. ubi nec statuere queat populus reliquus sine optimatum consilio & assensu, nec hi sine plebe, manifestum est extra amicabilem compositionem non esse rationem decidendi salvâ eadem formâ Reip. Unde necessarium foret, aut quod melius est, amicabiliter rem componi, aut indeci-

lam

summanere, aut per vim partem unam mutatâ Rep. alteri cedere, sicut etiam in Republicâ Romanâ plebis

rogationibus, plerumque Senatus cessit: sed hæc de nostro capite.

C A P. XI  
DE LEGIBUS IMPERIORUM  
FUNDAMENTALIBUS.

S U M M A R I A.

*Num. 1. Leges fundamentales, qua & quomodo differant à legibus vulgaribus. 2. Lex Fundamentalis ad conservandam Rempublicam ex post facto supervenire potest. 3. Legum fundamentalium causa efficiens proxima qua sit? 4. Lex citra consensum conventionalem lata quamvis Reipublica necessaria, non est proprie fundamentalis. 5. & 6. Rex de plenitudine potestatis nequit tollere leges regni fundamentales. 7. leges fundamentales non subvertunt summam potestatem. 8. & 9. Grotii distinctio perpenditur inter restrictionem exercitii & juris ipsius in publicis actibus. 10. & 11. clausula annullativa ætænum contra leges quid operetur in publicis. 12. usque 17. inclus. Necesitas an & quatenus permittat recedere à legibus fundamentalibus. 18. relaxatio à juramento an sit necessaria propter neglectas leges in casu necessitatis. 19. & 20. Necesitatis casus à lege expressè comprehensus non est à regulâ exceptus. 21. 22. 23. & 24. Leges fundamentales an & quatenus liceat non attendere propter publicam utilitatem? 25. & 26. legem mero arbitrio latam potest Rex vel successor ejus quibuscunque Clausulis non obstantibus revocare. 27. idem obtinet in statu Polyarchico. 28. usque 34. Regi aut Principi leges fundamentales tollenti quatenus resistere liceat.*

**P**roximum est, ut agamus de legibus imperiorum fundamentalibus, quibus structura Reip. tanquam basilibus & fulcris innititur, ubi

ante omnia distinguere debemus has tales leges à legibus vulgaribus. Quamquam enim omnis lex ad salutem Reip. collimare debeat; non tamen

L 3                      salus

salus Reip. vel forma à quilibet lege positivâ pendet, & quemadmodum in architectonicâ omnis pars ad ædificii perfectionem vel pulchritudinem refertur; soti tamen cardines; quibus ædificium superpositum continetur, fulcra ejus sunt; sic se res habet in legibus Republicæ; De his igitur, quæ fundamentales sunt, hoc capite differendum; sunt verò leges fundamentales ipsæ illæ passionēs, quibus Respublica in formam Imperii coaluit. *conf. Dn. Puffendorff. de jur. nat. & gent. lib. 7. c. 3. §. 1. in fin.* Neque hoc intelligendum arbitror præcisè de initio Reip. sed etiam si ex post facto lex aliqua feratur ad conservandam Remp. aliòquin lapsuram, rectè fundamentalis dici poterit; cujus generis sunt, quas habemus in Imperio nostro leges fundamentales, Aurea Bulla, Constitutiones pacis prophane & religiose, instrumentum pacis Germanicæ, ac Cæsareæ Capitulationes, quæ omnes non inter initia Reip. Romano-Germanicæ, sed postea editæ ac promulgatæ fuerunt, quanquam ut plurimum leges fundamentales superadditæ publico statui mutationem aliquam afferre solent. Ex his apparet (1) causam efficientem legum fundamentalium immediatam & proximam esse consensum eorum, qui imperant & parent; hi enim quodammodò inter se paciscuntur de ratione & modo exercendi imperii. Nec necessarium est, ut omnes cives vel subjecti paciscantur cum Rege hac in re, sed sufficit, si quidam ad quos ea res pertinet id faciant nomine o-

mnium uti in Imperio nostro serenissimi Electores per capitulationes Cæsareas. Verum quod diximus procedit in legibus fundamentalibus imperanti propositis, per modum conditionis delati Imperii, non æquè in illis speciebus, quando Rex ad conservandum regnum vel Rempublicam constabiliendam durante regimine fert leges mero arbitrio; quia si penes hujusmodi legislatorem summa sit & absoluta potestas, poterit legem introducere imperio sum. mē necessariam, absque consensu parentium ordinum ac subjectorum, quæ lex non est propriè fundamentalis, nisi secundum quid, quatenus sc. ad finem conservationis Imperii collimat: forma enim ferendi per consensum & contractum diversa est. Apparet (2) non esse in arbitrio Regis tollere leges fundamentales: sc. in quas consensus per modum contractus cum ordinibus regni: ut si promiserit, sese conservaturum privilegia, non poterit profectò ea tollere ex potestate regni vel ejus plenitudine, quia obligatio illa est juris gentium, à quâ non licet recedere Regi vel Principi. *Felin. in c. nonnulli vers. fallit quarto extr. de refer. DD. in dem. pastoralis. de sent. & re jud. Aymon. Crav. in cons. 241. n. 20. Rein K. in terminis de reg. Ec. & Eccles. clas. 3. cap. 12. n. 17. & 18.* præ primis si promissio facta sit medio juramento, id quod hoc est multorum regnorum observatur consuetudine in obligandis per leges fundamentales Regibus. Hinc si Rex leges regni sui fundamentales violat, dici solet dignitatis suæ

facte homicida, præclare *Theod. & Va-*  
*lent. Imp. in l. digna C. de ll. dignam no-*  
*rum iniquiunt majestate regnantis legibus*  
*aliquam se Principem profuersi*, qui Im-  
 peratores consequenter laudabili ex-  
 emplo suam ab auctoritate juris pen-  
 dere volunt auctoritatem. Colligi po-  
 test (3) Leges fundamentales per se  
 non subvertere naturam summæ po-  
 testatis, unde hodiernum in terris Im-  
 perii nostri summum jus est penes Im-  
 peratorem, non obstantibus capita-  
 lationum legibus, ex his quæ scribit  
*Grot. l. de jur. bell. & pac. c. 3. §. 16.*  
 qui tamen *ibid.* fatendum ait, id ubi  
 fit, h. e. ubi Princeps vel Rex circa  
 rationem imperandi subditis vel or-  
 dinibus aliquid promittit, aliis quo-  
 dammodo reddi Imperium, sive ob-  
 ligatio duntaxat cadat in exerciti-  
 um actus, sive etiam directè in ipsam  
 facultatem; quæ distinctio quæ vim  
 habeat in hac materia paululum ex-  
 curiamus; Itaque ubi in legibus fun-  
 damentalibus constitutum est Regi  
 vel Principi jus fas non esse hoc vel il-  
 lud agere, obligatio cadit in ipsam  
 facultatem, & tunc uti *d. l.* inquit  
*Gocius*, actus contrarius est ipso jure  
 nullus sc. ex defectu potestatis in  
 agens, v. g. si fœdus est contractum à  
 Rege solo, qui sine ordinum consen-  
 su ex lege fœdus pangere nequit, fœ-  
 dus hujusmodi non valet nec parit ob-  
 ligationem juris gentium; est verb  
 si lege conventionis Rex vel Princeps  
 tantum promittit, se non contractu-  
 rum fœdus, nisi consentiant ordines,  
 potestas fœderis sine ordinum con-  
 sensu peragendi adempta Regi vel

Principi non est, licet is dissentien-  
 tibus injustè exerceatur; ergo tunc  
 fœdus valebit, Rex tamen eò quod  
 fecerit contra promissa, tenebitur ad  
 interesse Reip. vel ordinibus, quibus  
 sese de non faciendo fœdere obligavit.  
 Sumamus aliud exemplum in *R. I. de*  
*anno 1654. §. diefer unferi* promit-  
 tit Imperator se non concessurum mo-  
 ratoria, & tamen si concederet, salvo  
 hoc recessu valeret moratorium ex ea-  
 dem ratione, quia promissio isthæc in-  
 tercludit tantum exercitium non jus  
 moratorii. Ex quibus perspicuum est,  
 quod obligatio exclusivæ facultatis  
 imminuat jus imperii in publicis, non  
 verò ea peræquè quæ est exclusivæ  
 exercitiæ tantum; quanquam secun-  
 dum quid, quatenus sc. Rex vel  
 Princeps salvâ justitiâ, hanc vel illam  
 actum ex conventionem exercere no-  
 quit, etiam obligatio ad exercitium  
 relaxet, imperium restringat; & hoc  
 sensu, non aliter admittimus Grotii  
 assertionem. Notandum omninò est,  
 quod si promissio Regis de non facien-  
 do annexum habet clausulam irritan-  
 tem actus contraventionis, exinde  
 afficiatur ipsa facultas agendi, v. g. si  
 Rex promittit non facere fœdus, non  
 bellum movere &c. ac si fecerit, irri-  
 tum illud fore atque irane, certè fœ-  
 dusejusmodi vel bellum contra pro-  
 missa factum propter hæc talia vel si-  
 millia verba actum irritum declaran-  
 tis, nullius erit momenti. Atqui in-  
 stabit aliquis, idem quoque atten-  
 dum fuisse demptè illi clausulæ per  
*arg. text. l. non dubium. C. de R.* ubi sim-  
 plex prohibitio legis idem operatur,  
 quod

11 quod clausula irritatoria contrariis  
 ram actuum; jam verò constat ex l.  
*pen. C. de don. int. vir. & ux.* Principis  
 promissionem vel contractum valere  
 in vim legis, ergò ex se erit ejus vir-  
 tutis, ut actus contraventionis irri-  
 tet, contra præmissam Grotii senten-  
 tiam, nequæ aded indigebit clausula irri-  
 tante; Verùm responsio difficilis non  
 est, nam d. l. *non dubium*, intelligen-  
 da venit, de actibus quoad substanti-  
 am & jus ipsum prohibitis, hi ta-  
 les si de facto fiant, ipso jure non va-  
 lent, v. g. lex prohibet contrahere  
 nuptias impuberibus, ergò si de fa-  
 cto contrahantur ab impuberibus,  
 sunt nullius momenti, quamvis lex  
 prohibitiva non habeat clausulam ir-  
 ritantem, & idem in similibus. At a-  
 ctus, quos Rex in publicis promit-  
 tit, minimè quoad substantiam pro-  
 hibiti intelliguntur per se vi illius  
 promissionis, sicut nec si privatus pro-  
 mittit se non facturum, si contra fa-  
 ciat, id ipsum nullum statim est à se-  
 ob fractam alteri fidem, injustum.  
 Verius est igitur & cautius prædictum  
 discrimen admittere; ac in capitula-  
 tionibus Cæsareis non uno loco vi-  
 demus id genus clausulas irritationis  
 12 annexas. Quæritur autem hoc loco  
 an non saltem in casu summæ neces-  
 sitatis permissum sit imperanti rece-  
 dere à legibus fundamentalibus. Sic  
 videri posset ex trito illo: *Salus Reip.  
 suprema lex esto.* Quibus igitur in casi-  
 bus publica necessitas exposcit ali-  
 quo modo à legibus fundamentali-  
 bus deflectere, iis etiam non obtrin-  
 gi imperantem harum legum nexi-

bus, in hoc sensu non est; etenim  
 omnia pacta omnesque stipulationes  
 intelligi debent, rebus ita stantibus.  
 l. cum quis sibi in pr. ff. de sol. & casus  
 emergentis necessitatis à regulis est  
 exceptus l. non exigimus §. 3. cum §. §. seq. 13  
 ff. si quis caus. jud. sist. l. sed et si §. frim. ff. ex  
 quib. caus. maj. cum verosimile non sit,  
 voluisse paciscentes etiam eum casum  
 sub lege quamvis fundamentali  
 comprehendere, qui noceret Reip. à  
 mente autem convenientium rector  
 sumitur interpretandi ratio arg. l. in  
 conventionibus ff. de verb. sign. Exemplum  
 ejus rei Doctores ponunt in Rege qui  
 per leges regni prohibetur alienare  
 bona domanialia, quod ipsum tamen  
 eidem volunt esse permissum in ca-  
 su summæ necessitatis & vel invitis  
 vasallis. Bartol. in l. si quis. §. fin. ff. de  
 pign. Salyc. in l. §. n. 2. C. de nov. Ludov.  
 Gomes. in §. item Serviana n. 45. Inst. de art.  
 in primis si id faceret pro bono pacis  
 publico, ex not. Barb. vol. 2. conf. 11. vol. 3.  
 vers. ad hoc respondet. Gabr. de jur. quas.  
 non toll. conclus. 8. lim. 5. Sic certe in pa-  
 cificatione Germanicâ Osnabrugensi  
 & Monasteriensi, ex his principiis o-  
 ptimè sustinentur honorum Imperii 14  
 Ecclesiasticorum secularisationes; ac  
 diversorum etiam secularium partim  
 quoad dominium directum, partim  
 quoad utile factæ translationes. Sed  
 hæc minùs dubiæ sunt propter con-  
 sensum ordinum Imperii; exemplum  
 aliud elegans suppeditat Capitulatio  
 Leopoldina art. 10. in materia fœde-  
 rum Imperii, quo loco nominatim  
 excipitur à regula universalis statu-  
 um consensus in fœderibus, casus pu-  
 blicæ

blicæ salutis & utilitatis, quippe in quo sufficiat Cæsareus consensus cum collegio Electorali, quanquam quid status cæteri ad hanc rem admonuerint, notum sit ex eorundem monitis ad *d. art. 10. conf. Spreng. in Jurispr. publ. p. 144.* de quâ re privatum iudicium hic merito suspendo; Aliqua tamen in thosi addenda, ac benè notanda sunt, (1) sc. ad hoc, ut casus necessitatis Reip. imminenti relevet Regem vel Principem ab observantiâ legum fundamentalium, debere necessitatem esse claram vel valdè evidentem; aliàs quilibet prætextus sufficere, ac propter illum leges fundamentales ludibrio haberi possent à malo Principe, quod dicendum non est; huc pertinet quod Doctores ajunt, in Principe resiliente à contractu suo non præsumi justam causam, nec simplicij eius assertioni hac in re standum, sed veritatem & justiciam aliunde probandam esse. *Relin. Dec. & alii in c. qua in Ecclesiarum extra de const. idem Dec. in conf. 602. n. 14. & seq. Ceph. con. 311. n. 77. Memoch. lib. 2. præf. 10. n. 32. & seq. ac præprimis n. 63.* non potest autem de necessitate meliùs constare, quàm ex facti evidentiâ & notrietate publicâ; veluti si immineat provinciæ hostilis exercitus, si fames urgeat, si pestis grassetur; quin etiam si per probationes ex continenti demonstrari necessitas queat, adhuc idem dicendum videtur, cum hic casus etiam censeatur liquidus. (2) Requiritur ut probabiliter saltem appareat per recessum à lege fundamentali servatum iri Rempubl. Etiam si enim

alioquin patens sit ac notoria necessitas, si tamen constet, etiam recedendo à lege haud Reip. consultum fore, nec periculum inde averti, non liceret Regi vel Principi ob necessitatem etiam veram insuper habere leges fundamentales. Hæc duo enim, necessitas & publica salus conjuncta esse debent; necessitas quidem per modum causæ procatarticæ, publica vero salus per modum finis, ut Rex vel Princeps ad extremum devenire possit remedium neglectionis legum fundamentalium. Tale fuit Leonidæ & Spartanorum factum ad Thermopylas, qui pugnando mori potiùs voluerunt, quàm fugam capessendo, quâ patriam tamen non liberassent à Persico periculo, leges violare. Penamus alium casum, rem sc. esse cum hoste, qui pacta non sit servare solitus, eumque imminere Regni aut Principatus sinibus, certè tunc Rex vel Princeps lege prohibitus, aliquam partem Provinciæ, aut fortè pretiosa quædam coronæ bona pro obtinendâ pace, alienare non posset propter necessitatem, quia licet adsit necessitas, non tamen eo remedio procuraretur publica salus, quippe cujus intuitu præprimis sit licitum, quod in se & juxta leges fundamentales foret illicitum. *Da. in l. qua propter ff. de reg. jur. Bald. in l. divus sub fin. ff. de pet. her. Card. In fch. tom. 5. concl. 2. n. 2. lit. U. Amajja ad l. 1. n. 13. C. ut nem. lit. in empt. spec. so excus.* Neque existimo, casu, quo Rex apertissimè servando Rempubl. recedit necessitatis intuitu à legibus, necessariam esse relaxationem

nem à juramento, quod rex præstitit pro observantiâ legum fundamentali-um; quia sicut lex ipsa non obligat, ita nec juramentum tempore necessitatis, tanquam de quo casu pacificentes, qui legem fundamentalem condiderunt, verosimiliter non cogitaverint; atqui etiam jurata promissio non obligat in casu probabiliter haud præcogitato *l. si libertus ff. de oper. lib. Abb. panorm. in c. sua, vol. 2. extra de Eccl. adif. vel reper.* ubi ponit exemplum in Episcopo, quod non obstante juramento de non alienando, possit inconsulto Romano Pontifice, alienare bona Ecclesiæ cathedralis, si imminet necessitas; refert & sequitur *Cephal. cons. 457. n. 286.* quæ res vel maximè procedet in terris Imperii nostri, ubi bona Ecclesiarum pretiosa, specialiter ex lege reservari debent, ad casus extreme necessitatis, *juris Rec. Imp. de Anno 1542. S. ober der Kirchen Kleinoder.* Hoc amplius notandum est (3) ita demum Regi vel Principi ob necessitatem licitum esse legem aliquam fundamentalem insuper habere, si casus necessitatis nominatim & expressè sub dispositione legis non fuerit comprehensus; quia videlicet exceptio casus necessitatis à regulâ legis, nititur præsumptâ mente conditorum vel pacificentium; at ubi expressa adest provisio legis casum necessitatis includens, hæc præsumptio cessat; quare tunc Rex, vel Princeps allegatione necessitatis non poterit recedere à lege fundamentali. Exemplum ejus rei elegans habemus in consensu E-

lectorali ad indicenda Comiticia Imperii necessario; hunc etenim Imperator ne quidem in casu necessitatis poterit omittere, propter expressam dispositionem *Cap. Ferd. III. Gloriosissimi Imperatoris art. 13. ibi, in jugelassen / nothdürfftigen / ohnverjüglighen und ohnvermeidlichen Fällen & Capitul. etiam invictissimi Imperatoris nostri art. 27.* Nec ea res sine ratione est, ut declaravi in collegio juris publici; etenim quodcumque negotium ferre nequit moram consensus Electoralis, multò minùs videtur ferre posse moram Comitiorum, atque aded nulla exceptio necessitatis vel periculi ex morâ faciendâ erit à regulâ; idemque obtinebit in aliis casibus necessitatis à lege expressis, & sub regulâ comprehensis. Quæritur verò quid de casu publicæ utilitatis sentiendum, an similiter exceptus sit à strictiore legum fundamentaliû observantiâ? Quod puto parçè affirmandum, nec nisi eo casu, quo publica utilitas evidens sit, nec fortè majus Reip. damnum inde metuendum. e.g. Si Rex ex legibus regiis prohibeatur alienare partes regni, & per tractatus majora bona ad perpetuam regni incorporationem acquirendi copia detur, poterit perfectò legem regiam insuper habere, & minorem fortè Provinciam alienare, ut majorem sibi & regno suo acquirat. Neque certè est alia legum fundamentaliû intentio, quàm ut Rex nihil diminuat ex bonis regni; sed qui plus acquirit regno quàm alienat, in effectu utique nihil diminuere videtur, *arg. pr. Jus. de aut. int. junct.*

19

20

21

22



*inult. l. sed est §. constituit. vers. plane ff. de pet. her. atque sic suo modo considerant Socin. Jun. vol. 3. conf. 60. n. 53. & ex eo Aym. Crav. conf. 894. n. 2. ubi loquuntur in specie concessionis feudalis, quâ imperium auctum sit novis vasallis, multò magis ergò idem dicemus, si augeatur novis & majoribus bonis pro concessione minorum, ut tunc alienatio sit licita tanquam*  
 23 *magis proficua regnò. Aliud verò obtineret eo casu, quo fortè majùs periculum belli, cum majoribus bonis regno attraheretur, tunc enim merito standum foret regulæ de prohibitâ alienatione bonorum coronæ; utpote casu utilitatis publicæ existentè dubio. Meritò autem distinguimus quoddammodò casus publicæ necessitatis & utilitatis; quamvis enim necessitatis publicæ includat publicam utilitatem, positam in damno avertendo, non tamen contra omnis publica utilitas includit etiam necessitatem; cum quædam absque imminente periculo præcisè tendat ad lucrum*  
 24 *Reip. ut in casu præmissò. Planè illud quod de necessitate dictum est, etiam in publicâ utilitatè obtinebit, ut nimirum si alienationes bonorum Imperii etiam in casu publicæ utilitatis nominatim prohibitæ sint, tunc imperantes ex eâ causâ, quantumvis evidenti alienare nequeant. His duabus rectè addenda est tertia exceptio, ut sc. Rex vel Princeps transgredi possit leges fundamentales, quoad præjudicium solum in capitulis fortè peccatis ipsius commodum concernentibus, non verò in præjudicium*

ordinum Regni aut Principatus; & est ratio, quia potest juri & favori suo, quilibet renunciare, juxta vulgatam regulam; quantò magis Rex vel Princeps, modò tamen aliàs non probeatur, dolo inductus vel circumventus. Quæro insuper, quid dicendum de legè secundùm quid fundamentali, quam Rex vel Princeps absolutus condidit mero jure potestatis absque consensu ordinum vel populi subjecti? Resp. hanc talem legem utcumque clausulis prægnantissimis, veluti clausulâ juratoriâ, de nunquam revocando & similibus munitam, semper mutari iterum posse vel abrogari à Rege vel Principe, si is mutatâ voluntate contrariam tulerit legem, probò; quia absoluta potestas legislatoria adhuc manet penes talem Regem aut Principem; cum jure gentium non amittat summum Imperium, nisi in alium transferat vel sponcione aut conventionè, ut ex supra deductis apparuit, vel jure victoriæ, quâ de re infra; sed per simplicem constitutionem ejusmodi clausulis firmatam, citra pactum nec ordinibus vel subditis est jus quæsitum ferendæ legis, nec Regi aut Principi ademptum vel restrictum; ergò cum potuerit ferre ex hac potestate eam legem, poterit quoque ex eadem, rursus tollere. Atque huc pertinet, 26 quod inquitur Doctores: non posse Principem sibi talem legem dicere, à quâ ei recedere non liceat, ut voluere *Alex. Imol. vol. 6. conf. 111. vol. 4. vers. voluit Paul de Castro. conf. 102. col. fin. Crav. conf. 126. n. 4. & 5. idque est verum, non*

tantum de ipso Principe, sed & de successore ejus, prout expressit Innocentius III. Pontifex in c. *innocentius*, ibique tradiderunt *Panormit. Inol. & Baldu extra de elect.* Fortius ergo ligat Principem, lex conventionis aut contractus, quam lex mere positiva, & ex absolutâ potestate introducta, quamvis de magnis & arduis rebus Imperii. Unde cautela est, ut si proceres volunt successorum regni efficacius obstringere ad observantiam legis positivæ antecessoris, ut specialibus id faciant pactis, sub quibus ipsi deferatur regia successio; id quod sanè in regnis Electivis est magis expeditum; in successivis enim jus regni eo modo devolvitur, quo fuit penes antecessores, ac proinde novus Rex pactis ejusmodi obstringi non potest invitus, h. e. sub conditione resolutivâ juris regni. Quin imò hoc idem, quod diximus, obtinet etiam in statu Polyarchico; ut nimirum lex ex mero Senatûs aut Populi, penes quem ea potestas est, imperio lata, contrariâ voluntate legislatoriâ iterum possit abrogari, quamvis interesse summum Imperii concernat. Sic populus Romanus antiquam de regio Imperio excluso legem, correxit lege regiâ, quæ fundamentum fuit Principatûs novi. Sic ante paucos ordines Generales confœderati Belgii sustulerunt perpetuum edictum. Variant enim Imperiorum & Rerum publicarum tempora ac circumstantiæ; unde publicæ leges ad exercitium potestatis pertinentes, sæpe numero mutationem subeunt. Probè

tamen distinguere debemus, an potestas tali casu in alterum transferatur; an verò maneat penes priores imperantes; quia illâ specie, si alter ille suscipiat delatum sibi ex lege jus, vel expressum vel saltem tacitum, et in re pactum subest, unde postea lex ista mutari non potest; sicut quidem populus Romanus legem regiam de potestate Cæsarum, mutare amplius non potuisset; aut certè non nudâ illâ voluntate, ex quo in Principem à populo privativè transit summa Reip. Romanæ potestas; sed posteriore casu ex antea dictis diversum jus est. Tandem quærimus: an & 28 quatenus resistere liceat Regi aut Principi leges fundamentales tollenti? Hæc quæstio sanè in utramque partem disputari potest, suasque experitur difficultates: nam si simpliciter negamus, tali casu licere Regi vel Principi, quo tandem remedio consultum erit bonis ordinibus, vel populis contra malos Reges aut Principes, ut leges fundamentales in effectu factæ testæ maneat? sin affirmamus indistinctè, quânam ratione tuti esse poterunt boni Principes & Reges adversus ordines vel subditos rebelles, qui semper aliquo violatarum legum prætextu insultabunt Majestati Regiæ, resque novas molientur? Enim verò hæc difficultates magis in facto consistunt, quàm in jure, quia nec boni Reges vel Principes leges sui status violant, nec boni ordines prætextu illo falso, reluctantur Regibus suis vel Principibus; eatenus igitur Politica magis est quæstio,

tio, quatenus imperium ita providè  
 attemperetur, ne Rex transgressor le-  
 gum sub imagine boni Principis no-  
 cere possit subjectorum privilegiis;  
 néve hi aliquo tali conamine falso  
 detrectare ex facili queant Regis ob-  
 sequium. Ast verò hic eam pruden-  
 tiam politicis relinquimus, ac de jure  
 gentium sumus solliciti, posito nimi-  
 rum, Regem subvertere leges funda-  
 mentales, an tunc liceat ordinibus  
 regni aut subditis regium obsequium  
 detrectare, & se contra Regem vi u-  
 tentem armis defendere: Ut certa ab  
 incertis secernamus, nullus dubito, si  
 de legibus secundùm quid funda-  
 mentalibus, sc. ex merà potestate ci-  
 tra pactum conditis, sermo sit, quin  
 tunc non liceat subjectis refragari re-  
 gio imperio; vel hac solâ ratione, quia  
 talis Rex pro arbitrio id genus leges  
 tollere potest, ut priùs dictum; quâ  
 in re cum jure suo utatur, nemini fa-  
 cit injuriam, inprimis talem, quæ re-  
 bellionem subditorum excusare pos-  
 sit. Verùm leges fundamentales magis  
 propriè ita dictas, h. e. pacto vel  
 conventione Regis cum ordinibus re-  
 gni aut populo subnixas, si violari  
 contingat, res majoris esse videtur  
 indaginis. Ego breviter existimo, si  
 quid hac in re legibus regni provisum  
 sit, ut illud emergente casu observe-  
 tur: sin nihil specialiter provisum, sed  
 ex merito jure gentium responden-  
 dum sit, tum arbitror affirmari posse  
 quæstionem, non tamen nisi sequen-  
 tia hæc concurrant. 1. Contractiõnis  
 legum fundamentalium notorietas.  
 2. magnum interesse ordinum vel  
 populi ex capitulis violatis. 3. de-  
 sperata emendatio Regis. 4. senten-  
 tia declaratoria amissi imperii; quæ  
 requisita in depositione Wenceslai  
 olim observata sunt, & superiori  
 seculo Batavorum ordines in senten-  
 tiâ suâ declaratoriâ contra Philip-  
 pum secundum Hispaniæ Regem, ea-  
 dem ferè expresserunt apud *Metteran.*  
*im zehenden Buch der Niderländischen*  
*Historien. p. 534. & 535.* Primum ve-  
 rò requisitum jure gentium necessa-  
 rium arbitror; nam si privatus ne-  
 quit jure suo privari ex facto dubio,  
 multò minùs Rex. Hinc nullo jure  
 Cronwelliana factio defendi poterit,  
 dum ex inculpatione criminum &  
 violationis legum falsâ, certè non  
 evidenti vel probatâ, & regno ex-  
 spoliavit Carolum Stuardum Magnæ  
 Britanniæ Regem & neci dedit. De-  
 bet porrò subservari insigne interesse  
 ordinum vel populi, veluti, si religio,  
 libertas, privilegia à Rege de facto  
 violentur contra leges regni; nam  
 cum leges fundamentales plerumq;  
 complecti soleant varia capita, quo-  
 rum alia magis, alia minùs ardua  
 sunt, non malè utique in re tantâ de-  
 siderabitur summum, quod dixi in-  
 teresse, ne ob quamlibet statim trans-  
 gressionem capituli forsan minùs  
 ponderosi ad extremum remedium  
 excutiendi regii imperii, quod ma-  
 gnos motus in genere humano exci-  
 tare solet, deveniendum sit. Accedat  
 3. desperata emendatio, nam si non  
 permissum est bellum inchoare, ubi  
 spontaneam satisfactione sperare li-  
 cet, quantò minùs erit justum, ordines  
 regni

regni vel subditos si non prius omnes gradus cōpositionis & remotionis gravaminum incassum pertentaverint, Regi vel Principi denegare obsequium? Denique etiam melior est sententia est opinio, quae declaratoriam amissi imperii contraventione legum fundamentalium exigit sententiam. Si enim in privatorum criminibus etsi regulariter sententiā salutem declarante opus est *l. ejus qui & ibi Bart. ff. de jur. fisc. c. fin. de her. 6. ubi Dd.* si magistratus quondam Romani non dixerunt causam ante abdicationem potestatis, multò magis hoc idem dictante recta ratione est

observandum in Regibus, quibus talis obijcitur legum fundamentalium transgressio; quo casu demum, cum à populo vel ordinibus nomine populi, penes quos ea res est, Imperii jus ex justa causa ac ritè abjudicatum fuerit, Rex erit ut privatus considerandus; nec antè homagium obligabit subjectos, quibus cum illi fidem non servaverit violando conditiones delati regni, non est ut de jure petat sub vinculo implementi harum conditionum promissa obsequia: sed de nostro capite haec breviter.

## C A P. XII.

# DE MAGISTRATIBUS, PRÆMIIS

## ET POENIS.

### S U M M A R I A.

*Num. 1. & 2. Legum & Magistratum in republica necessitas. 3. 4. & 5. Magistratum & jus dicentium virtutes quales esse debeant? 6. femina an jure gentium ad magistratus admittenda. 7. magistratus officium in exercitio justitia quale? 8; 9. & 10. Magistratum virtutes declarantur. 11. Magistratus officia togata vel sagata, quae conjungi possunt. 12. & 13. Principes Imperii num sint meri magistratus. 14. Principes Imperii Imperatorem recognoscunt eiq; devincti sunt jure jurando. 15. & 16. Magistratus omnis propria dictus recognoscit superiorem. 17. 18. & 19. Magistratum alii majores alii minores. 20. Magistratus ex virtute, pra nobilitate generis eligendi. 21. Magistratum officia non debent esse venalia. 22. Magistratum officia adhibendi non sunt, qui se immerunt. 23. & 24. Patria ad officia vocanti parendum & quando secus.*

secus. 25. Viri contemplativis studiis dediti num ad honores & officia publica aspirare debeant & num admitti? 26. Magistratus committendi ad eam rem maturis per aetatem. 27. & 28. Magistratus supplicantium precibus auxilio sit. 29. jure gentium non dantur casus pro amico. 30. Magistratus vitio creati aut falsi gesta, an valeant. 31. Legis Juliae repetundarum aquitas. & 32. ac 33. 34. usque 40. Magistratus officium, quibus modis finiatur. 41. premia benè meritis decernuntur juxta proportionem geometricam. 42. Scipionis Africani prudens & liberale factum in expugnatione Carthaginis nova. 43. Ducum erga milites munificentia commendabilis. 44. & 45. Quae premia dari soleant? 46. Remissio pœnarum interdum prae loco est. 47. & 48. premia togatis etiam viris ex merito cedunt & qualia. 49. usque 61. Pœna num ex regulis justitiae commutativa infligantur, distinctè explicatur. 62. pœnarum interpretatio in dubio fieri debet in mitiorem partem. 63. Pœnam legitimam minorem num magistratus dictare possit? 64. pœna arbitraria regulariter non extenduntur ad mortem, & quid si plura delicta concurrant?

Imperia non tantum legibus fundamentalibus, de quibus jam diximus, nituntur, sed alias quoque requirunt salubriores leges pro reddenda justitia, quarum exigitur non provida solum conceptio & promulgatio, sed imprimis etiam sanctissima observantia; hinc Creon meliorem ejus civitatis statum esse disserit, quae vel deterioribus legibus constantè utitur, quam quae bonis legibus instructa, easdem negligit, apud Thucyd. lib. 3. histor. Quae cum ita sint, magistratibus opus est, qui bonas leges curae suae ducant, parum si quidem esset jura condere, nisi qui ea tueatur, existat, ait Job. VIII. Pontifex in extrav. comm. de jud. At. verò ipsos solos, qui populis cum summâ potestate praesunt, pro

negotiorum multitudine huic muneri non sufficere palam est, & expertus Moyses in historia sacra Exod. 18. cujus exemplum & prudentissimum à Jethro socero suggestum consilium, reges & principes adhuc per orbem terrarum imitari cernimus, ut ipsi quidem publica negotia magis ardua sibi reservent, reliqua praesertim munera justitiae alijs committant. Neque id solum d. l. sed & virtutes expressae, quae magistratum deceant, tres nimirum, justitia, pietas, veracitas; quibus ibidem additum avaritiae odium, non quasi specialis sit & distincta virtus, qui enim justus est, avaritiam odit, sed ut significetur, quantum publice intersit, munera justitiae haud committere hominibus avaris & im-

probis, qui metu Dei ac justitiæ veracitatisque studiis neglectis, eadem quavis occasione haberent venalia. Præter hæc verò virtutes indubium est requiri prudentiam juris reddendi, sine quâ magistratus vel judex velut *καὶ φὴν πρότερον* omnia approbare vel improbare ad genium affessorum reapse cogitur; quo intuitu vel Romanæ gentis mores circa magistratus, meritam censuram vix effugiunt, quod sæpiuscule assumpti fuerint ad præturam viri juris dicendi minùs periti, quibus propterea in dubiis causis mos fuit consulendi jurisperitos. Pulchra insuper de magistratus officio notanda regula est, *ex l. observandum 19. ff. de offic. præf. si. jus reddentem, nec nimis facilem esse debere nec valde morosum, nec severum nimis ac difficilem aditum, nec lachrymis supplicantiis propensum, sed virum verè bonum & omnibus casibus à virtutis tramite immobilem.* Cætera quæ fortè originem familiamve judicis concernunt, aut honestatem natalium, & similia, juris sunt constituti, non gentium, & si verum fateri volumus, jure gentium nulla stringens ratio reddi potest; cur illegitimè nati, si sint ingeniosi ac virtuosius prorsus incapaces esse debeant majorum dignitatum, honorum & officiorum. De eo ulterior quæstio institui potest, an fœminæ jure gentium ad magistratus vel publicam administrationem admittendæ sint? Mihi negativa verior videtur, naturâ enim fœminæ fallaces sunt, & judicii minùs constantis, adeoque eritò à publicis negotiis atque officiis arcendæ,

quod & leges civiles volunt gentiumque moribus convenit, ut propterea allegans contrariam consuetudinem audiendus non sit, nisi probet. Magistratus officium cum latissimum sit, juxta *Vlpian. in l. 1. ff. de jurisd.* summatim absolvitur in his quæ sunt voluntariæ, quæque contentiosæ jurisdictionis. *d. l. 1.* sive igitur aliqua incidant inter partes volentes, sive inter judicio disceptantes, magistratui incumbit decernere. Proinde si alimenta decerni postulentur, si bonorum possessio petatur, pupilli aliive tutoribus aut curatoribus indigeant, si alimenta determinanda, prolium uniones confirmandæ, inventaria facienda, donationes, testamenta insinuanda &c. magistratus suis partibus fungi debet; maximè in alimentorum causis celeriter, ne alimentario interim fame pereundum sit. Sic & in actibus contentiosæ jurisdictionis, litis contestatione, testium examinatione, instrumentorum transumptione, causæ decisione &c. qui juridico præ est, munus suum observabit; de justitiâ hæc paucis. Quæ verò ratio, cur magistratus debeat esse pius? Nempe quia sine metu divini numinis majus est seductionis & corruptionis periculum: unde *Josaphat Rex Judæ. 2. Paralip. 19.* in primis iudicibus suis commendat timorem Jehovæ. Veracitatis etiam studium idèò necessarium est, quod homines ventoris aliud facile decernerent, quàm sanctissima juris præcepta exigunt. Odium avaritiæ per se quidem ex præmissis virtutibus à munere

magistratus excluditur, cum nequeat esse homo verè justus, pius, verax, qui sit avarus; interim ex speciali illo avaritiæ interdicto cernere licet, quàm contrarietur pecuniæ per fas per nefas corradendæ studium justitiæ. Etenim homines avari, an per fas vel nefas aliquid acquirant, parum curæ habent; quapropter etiam jure inhabiles censendi sunt ad munera justitiæ.

9 Quò pertinet, quòd alibi ab Apostolo avaritia specie idolatriæ fuerit insignita; quæ vel sola ratio efficit, ne avari ad officia magistratuum publica debeant promoveri. Multò igitur minùs, qui sovent atheismum, cum in his nulla sit pietas, & omnis divini numinis metus exfuler; magis potuere qui plures Deos vel olim in gentilitate adstruxere, vel hodiè fortè (quanquam id rariùs) in partibus quibusdam infidelium, idem credunt; hoc errore non obstante, ad magistratus admitti; quando satius est vel errore plurium deorum, affectibus imperare, quàm sine omni numinis metu quidvis appetere & justitiam habere venalem.

10 Præter hæc verò virtutes sine dubio in magistratu requiruntur prudentia politica & rerum agendarum industria, ut munere suo in arduis Reip. negotiis dextrè fungi possit; quæ munera cum sint duplicis generis, rogata & sagata, fit ut magistratum cura vel ad pacis otia & jurisdictionem inter cives exercendam, vel ad directionem militiæ referantur; quæ quidem olim Romæ consulum fuit, cum ordinariam jurisdictionem circa administrationem ju-

ritiæ prætores haberent teste *Pomponio* l. 2. ff. de orig. jur. Planè utrumque hoc munus interdum conjungitur, ut provincia aliqua committitur uni eidemque cum curâ & militiæ gubernandæ & juris reddendi inter cives. Exemplo esse possunt Duces, quos & curam exercitus quondam habuisse, & juri dicundo præpositos fuisse constat ex l. fin. C. de. off. mil. jud. junctâ l. si. quando C. de app. Quod dici posse videtur inspectâ juris feudalis dispositione. 2. F. 10. ubi Dux esse dicitur qui de ducatu est investitus, Marchio qui de marchiâ, Comes qui de comitatu; è quibus certè Duces ac Marchiones, priusquam officia hæc facta essent hæreditaria, non tantùm justitiæ sed & militiæ muneribus functos fuisse verosimile est; sicut hodiernum solent regii præfecti apud Hispanos, aliasq; nationes. De Germanis Principibus quæri solet, an magistratus nomine veniant? In negativam propendet *Arniseus de stat. Imp. Germ. c. 6. sect. 5. n. 124.* quod hodiè officia regaliū dignitatum in Germaniâ sint hæreditaria. *conf. Borcholt. de regal. n. 37. in fin.* Videmus tamen in imperii recessibus non uno loco, status etiam Imperii venire nomine magistratuum; plurimum instar sit recessus Imperii de anno 1654. *J. wann sich auch / ubi vocabulum Germanicum Obrigkeit / comparatione aliorum judicum sine dubio tribuitur Imperii ordinibus, ibi: So soll gegen der schuldhaften Obrigkeit so wohl/ als deren geordneten u. terzichter Bestrafung fûrgenommen werden.* Verùm ab Arnisei sententiâ temerè

recedendum non est, dicendumque vocabulum *Obrigheit* / distingui à voce magistratus in propria significatione, quâ sc. denotat merum publicum officium à superiori potestate commissum, quanquam *ἐπὶ πλάτῃ* magistratus omnes dicendi sint, quicunque partem aliquam potestatis publicæ, sive ab universo Imperio, sive Cæsare, Principibus, & reliquis proceribus Imperii, item nobilibus, civitatibus tam directè quàm indirectè Imperio subiectis, jure ordinario exercendum acceperunt juxta *Daurm. de jurisd. Imp. Rom. Germ. lib. 1. c. 26. n. 2.*

14 Hinc cum negatur Principes Imperii esse magistratus in præmissâ strictiore significatione, minimè negatur fidelitas erga Imperatorem, vel quòd eundem recognoscant superiorem; sed saltem asseritur quòd non sint officiales, qui in juribus suis publicis à superioris nutu & arbitrio planè pendent. Sed hæc per discursum adjecimus propriè ad jus publicum Germaniæ pertinentia; gentium etenim juribus specialis Principum nostrorum conditio, etsi minimè repugnet, haud tamen inde originem trahit, sed vel ex constituto vel feudorum moribus. In summâ hoc dicendum, magistratum omnem, quantæcunque sit potestatis, alium habere superiorem; quamvis sint potestates quæ jure suo conditionem magistratuum excedentes, interdum nomine illo vocentur. Veritatem autem regulæ cernimus vel in exemplo dictatorum Romanorum, qui cum summum in antiquâ Rep. gesserint magistratum, subfuere ta-

men populo, ut in Principatu præfecti prætorio principi: nec igitur privilegia inferunt magistratûs independantiam; non erat fas olim à dictatore provocare; & tamen Fabius senex in causâ filii, qui injussu dictatoris Papirii contra Samnites prosperè pugnaverat, & hinc de capite periclitabatur, cum inexorabilis videretur Papirius, 16 ad populum provocavit eleganti oratione; *quandoquidem, inquit, apud te nec auctoritas Senatus, nec aetas mea, cui orbitatem parat, nec virtus nobilitasq, magistræ equitum à te ipso nominati valet, nec preces, qua sæpè hostem mitigavere, qua Deorum iras placant, tribunos plebis appello: & provocho ad populum, cumq, tibi fugienti exercitus sui fugienti Senatus judicium, judicem fero, qui cerè unus plus, quàm tua dictatura potest polletq, &c. Liv. lib. 8. histor.* Cæterùm alios magistratus majores, minores 17 alios esse debere, non tantùm locus Biblicus apud Moysen paulò antè allegatus suadet, sed & ratio: quia sc. diversa inveniuntur negotia publica, diversi etiam homines, qui ea gerunt, unde alius ad majora, ad minora alius aptus invenitur. Elegans exemplum in Lucio Minutio Cōsule, quem obsidione Æquorum ereptum Quintius Cincinnatus dictator sic alloquitur: *Tu L. Minuti, donec consulatam animum incipias habere, legatus his legionibus præeris; cui dictatoris jussui non succensuit sed paruit consul; ecce veterum & benè consulendi & majoribus obsequendi studium, quod olim tanti fastigii consul habuit, hodiè vix minimæ conditionis homines: & in T. Otacilio alterum, cui creato consuli,*

nemo



18 **nemo magis obstitit, quàm affinis Q. Fabius maximus, veritus, ne & Reip. sævo belli punici secundi tempore, & designato consuli, in nervum erumpat consulatus. Pulchra sunt perorantis ad populum Romanum verba; Otacilius, ait, sororis mea filiam uxorem atq; ex ea liberos habet; ceterùm non ea vestra in me majoresq; meos merita sunt; ut non potiorem privatis necessitudinibus Remp. habeam; & paulò post; in minore re experti T. Otacilio operam tuam sumus, haud sanè, cur ad majora tibi fidamus, documentis quicquam dedisti: classem hoc anno, cui tu presuisti, trium rerum causâ paravimus; ut Africa oram popalaretur, ut tuta nobis Italia littora essent, ante omnia, ne supplementum cum stipendio comœatuq; ab Carthagine Annibali transportaretur. Create consulens T. Otaciliam; non dico, si omnia hac, sed si aliquid horum Reip. præstitit, sin autem te classem obtinente, etiam velut pacto mari qualibet Annibali tuta atq; integra ab domo venerunt, si ora Italia hoc anno infestior, quàm Africa fuit, quid dicere potes, cur te potissimum ducem Annibali hostem opponant? si consul esses, dictatorum dicendum exemplo majorum nostrorum censeremus; nec tu id indignari posses, aliquem in civitate Romanâ meliorem bello haberi quàm te: magis nullius interest quàm tua T. Otacili, non imponi cervicibus tuis onus, sub quo con-**

19 **vidas &c.** Utinam verò hæc rarsa etiam nostris temporibus observarentur, forsitan Respublica domi foris-que melius gereretur. Nulla sanè major pestis est in publicis negotiis, quàm contemplari genus & necessitudines, posthabita virtute; quid enim vulgò homines sperent, quid in aliquo di-

gnitatis gradu constituti, si videant virtuti obseptum iter, non suâ culpâ, sed minùs splendidâ majorum profapsiâ; quod si veteres, teste lege Juliâ, ambitus tam solliciti fuere, ne corruptis suffragiis ad magistratus aliqui surreperent, quidni cavendum optandumque sit, ne à publicis potestatibus ad ejusmodi officia recipiantur indigni. Quocirca jure gentium minime probandi videntur mores quorundam imperiorum, quibus officia prostant venalia; nec enim mirum tunc videri debet, si empta officia ab emptoribus vicissim vendantur h. e. corruptè administrantur. In Alexandro VI. Pontifice, earum rerum insigne exemplum habemus, qui cum malis artibus, corruptis sc. vel coemptis Cardinalium suffragiis Pontificatum adeptus esset, ut Guicciardinus testatur lib. 1. hislor. Sacerdotia vicissim, officia & munera Ecclesiastica venalia habuit, unde versus investivi, quos ex Pontano refert Dresser. in millen. sext. sed vitioso metro:

*Vendit Alexander, sacramenta, ablatia,  
Christum,*

*Emerat ille prius, vendere jare potest.*  
Planè illi, qui sese ingerunt & quasi obtrudunt publicis potestatibus per ambitionem, temerè assumendi non sunt, quin rectius meliusque magistratus committuntur invictis, quod legimus fecisse Alexandrum Severum Imperatorem apud Lamprid. in ejus vitâ fol. 211. quod non ita intelligendum, quasi ad extremum contumaces esse oporteat eos, quibus publica officia & magistratus deferuntur;

tur; neque enim nobis solis nascimur, sed ortus nostri partem sibi patriam vindicare, partem parentes, 23 partem amicos, rectè censuit *Plato in epist. 9. ad Archib. Tarent.* Vocante igitur te patriâ ipsâ ad Remp. gubernandam, impium esset non parere, ne aditum pravis hominibus relin- quas, prout ex *Plutarcho* scribit *Be- sidd. lib. 2. polit. c. 3. §. 10.* Sic *Cincin- natus* dictaturam, *Paulus Æmilius* consulatum susceperunt; alii alia munera, quamvis inviti, quod non ex- peterent, malletque curis publi- cis vacui esse. Idque locum inveniet, 24 quamdiu spes superest, Rempubli- cam sublevatum iri consiliis, labori- bus, virtute præstantium civium: alioquin his vitio verti non debet, si Reip. corruptæ, cujus vident despe- ratam curam esse, declinent officia, exemplo *Pomponii Attici* apud *Cor- nelium Nepotem*, & *Labeonis*, qui ob- latum ab *Augusto* consulatum recu- savit. Huc & pertinet exemplum *A- runtii* apud *Tacitum* in Principatu *Tiberii*, qui malle se in obscuro loco vivere, quam accusantium temerita- ti Romæ expositum Senatorem, pro- fessus est. Sanè ipsius *Germanici* quid fortunas vitamque abstulit, quam *Ti- berii* patrum & patris adoptivi ma- chinationes consulatu & militiæ A- siaticæ præfecturâ fucum facientes? 25 De cætero non negamus, viros con- templativis studiis deditos, opinio- nem beatæ vitæ ex otio abjicere, & communi hominum utilitati conce- dere debere secundum ea, quæ scri- bunt *Aristoteles 7. polit. c. 2. & 3.* item

*Cicero 3. de orat.* quoniam sc. vitæ mu- nera non solis viventium commo- dis, sed universi generis humani, cer- tè nationis, in quâ quisque nascitur data videntur; sanè hos tales etiam, sive peritiâ considerit, rebus agendis admovendos propter fidelitatem ne- mo nisi imperitus judicaverit. Porro 26 quia ut jam diximus magistratu fun- cturum oportet esse huic negotio pa- rem, optime agitur, si non intempe- stivè aut immaturis annis id genus publicæ functiones committantur; vel maximè idèd, quod ætas tenerior affectibus magis sit obnoxia, quos à magistratibus abesse valdè convenit, juxta *Callistratum in d. l. observandum.* Quæ res tamen pro diversorum ho- minum ingeniis diversimodè judi- canda; alii enim citius, alii tardius eâ sunt judicii maturitate ac præstan- tiâ, ut rebus gerendis possint præesse; sicut *Scipio Africanus* ante annos consuetus ædilis factus, jam 24. æta- tis anno feliciter in Hispaniam duxit exercitum contra hostes. Præprimis 27 etiam magistratus officio incumbit, ut non sit difficilis accessu, quâ ex re homines subjecti absterri possint. E- legans est in *Novgo. c. 9.* locus, ubi *Justinianus* regulas præscribit Pro- Consuli Cappadociæ, quemadmo- dum se gerat in administratione pu- blicâ; *Juri dicundo*, ait *Justinianus, cum summâ animi intentione & carâ incumbet, neque ut hætenus rusticanos homines sine injuriis opprimi; aureum certè dictum, omniumque magistratuum cordibus quasi inscribendum, ne, ut hodie sæ- pè fit, destituant homines supplices pu-*

publico justitiæ auxilio; quo sine in regulis Romani juris legimus, non esse committendum singulis, quod publice possit expediri per magistratus; & alibi vis compulsiva in urbe negatur, quod potuerit quis jus publici cum invocare & adire aliquem potestate præditum, qui utiq; vim eum pati prohibuisset. *l. fin. in princ. ff. quod met. caus.* quæ cum non tantum sint positivis legibus conformia, sed quàm maximè rationi naturali & gentium moribus; apparet satis magistratus eos juri gentium adversari, 28 qui secus fecerint. Denique ex quo magistratus bonos viros esse decet, & ab omni partium studio, alienos esse oportet; quare nullos jure gentium admittimus casus pro amico. Hunc tu accipe gladium, ait Trajanus Imperator præfecto suo prætorio, pro me, dum videris, me justè agere, aliàs vel contra me stringito: digna tanto Imperatore vox, ut illa quæ refertur in *l. 4. C. de ll.* quâ se Princeps Romanus legibus alligatum profiteretur. Et quid pulchrius apud Justinum est in Lycurgo Legislatore Lacedæmoniorum, quàm eundem non magis legali prudentiâ, quàm vitæ innocentâ, populum ad observantiam legum invitavisse atque traxisse. Reliqua, quæ de magistratus officio adduci solent, veluti, ne diutiùs duret, ne homini provinciali committatur, & quæ similia sunt, ad præcepta magis pertinent politica. De gætitis magistratus ex jure civili quæri solet, an valeant, si vitio creatus sit? Rectè sentiunt *Dd. valere ex l. Barbarius ff. de off. præf.* utique si Princeps vel popu-

lus, qui magistratum detulit, haud fuerit ignarus obstantis vitii, ut consideratur in *d. l. Barbarius, & in l. quidam ff. de re jud.* diversum foret, si quis titulum publicæ creationis mentiretur, ex *l. actiones 7. C. de numer.* Planè in prohibendis donis vel pecuniis pro munere publico, justissima est lex Julia repetundarum, quæ vetat pro gestione officii magistratus quicquam accipere, & transgressoribus etiam severas pœnas præstituit. Volunt tamen vulgè, munuscula in esculentis & poculentis licitum esse accipere magistratui, ex *l. solent. S. 3. ff. de offic. procons.* quod jure gentium temperatè accipiendum est, & considerandum, num id genus oblationes consuetæ sint; item num magnæ aut parvæ? Ponamus magnam vim frumenti, vel plura vini plaustra donata fuisse magistratui, officii intuitu; quid justius est, quàm hæc talia, specie esculentorum & poculentorum data, acquirenti extorquere, eundemque criminis repetundarum, vel barrataria, quam vocant, reum postulare? Fingamus per contrarium, ejusmodi donativa fuisse modici valoris, non conveniet certè, condemnare reum, quia præsumptio corruptionis faciliùs cessat; sic sit ut ea res à prudenti arbitrio circumstantiarum pendeat. Interim in dubio generosius facit magistratus, si quæcunque munera non recipiat, ea præsertim quæ speciem corruptionis præ se ferre possunt; ne sc. Spartam conceditam turpi lucro prostituere videatur. Progrediamur nunc ad contraria vel modos, quibus publica magistratum

officia jure gentium finiuntur; è quibus est (1) mors, fragilitatis rerum humanarum communis arbiter. Loquimur verò hîc de magistratibus meris, quorum officia contemporanea sunt, spatio constituto, vel ad summum vitæ; etenim quibus in regnis vel Rebus publicis hæreditaria facta sunt, ut olim in Germaniâ, plus jure magistratûs simplicis, quæ ab arbitrio superiori pendet important, quâ de re paulò antè dictum. (2) Expirat magistratûs officium ex lapsu temporis, quando sc. potestas superior, tempus expressit gerendo officio, si-ve publicâ lege, si-ve speciali rescripto aut mandato; utrumque enim sufficit, quia magistratus secundum formam & tempus commissæ administrationis præcisè cogitur officio præesse, *arg. tit. Cod. de mand. princ. nov. 17. nov. 30. nov. 102. cum simil.* (3) Magistratûs officium ex superioris potestatis imperio finitur; quæ res dupliciter contingere potest, si-ve apice revocationis, & sine notâ gerentis: quod hodiernum videmus Hispaniarum Regi usitatum in revocandis gubernatoribus Provinciarum, idemq; modus etiam in aliis absolutis regnis vel imperiis procedit, in quibus liberè Rex disponit de magistratibus regni: si-ve specie privationis propter delictum, ut in imperiis restrictis, quando regia imperandi forma excerci debet κατὰ νόμον, quâ ratione officium publicum adimi debet causâ ritè cognitâ, ne contra leges peccetur, vel jus suum alicui præter meritum auferatur. (4) Desinit magistra-

tus officium resignatione, nam quod in mandatis inter privatos obtinet, in publicis quoque locum sibi vindicat; ad mentem Labeonis, quem refert Paulus *in l. & quia ff. de jurisd.* id-que etiam ratio dicitur; siquidem officii publici administrator, non ultra fidem obstrictam teneri debet; ergò liberum erit susceptam Spartam resignare: utique si publica officia in- initio suscipiuntur sine præfinitione temporis; alioquin enim ad tempus usque conventum persistere deberet magistratus in officio. Sed & si tempore minùs opportuno illud resignaret, justa videtur exceptio à parte conferentis, ne præsidem vel magistratum tunc dimittere cogatur; cum nulla inter homines conventio trahi debeat ad dispendium alterutrius partis, ex casibus verosimiliter non præcogitatis. Atque hi modi finiendi magistratus locum habere possunt, republicâ vel imperio manente in suo statu. Cæterùm ubi status mutatur publicus, ipso jure etiam videntur magistratus desinere, quia à supremo imperio omne jus potestatis accepere; quale quid accidit Macedonum præfectis debellato Perseo. Est verò harum rerum differentia; neque enim ex solâ captivitate imperantis, sed ex imperii occupatione, magistratum publicam potestatem resolvitur; exemplo Francisci Primi Galliarum Regis, qui, ne sui tanquam mortui in regni administratione ratio haberetur, voluit: itaque regni Galliæ magistratus in suâ conditione remansere, etiam capto Rege, ut olim Præsides &

39 & magistratus Romani, capto à Perſis Valeriano Imperatore. Verùm quando non ab hoſte ſed à cive per ſpeciem tyrannidis imperium occupatur, quomodoque magistratus in officio priori maneat, quæri poteſt? Manere reſpondemus donec removeantur, imò tunc etiam non jus, ſed poſſeſſionem officii iisdem interverti à tyranno; certè donec in tyrannidem populus vel ordines conſenſerint: quòd ſi contingat tyrannum interfici aut poteſtate dejici, quoscuſque ad publica officia aſſumpſit, verius eſt hoc ipſo poteſtate ſua excidere, cum jus nullum habuerint niſi à tyranno jure deſtituto. Multa fuit apud Romanum Senatum, interfecto Julio Cæſare, diſputatio de actis geſtiſque illius, de quâ materiâ non ſemel Cicero in Philippicis agit; ubi reſcindenda placuit acta geſtaque illius, ut jure ipſo valiſſe videantur etiam poſt mortem; verùm ibi ſpecialis cauſa ſuberat, quod populus & Senatus, ceu ex fragmentis Livii videmus, in poteſtatem ejus conſenſerit, ut jure reſcindi debuerint interfecto Cæſare acta illius; aliàs poſteà etiam fuiſſent obſervanda. Hæc de Magiſtratribus. Tractemus nunc de præmiis

40 & pœnis breviter. Expedita res eſt, quòd ad juſticiam diſtributivam præmia pertineant; ſolent nimirum decerni ex publicis bonis pro ſingulorum meritis, ſive juxta proportionem Geometricam. Abſurdum enim foret, ſi v. g. Dux aliquis militiæ in diſtributione donativi, vel quorumcunque præmiorum militarium pariter habere vellet milites fortiffimos,

qui in præliis vel occupatione urbium ſingularem fortitudinem oſtendiſſent, cum militum vulgo, vel ignavè vel ſaltem non virtuoſè ſeſe gerentium. Elegans hujus rei exemplum Livius ſuppeditat lib. 26. hiſtor. in expugnatione Carthaginis novæ, ubi Scipio Africanus in Hiſpanicis cum collaudaſſet militum virtutem, quòd eos non eruptio hoſtium, non altitudo mœnium, non inexplorata ſtagni vada, non caſtellum in alto tumulo ſitum, non munitiffima arx deterruiſſet, quòd minus tranſcenderent omnia perrumperentque, profeſſus eſt, ſe omnia quidem omnibus debere, præcipuum tamen muralis coronæ decus ejus eſſe, qui primus murum aſcendiſſet; & cum de eâ re contenderent Q. Trebellius Legionis quartæ Centurio, ac Sextus Digitius ſocius navalis, ad extremum ſuggerente Lælio, pronunciavit: *ſe ſatis compertum habere, Q. Trebellium & Sextum Digitium pariter in murum aſcendiſſe, ſeque eos ambos virtutis cauſâ coronis muralibus donare, Liv. d. l.* Ecce quanti æſtimata ſit apud veteres bellica virtus, ut maluerit Dux, duobus, quorum alter tantum promeruerat, in caſu dubio, coronas murales concedere, quàm militum animos, ſi neutri dediſſet, vel alterutri negaſſet, abalienare: ſed ubi hodiè illi duces, ubi illa ex præmiis virtutis incitamenta? Fateor equidem lubenè virtutem ſibi ipſi præmium eſſe, h. e. majus nullum in humanis bonis inveniri ipſâ virtute; ſed non omnes ſimiliter ſentiunt; certè pars pleraque hominum provocanda eſt & extrema.

- mulanda externis rebus ad commodum Reip. non relinquenda nativæ virtutis, cujus pulchritudo & dignitas vulgò ignoratur, splendori & ornamento. Porro præmia, quæ distribui solent militaribus viris varia sunt; quandoque enim pecuniæ, quandoque prædia vel aliæ res militibus conceduntur: prædiorum exemplum est in l. de 6. ff. de evict. Mago apud Carthaginenses post varias contra Romanos victorias efflagitat, ut stipendia, ut frumenta mittantur tam benè meritis de nomine Punico militibus, Liv. lib. 23. histor. verùm hæc videri possunt non præmia sed debita; clariùs vocula Legatus apud Tacitum lib. 4. histor. exprobrat militibus ad Germanos tunc deficientibus, quoddonativum acceperint seu à Vitellio seu à Vespasiano, Romano certè Principe: hæc talia verò solent esse communia multorum præmia, plus gratiæ inest singularibus; eaque non tantùm cernuntur in muneribus rerum, sed & privilegiis, honoribus vel dignitatibus; Græcis, qui in ludis Olympicis vincebant, Oleagina olim corona cessit pro præmio virtutis, quæ de re miratur Tigranes Persa apud Herod. in Vran. huc referenda & præmia Germanorum nostrorum, in hastiludiis vulgò Tournier; sic & apud Hungaros, qui hostem Turcam occiderunt, decus nostris quidem propè ridiculum, ipsi tamen insigne pennarum integumento capitis adjunctarum gestant.
- 44 Quin & poenarum remissio interdum præmii loco est; sic tertius ille victor Horatius sororicida servatus, cum con-
- tra regiam condemnationem ad populum esset provocatum; quia illum neci dare, recens meritum non patiebatur. Liv. lib. 1. histor. Verùm non oportere spem veniæ delictorum in meritis ponere tristitia Egmondi & Hornii Comitum in Belgio, præside Albano duce; Bironi item baronis sub Henrico quarto Galliarum Rege capite punitorum exempla præ cæteris docent. Togatis viris benè se gerentibus non minora debentur præmia, quàm sagatis; quod vel exemplo Ciceronis patet, cui Parris patriæ nomen ob profligatam Catilinæ conspirationem populus Romanus detulit; & hodiernum quando honores decernuntur benè merentibus extra bellum, ut nobilitatis privilegia, gradus doctores & similia, justitiæ distributiæ norma exercetur, certè exerceri debet; & multò magis in publicis officiis, quæ de re paulò antè diximus; Quin & huc pertinent togatis viris propter benè merita concessa feuda, jurisdictiones, regalia, pensiones annuæ & similes præstationes gratiales: quas meritorum intuitu Reges aut Principes interdum conferre solent. Sed quid si fiscus regis fortè exiguus sit, vel alioquin sumptibus exhaustus? Æquum justumque erit viros benè meritos moram patienter ferre pro levamine Reip. hoc enim telum necessitas extorquet; dummodò meminerimus, etiam difficili tempore benè merentium curam habendam publico nomine, ad minimum ut alimenta percipiant, & quod restat meliori tempore solvendum. De poenis

major quæstio est, an ex justitiæ commutativæ, quam Grotius explettricam vocat, an verò distributivæ regulis infligi debeant? Quibus pars prior placet, sic argumentari velle videntur: sc. pœnæ etiam per se graviores ac dispares pro diversâ conditione delinquentium pares sunt, sequitur quòd ex proportione Arithmeticâ magis quàm Geometricâ imponantur; sed verum prius, ergò & posterius. Cæterùm hæc argumentatio præsupponit, quòd pœnæ ex eodem delicto irrogatæ, sed respectu hominum variæ, prorsus æquiparentur, velut si in homicidio humilioribus dictatur ultimum supplicium, nobilioribus fortè relegatio vel deportatio in insulam *l. ejusdem §. 5. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* quæ res non ita clara est, ut ex dicendis apparebit; quamvis facile largiar, pœnam semper commensurandum esse delicto, omnique jure iniquum majorem pœnam crimine commisso irrogari, & vicissim non tolerandum imponi minorem, ne ex scelerum impunitate res publica lædatur.

50. Quâ de causâ distinctè respondendum arbitror ad quæstionem præmissam; nam in privatis delictis justum æquumque est, servari proportionem arithmeticam; quid enim refert, in æstimatione damni ex lege Aquiliæ, procerum aliquis an vulgaris homo intulerit damnum, ceu rectè notat *Frank. ad tit. ff. de just. & jur. n. 34.* idque verum erit tam jure positivo Romano, quàm gentium; Sed in criminibus ad vindictam publicam pertinentibus Romano juri non parum in-

terest: quia alia pœna honoratori viro, alia homini inferioris conditionis ex eodem delicto sæpè solet imponi, ut disertè constat *ex l. 3. §. 5. ff. ad L. Corn. de sicar. l. 6. in princ. ff. ad L. Jul. pecul. l. fin. ff. de injur. l. 28. §. fin. ff. de pœn. l. 5. l. 12. C. eod.* Sed hîc alii excipiunt, in irrogatione quoque pœnarum, servari justitiam commutativam sive explettricam, (quâ de nominis diversitate nunc non disputo) servari, inquam, hanc justitiam excipiunt, quòd pœnæ in se etiam diversæ propter diversam hominum punitorum conditionem æquales censeri debeant, juxta proportionem arithmeticam; nam pœna publicæ ignominia v.g. honoratis viris longè gravior, quàm plebejis & infimæ sortis hominibus; sicut cùm Leo X. Pontifex Bernardinum Carvajallem & Federicum Sanseverinatem Cardinales à Julio secundo præscriptos, ordini purpuratorum restituit, pœnitentiâ indictâ restituendis, ut nudis pedibus veniam orarent, gravior visa est ob dignitatem Cardinalatus, quàm eam tulisset aliquis è vulgo hominum. Verùm ex eo nondum stringenter concluditur: quòd in pœnis, quantum ad publica crimina, locum habeat proportio arithmetica, & juxta eam justitia expletrix vel commutativa; nam nihilominus pœnarum diversitas superest, quæ pares censentur ad summum improprie, & per analogicam interpretativam; deinde æquivalentia diversarum pœnarum analogica ne per se quidem extra scrupulum est, quòd videlicet pœna hone-

honestiori viro inflicta, præcisè commensuretur graviori, quæ imponitur homini vilioris conditionis. Sumamus exempli loco, quòd propter homicidium commissum vel propter sacrilegium humiliores vel bestiis subijci soliti fuerint, altiores verò in insulam deportari, juxta *Marcianum in d. l. 3. §. 5.* & *Vlpianum in d. l. 6. princ. ff. de pen.* quæ verò proportio illius tam gravissimæ pœnæ, quâ quis bestiis crudeliter dilaniendus subijcitur, cum deportatione in insulam, etsi vel maximè personarum diversitatem consideremus? in priori enim, naturalis vita immani modo eripitur: in posteriori adhuc veniæ & restitutionis spes est, quæ condemnatis interdum obvenit; *ut in l. 1. de C. desent. pass. & rest.*

Ast verò exempla hæc sunt juris civilis & ab illis temporibus petita, quibus personarum respectus pro genio imperantium, collapsâ disciplinæ & legum severitate, pluris valebat; quòd si ex simplicitate juris gentium dicendum sit, planè fateor rectius esse, ut pœnæ æqualiter ex regulis proportionis arithmeticæ imponantur, præcluso personarum respectu; id enim egregiè tueretur auctoritatem legum; sanctioribus adhuc moribus apud Romanos observatum; insigne est Junii Bruti Consulis exemplum, qui filios ob conspirationem de reducendis Tarquinis cum cæteris complicitibus supplicio affici jussit; *Liv. lib. 2. histor.* & alterum T. Manlii Consulis, qui filium contra edictum consulare cum hoste pugnantem, quamvis victorem, securi percuci imperavit. *Liv. lib. 8. histor. Præ-*

stat nimirum insigniores viros sua potius innocentia aliis exemplo esse, quàm levioze facinorum pœnâ, scandalo; Manlius *d. l. ad filium*; cum aut morte tuâ, inquit, *sancienda sint Consuluna imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda, nec te quidem, si quid in te nostris sanguinis est, recusare censeam, quin disciplinam militarem culpâ tuâ prolapsam pœnâ restituas.* Ac de eo quidem minùs dubitem, pœnas lege expressas pertinere ad omnes cives, quâ nobiles quâ ignobiles, ut quisque in legem commiserit, si potestati legislatoris subsunt; cæteri enim ob defectum legislatoris potestatis immunes esse possunt, ut olim Romæ ante legem Hortensiam patritii cives à plebiscitis; nam quia generalis est verborum conceptio, censerit debet similis in legislatore voluntas, quòd sc. & in pœnalibus voluerit obligare ad observantiam omnes cives, pari pœnâ imminente singulis si deliquerint; sed in arbitrariis quæstio major ac difficilior videtur, annon quantum ad publica crimina pœnarum distinctionem adhibere debeamus respectu hominum delinquentium? Nos negativam jure gentium admittimus ex præmissis rationibus; sed affirmativam jure civili Justiniano exemplis præallegatis defendere quis posset; in quibus non sufficit recentiorum quorundam excusatio, affirmantium, pœnam diversis personis, absolute loquendo graviozem vel leviozem dictari, non intuitu muneris, quod in Rep. gerunt, sive propter diversam earundem conditionem per se & principaliter, sed



saltem in consequentiam, quod delinquens in tanto dignitatis gradu promeruisse videatur ex delicto, v. g. 38 poenam relegationis, ubi homo vulgaris, poenam fustigationis vel mortis; nam hæc præcisa commensuratio difficilis est, ut jam diximus, & textus præcitati satis ostendunt contrarium, nempe personas honestiores, per se & quia tales sunt, minoribus poenis solere coerceri. Deinde quibus casibus jure positivo justitia commutativa indubiè obtinet, minime sufficit præstari æquipollens ratione diversitatis personarum; e. g. non interest, nobilis sit venditor an plebejus; debet enim præcisè servare fidem contractus, nec nobilis privilegium habet de jure, ut possit per æquivalens satisfacere obligationi, eo casu, quo plebejus præcisè tenetur tradere rem ipsam, ut in contractu venditionis. Quod si aliquibus casibus præstatio æquivalens, puta ipsius interesse, jure concedatur, non minus ea plebejo, quam nobili erit permessa; cu re ergò aliud dicimus in publicis criminibus, ut si de jure superioribus vel inferioribus personis diversæ poenæ distentur, 60 *ισοδυναμία* prætensa omnem scrupulum adimere videatur? Ex quibus sequitur, verius esse, quoties lege positiva pro personarum diversitate diversæ irrogantur poenæ, id fieri juxta præcepta justitiæ distributiæ; in eo autem recedi à simplicitate juris gentium, quod omnes cives subicit poenis legum ex æquo; Sequitur secundò: quoties lege vel consuetudine non constat diversas poenas infligendas, de

eodem crimine easdem debere imponi seu nobilioribus seu ignobilioribus, dummodò subsint potestati legislatoris, nec speciali lege in criminalibus causis sint exempti, uti præmonitum. Nam quod fortè in contrarium fit, veluti si nobilem propter homicidium non gladio & manu carnificis, sed à militibus publicâ auctoritate occidi contingat, ad dispensationis beneficium, magis referendum venit, quàm juris exigentiam; cujus rei ante aliquot annos hac ipsa in civitate celebre vidimus exemplum. Sequitur 61 tertid quod in præmiis & honoribus conferendis par sit ratio cum poenis; neque enim reddi potest, quæ sufficiat, diversa, cur in distributione honorum persona viri insignioris per se consideretur, in infligendis poenis per accidens sive in consequentiam; Sicut enim illi, qui commutativam justitiæ in poenis jure Romano simpliciter adstruunt, diversitatem earum ratione delinquentium ita declarant, ut poena levior in personâ honorationis viri exæquetur poenæ graviori hominis infimæ sortis; sic dicere possemus in præmiis, amplius illud, quod dignior præ indigniori accipit, intuitu personæ dignioris minus, respectu indignioris verò & humilioris majus intelligi debere; & tamen in distributione præmiorum ob eam causam haud censent locum esse justitiæ commutativæ, ergò nec eadem ratio stringere poterit in poenis. Illud certissimum est: in poenalibus debere eos qui 62 juri dicundo præsumunt, sequi in dubio mitiorem partem, quæ res ut juri positivo

scivo congruit *l. pen. ubi Dd. ff. de pen. sic & juri gentium*. Inventa nimirum sunt genera poenarum emendandis hominibus, non præter necessitatem excruciantibus; itaque ubi magistratus dubitat de voluntate legis poenalis, rectissimè debet eligere mitiorem partem. Cæterùm an minorem legitimâ poenâ imponere possit quæritur? quod negandum puto, ne jus Reip. remissile videatur, etsi quandoq; benignitatis temperamentum adhibere jus Romanum permittat *ex l. persiciendum pr. ff. de pen.* Verbo itaque judex vel magistratus insistet vestigiis legum, nec graviolem nec leviolem legitimâ irrogabit poenam; nisi quòd illud benignitatis temperamentum jure &

moribus probetur, v. g. ut qui vivus comburendus erat, prius decolletur, & postea concremetur; idem in eo, qui rotâ contundendus erat, cujus quandoq; cada ver gladio prius puniti rotæ imponi solet. In arbitrariis, nisi 64 ex magnâ causâ & præcunte lege, ad poenam mortis deveniendum non est, eadem ratione, quâ diximus, mitiorem partem eligendam; quòd si plura crimina ab aliquò perpetrata sint, poenæ omnes, ubi compatibles fuerint, irrogari debent; aliàs ea, quæ graviorerit; quòd absurdum sit, hominem facinorosum propter plura delicta mereri excusationem; de quâ re post alios dixi *in praxi judic. p. 2: c. ult.* hæc verò pro præsentis scopo sufficient.

## C A P. XIIII

# DE COMMERCIIIS ET CONVENTIONIBUS GENTIUM.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. Commerciorum origo & necessitas. 2. commercium propriè quid sit? 3. commercia triplicis generis prohibita. 4. contractus favorabilis repugnant legi divinae morali 5. usura jure canonico prohibita sub nomine interesse permittitur. 6. & 8. Lex divina, Canonica & traditiones interpretum circa usuras differunt. 7. jure civili olim usura intra certum modum permissa, nec prorsus repugnant juri divino vel naturæ. 9. Canonistarum sententia de omnimodâ prohibitione usurarum multis in locis antehac recepta. 10. usura non nisi immoderata repugnat juri gentium & quare? 11. Ad interesse Canonicum, quòd cum usurâ moderatâ, eadem nititur aequitate, tria requiruntur. 12. interesse lucri cessantis & usura lu-*

*cratoria jure natura & gentium non differunt. 13. interesse & usura*  
*hodie quincunci estimatione determinantur in Imperio. 14. inte-*  
*resse ex morâ debetur jure gentium citra conventionem. 15. Annu-*  
*reditus jure canonico censentur liciti, & habere sortis na-*  
*turam. 16. Requisita usura illicita ex mente canonistarum. 17. u-*  
*sura num. in mutuo fluant à tempore conventionis? 18. 19. 20.*  
*commercium meretricium est jure natura illicitum. 21. commer-*  
*ciam Eunuchorum quatenus repugnet rationi naturali? 22. com-*  
*mercium armorum & frumenti cum hoste illicitum est. 23. com-*  
*mercium vini, olei, & aliorum liquaminum non jure gentium*  
*sed positivum cum hoste prohibita. 24. extra detrimentum Reip. cum*  
*hostibus permissa. 25. periculo tamen contrahentium, quorum res*  
*bello capere licet. 26. nisi aliter conventum sit. 27. commerciorum*  
*tractatus vel pacta in pace non tribuunt securitatem contrahen-*  
*tibus tempore belli. 28. Alexandri Tertii Pontif. constitutio in c.*  
*innovamus extr. de treug. & pac. merè positiva est. 29. commer-*  
*ciorum pactum tempore belli initum de mutua securitate contra-*  
*hentium, etiam pro tempore belli obligat. 30. commercia positivo*  
*jure prohibita quam? 31. privilegia excludentia ceteros certo*  
*negotiandi genere publica utilitatis intuitu permissa. 32. commer-*  
*ciorum libertas quam variè possit restringi à Principe. 33. & 34.*  
*commercium subjacent variis oneribus publicis. 35. Monopolia & ju-*  
*re positivo & gentium sunt prohibita. 36. nundinarum solennium*  
*concessio pertinet ad Principem. 37. commercia terrestria sunt vel*  
*maritima. 38. commerciorum intuitu olim fœdera Hanseatica coa-*  
*lente, hodieq. florent praeceles in Batavis societates. 39. merca-*  
*torum causa ex bono & aequo determinanda ac viâ celeri. 40. 41.*  
*& 42. mercatorum causa an & quatenus juxta leges loci contra-*  
*ctus, vel consuetudines suas sint dirimenda. 43. & 44. commer-*  
*ciorum proventus an & ad quos usus possint reges ac potestates sibi*  
*vel fisco suo applicare? 45. 46. & 47. commercia an & quatenus*  
*possint restringi vel prohiberi per potestates civiles. 48. & 49. con-*  
*ventionis natura in genere & differentia à commercio declaratur.*  
*50. & 51. contractum secundum jus gentium species referuntur. 52.*  
*conventiones juris gentium vel respiciunt gentem vel singulos. 53.*  
*usq. 57. dominia rerum per conventionem traditione non subsecuta*

*bona transferuntur jure gentium. 58. contractus affirmantur juxta leges loci ubi celebrantur. 59. & 60. fallit in contractibus Regum ac Principum. 61. ac 63. fallit etiam si qua natio eo loco habeat consulem jung. 62. contractus in loco initus, ubi non certa vigent leges, judicatur jure gentium. 64. 65. & 66. Quid si tali loco contractu celebrato, implementum vel solutio pactiōne expressâ referatur ad alium locum, ubi certa leges positiva circa ejusmodi negotium valent?*

**C**ommerciū originem debere juri gentium propriè sic dicto, dubium est nemini. Nam cum juxta vulgatum, illud: non omnis fert omnia tellus; variæ regiones variis indigerent, & huic sal, illi frumentum, isti vina, aromata, &c. deessent; utique ad vitæ humanæ necessitates sublevandas, & commoditates promovendas, modus inveniri debuit, quo res invicem communicarentur, Regionesque ac Provinciæ diversæ succurrerent mutuæ harum vel illarum rerum inopiæ. Hinc commercia non tantum ex illâ regulâ generali, quod prohibita non sint, permissa censeferi debent, sed & ad conservandam humanam societatem necessaria, ita ut absolutè loquendo prohiberi non possint. *Sigism. Scacc. de cotherc. quest. 1. §. 1. n. 47. vers. quod est necessarium.*

**2** Ex his igitur constat commercium in propriâ significatione, quæ hujus loci est, nihil esse aliud, quam rerum communicationem, negotiatione mutuâ peractam. *Fab. de mont. tract. de empt. ven. quest. 4. n. 1. in fin. vocat mercium communicationem; quæ nomina tamen commutationis & mercium generaliter intelligi debebunt;*

aliâs latitudinem commercii vix exhaurient. *arg. eorum, quæ tradit Jctum in l. 1. pr. & §. 1. ff. de contr. empt. Germanicè vocare solemus Gewerb oder Handelschaft.* Excipiuntur verò triplicis generis commercia, quæ jure prohibita reputari debent; sc. (1) quæ repugnant legi divinæ morali, sive quæ adversantur honestati naturali vel bonis moribus (2) quæ tendunt ad præjudicium insigne Reip. (3) quæ specialiter à legibus prohibentur, &c. Exemplum primæ exceptionis est in contractibus scenoratitiis; hi enim prohibiti sunt tam legibus veteris quàm novi fœderis, *Exod. 22. vers. 25. Levit. 25. vers. 36. Deuteron. 23. vers. 19. Psalm. 15. vers. 5. Luc. 9. vers. 34.* quo intuitu Canones in totum prohibuere usuras; ita, ut quicquid forte accederet, pro usurâ haberetur illicitâ. *can. si fueraveris can. pleriq. & p. 101. 14. q. 3. 1. extra in 6. & Clem. de usur. Color tamen quæsitus est à glossographis, ut videlicet usuram tanquam usuram prohibitum sit accipere, non verò tanquam interesse; ita glossa in c. consuetus extra de usur. quam communiter recepere Canonistæ Panorm. ibid. n. 6. Innocent. in l. 1. n. 2. extra eod. Barbosa*

*ind. c. conqueſtum n. 6. cum ibid. alleg.* Uti-  
 tur gloſſa hoc argumento, quod ca-  
 nones ipſi prohibeant uſuram ad  
 quæſtum vel incrementa *l. quoniam  
 multi, & c. ſi quis oblitus 14. q. 4.* imò ali-  
 bi expreſſè permittunt intereſſe, ut  
 videre licet ex *c. dilecti extra de for. compo-  
 ſ. peruenit cum c. ſeq. extra de fidejuſſ.* Ve-  
 rum hi textus ad ſummum probant  
 licitum intereſſe damni emergentis,  
 non verò intereſſe lucri ceſſantis, pa-  
 riter eſſe permiſſum, quod tamen ex-  
 preſſè etiam volunt permiſſum *Pa-  
 normitanus & Barboſa loc. cit.* eſtque ſine  
 dubio communis & recepta ſenten-  
 tia ex traditis *Covarruv. l. 3. var. reſol. c. 12.*  
 n. 1. & 2. Neque ſi verum fateri volu-  
 mus vel legum divinarum eadem per  
 omnia fuit ſententia, quæ canonum,  
 neque canonum vetuſtorum eadem,  
 quæ gloſſæ & interpretum. Nam  
 quod leges divinas attinet, reſpexere  
 ſine dubio charitatem proximi, &  
 ejus ſolius intuitu uſuras prohibuere,  
 præprimis in foro animæ, non quaſi  
 omnis uſura, quæ non aded læderet  
 proximi amorem, in foro exteriori  
 deberet prohiberi per leges poſiti-  
 vas, nam & præceptum habemus mi-  
 ſericordiæ *Luc. 6. v. 36.* & alia ibidem,  
 veluti de amore hoſtis, & quæ ſimi-  
 lia ſunt; quæ tamen trahi non oportet,  
 neque tracta ſunt ſub neceſſitatem  
 legis externæ, uti quidem juris cano-  
 nici auctoribus placuit circa uſuras:  
 Quid quod uſuræ in veteri testamen-  
 to vel fœdere ſatis aperte permiſſæ  
 fuerint, quoad alienigenas, ut in *d. l.*  
*Deuterom;* quomocunq; verba hu-  
 jus textus clara ab aliis contorquen-

tur, vid. *Covarruv. l. 3. var. reſol. c. 1. n. 7.*  
 Hinc & à legum civilium conditori-  
 bus, nec tantum Ethnicis adhuc, ſed  
 & Chriſtianiſ Imperatoribus uſuræ  
 intra certum modum ſunt permiſſæ  
*l. accipiam. l. pro auro. l. eos. & n. C. de uſur.*  
 qui ſi exiſtimâſſent eas juri naturæ  
 proſus repugnare, nec Ethnici, nec  
 Chriſtiani Principes; ſin directè ſa-  
 cris literis, ſaltem Chriſtiani Cæſa-  
 res non potuiſſent uſuras permittere.  
 Scio *Gail. 2. obſ. 5. n. 5.* in contrariâ eſſe  
 ſententiâ, & uſuras omni jure prohi-  
 bitas dicere; ſed excepto jure Cano-  
 nico de cæteris abſolutè & ſimplici-  
 ter probare id non poteſt; contrarium  
 ſanè defendit ſatis eruditè *Petr. Frid.  
 de mand. c. 72. n. 7.* Gloſſæ & interpre-  
 tes, ut dixi, genuinæ canonum ſen-  
 tentiæ annexuere intereſſe lucratori-  
 um, cum ipſimet canones generaliter  
 omne lucrum ultra ſortem prohibe-  
 ant, quo & pertinent *diſt. can. quoniam  
 multi & d. c. ſi quis oblitus;* neque in *d. c.*  
*dilecti d. c. peruenit cum ſmit.* de alio quàm  
 intereſſe damni emergentis agitur.  
 Nec ſanè verbis ponendæ ſunt leges,  
 ſed rebus & effectibus, *l. ſi per alium  
 §. 2. ff. ne quis eum qui in jus voc. vi exim-  
 l. omne verbum ſub ſin. C. comm. de leg.* Ac  
 ſi quis petat magnum intereſſe luca-  
 torium, crediderim illum magis ad-  
 verſari æquitati naturali, & magis  
 offèndere legem charitatis proximi,  
 quàm illum, qui exiguas & modera-  
 tas accipit uſuras lucratorias, licèt  
 Canoniftæ illud permiſſum, has pro-  
 hibitas cenſeant. Quicquid tamen  
 fit, illorum ſententia in multis regnis,  
 Chriſtiani orbis antehac prævaluit  
 quæ

quæ legibus positivis prohibuere u-  
 furas etiam in foro exteriori ; idque  
 rectissime fit quantum ad excessum  
 fœnoratitium, ut in Imperio nostro.  
*vid. ordin. pol. de anno 1548. & 1557. tit.*  
 von wucherlichen Contracten. Hos ta-  
 les enim contractus repugnare legi  
 divinæ & naturali æquitati ob ma-  
 gnâ disproportionem commutatio-  
 nis est verissimum ; sed ut in univer-  
 sum de usuris moderatis & conven-  
 tione partium subnixis idem dica-  
 tur, rationes, si æquitatem naturalem  
 inspicimus, nullæ convincunt ; ac de-  
 biliores sunt, quas ex Thomâ Aquina-  
 te & aliis congestit Covarruv. d. c. 1.  
 n. 5. prout rectè perpendit Carol. Molin.  
 de contract. p. 74. n. 528. cui addatur Frid.  
 10 Mind. loc. cit. Ex quibus apparet con-  
 tractus usurarios non repugnare juri  
 gentium, nisi quoad excessum. Sicut  
 enim in quibuslibet contrahendi fi-  
 guris, propter facilitatem commercio-  
 rum, aliqua toleratur dispropor-  
 tio commutationum ; impossibile e-  
 nim ferè est in externis negociationi-  
 bus omnia ad rigidam revocare a-  
 mussim ; sic usura, ut magis sint hoc  
 corrupto seculo, qui mutuuum dare  
 velint, in usu commerciorum per-  
 mitti poterit ; licet creditor aliquid  
 amplius ex conventionem, adeoque ex  
 voluntate debitoris accipiat ; præfer-  
 tim cum ipse re suâ interdum carere  
 cogatur, prout in responso suo de an-  
 no 1619. ponderant Jcti Francofur-  
 tenses apud Dn. Richterum decis. 74. n. 3.  
 11 Atque in hac æquitate fundatur etiam prædictum interesse canonicum  
 quod usus approbavit, ad quod ex

mente glossa in d. c. conquefuis, & Id. com-  
 muniter tria requiruntur, nempe 1. vin-  
 culum obligationis principalis ; in-  
 teresse erùm cum sit accessorium hoc  
 semper præsupponit. 2. mora debito-  
 ris in solvendo. 3. damnum inde in  
 creditorem redundans, vel lucrum  
 occasione retardatæ solutionis inter-  
 versum ; in quo ultimo tamen requi-  
 runt præterea, ut creditor fuerit soli-  
 tus negociari, & occasio lucri extite-  
 rit in promptu : Ita Paulus de Castro post  
 gl. in l. arbitraria §. fin. n. 3. ff. de eo quod  
 cert. loc. quam doctrinam communiter  
 amplexi sunt doctores & consulen-  
 do, secuti Riminald. Jun. conf. 218. n. 19.  
 Honded. lib. 1. conf. 50. n. 3. & lib. 2. conf. 39.  
 n. 2. Latò Scacc. d. tract. §. 1. quæst. 7. &  
 §. 2. ampl. 8. n. 99. cum mult. seq. Hinc 12  
 interesse lucri cessantis differre vide-  
 tur ab usurâ lucratoriâ, quam vocant,  
 præcipuè in morâ debitoris & com-  
 pensatione lucri, quod creditor ex  
 morâ istâ impeditus ob carentiam  
 suæ pecuniæ procurare non potuit.  
 Sed usura lucratoria conventionem ni-  
 titur, & eatenus videtur prohibita esse 13  
 ; nam lucrum quod provenit ex  
 conventionem, magis censetur pugna-  
 re cum ratione & æquitate, quàm  
 quod ex facto & morâ alterius partis.  
 Ast verò accuratius rem consideran-  
 do, putone hanc quidem differenti-  
 am jure naturæ & gentium satis fun-  
 datam ; quia & usura lucratoria niti-  
 tur morâ debitoris, nec unquam po-  
 test peti, nisi pro eo tempore, quo de-  
 bitor creditori non restituit pecuni-  
 am & sortem suam. Absurdum verò  
 est, lucrum ex morâ debitoris sine  
 con-

conventiones, *justius* putare lucro conventionali, cui mora debitoris est conjuncta. Vides igitur interesse lucrari cessantis & usuram lucratoriam, si rem ad principia juris naturæ & gentium exigamus, haud discrepare, quamvis illud Canonistæ permittant, hanc verò ut fœnus illicitum improbent. Porro cum sæpè litigetur de ipsius interesse æstimatione per constitutionem Imperii de anno 1600. §. Et videtur diem hanc/ea determinata est, ut liceat accipere quinque de centum; idque sive ex lucro cessante sive ex damno emergente; quàm dispositionem tam in annuis redditibus quàm mutuo *novissimus Rec. Imp. de anno 1654. §. anreichend* repetit; atque sic interesse hodiè est ex lege præsumptum, ad eam usque quantitatem à tempore moræ; quamvis expressum ibidem non sit, idem deberi ex mutuo ob solam moram citra conventionem; Planè jure gentium non opinor requiri conventionem; sufficit enim eo jure, ut meâ interfit propter moram tuam in solutione pecuniæ mihi debitæ commissam quâ effecisti, ut vel aliquid, quod potuissim non acquisiverim, vel aliquid rerum mearum amiserim, sive damnum incurrerim; unde suadet æquitas, quæ in gentium obligationibus principaliter consideratur, ut hoc idem refarcias; quid verò jure civili vel *const. Imp. obtineat, vid. prax. meam judic. p. 1. c. 16. n. 31. & 32.* Quid de annuis redditibus? Liciti habentur & non usufarii etiam de jure canonico *c. 1. & 2. in extrav. comm. de empt. &*

*vend. cujus rei duplex est ratio, tum quia sunt irreluctivi à parte creditoris, dd. text. Reform. pol. d. 1. von rouchers* *liben Contracten §. und nach dem/* tum quia fortis naturam habent, non accessio, juxta *Gail. 2. observ. 7. n. 6.* Hinc ut usura propriè censetur illicita, ex Canonistarum opinione tria sunt necessaria. 1. accessio ad fortem, cujus defectu annuus census vel reditus non est usura. 2. lucrum merè conventionale quod sc. prætendatur ex conventionem sine facto vel morâ debitoris, cujus defectu tam punitoriæ usuræ, quàm compensatoriæ sive interesse non habentur pro usuris illicitis. *per gl. d. c. conquestus.* Verùm hâc in re jure naturæ vel gentium jam demonstravimus, etiam usuras lucratorias, non nisi solâ conventionem, nisi fortè ponamus talem casum, quo mutuidatario ex pacto non fit integrum solvere fortem, sed is cogatur, expectare certum tempus, quo liceat reddere pecuniam & se ab obligatione liberare; tunc enim fateor, cum debitori solvere parato, mora imputari nequeat, tale pactum esse fœnoratitium, 3. requiritur qualitas contractus, ut sc. subsit mutuum, cum in eo tantum propriè locum sibi vindicet prohibita usura *gl. ibid.* Hinc introductum ut à tempore conventionis in mutuo non fluant usuræ sicut in annuis censibus (*Gultverkaufsungen*) quod nec hodiè mutuum planè est *per Rec. Imp. de anno 1654. d. §. anreichend/* ut declaravi in 14. *diff. ad eund. sb. 84.* quanquam moribus regionum passim aliud obtineat; qui mores

mores quò minus obtineant, præter interpretum juris Canonici cõmentata supra adducta, nihil est quod obijci possit, sive naturæ vel gentium jus ex deductis, sive civile consideremus *11. ff. & C. de usur. l. si ita quis promiserit* **18** *in princ. ff. de verb. oblig.* Porro ad idem genus prohibitorum commerciorum ex legis divinæ vel honestatis naturalis repugnantia, referri etiam debet commercium meretricium. Sanè enim fœda illa & confusa libido non humana censi debet, sed bestialis; atque hinc etiam ut turpis in legibus notata ac prohibita est *l. idem §. 3. ff. de cond. ob turp. caus. l. mercalem C. eod. l. non aliter ff. de us. & hab. Nov. 14. c. un. §. 1. Ord. crim. Carol. art. 122. 123.* quin & in sacris literis interdita legitur *Gen. 38. n. 24. Levit. 21. v. 9. Ab. 15. v. 20. 1. ad Corinth. 6. v. 18.* Nec obstat exemplum Judæ in *d. cap. 38.* ubi concubitarum opinione sua meretricium pactus erat mercede capri alicujus; quia non approbatur, sed refertur tantum hæc conventio. Certè turpitudinem ipsius actus & conventionis in se non tollit præstatio ipsius rei promissæ, vel etiam oblatio ad solvendum; quasi hinc promissor, utri quidem sensisse videtur Juda, extra reatum vel culpam constituitur. Adhuc verò fœdior est à partè mulieris vulgaris corporis communicatio; unde ipsemet Juda *d. l. igne expiandum* censuit scortationis crimen in nuru Thamar. Neque porro refragatur *text. in l. ancillarum §. 1. ff. de pet. her.* ubi quæstus meretricius ex lupanaribus venit in petitionem hæreditatis; &

in multorum honestorum virorum prædiis dicuntur esse lupanaria; quia conniventia honesti alicujus viri ad actum turpem, non facit actum ipsum licitum ac honestum; imò de jure novellarum correctus est iste textus *per d. Nov. 14.* ut notat ibi glossa; Ex quibus jam facile respondere possumus ad consuetudines modernas, quæ alicubi terrarum lupanaria tolerant; neque enim commercium meretricium licitum faciunt, sed hoc depravato tempore metu majoris mali idem admittunt, tanquam minus malum, quamvis semper per se illicitum, *conf. Angel. in d. l. ancillarum post gl. ib. & Covaruv. de sponsal. p. 1. c. 4. n. 10.* qui sic ex *Can. duo mala dit. 12. & Aristot. 5. Ethic. c. 3.* nec non ex *Augustino l. 3. de ord. benè* declarat. Eiusdem quodammodo **21** furfuris censo esse commercium Eunuchorum, quod & ipsum rectæ rationi repugnat; quippe cum advertetur primariæ intentioni naturæ, quæ in singulis individuis collimans ad conservationem humani generis, sed hoc suo fine ex commercio hominum castratorum destituitur. Advertendum tamen, quòd tale commercium moralem conpneat turpitudinem, quatenus negotiator aliquis non tantum emit venditque Eunuchos, sed & facere solet. Hoc enim factum directè tendit contra naturam, negotiatio verò ipsa tantum in consequentiam, sive quatenus turpitudine facti ex eà re fovetur. Nam si non essent, qui pretio compararent Eunuchos & venderent, fortè etiam non forent qui facerent; hinc in Romanis



utraque legibus hoc esse factum; sub  
 pena capitis prohibetur, commercium  
 aurem interdictum, tantum  
 quoad Romanæ gentis homines, non  
 quoad quosdam barbararum nationum  
 extra Imperium factos 1. 1. l. 2. C. de  
 de senat. Defecundo ordine commen-  
 22 cii prohibiti loquitur *Sacc. de compens.*  
*S. l. g. 7. p. 8. l. 10. n. 2.* estque ejus  
 exemplum negotiatio armorum cum  
 hostibus; Jure enim gentium prohi-  
 betur quisque civis ab eo commercio  
 propter apertissimum damnum inde  
 redundans in Remp. cui obstricti sunt  
 singuli ad commoda promovenda &  
 damna avertenda. Atque hoc intuitu  
 Imperator Marcianus sub confiscati-  
 one bonorum & capitali poena pro-  
 hibuit, ne quis cujuscuque generis  
 arma ad barbaros transferret vel ex-  
 portaret in *l. memo. C. qua res export. non*  
*deb.* Eodemque jure etiam haberi de-  
 bent, frumentum & similia, unde bel-  
 la ducunt; juvari vel sublevari solent;  
 quod sc. maxime intelligendum iis  
 in locis, quibus bellum geritur, vel  
 res permutate ad exercitus hostiles  
 haud difficulter transferri possunt;  
 Hoc amplius interdicit jus communi  
 commercium vini, olei, vel id genus  
 liquaminum cum barbaris 1. 1. l. 1. s.  
 Verum id juris est mest positivi non  
 gentium; & vix hodie usu servatur  
 4. l. 1. dispositio, nisi barbari actu ho-  
 23 aes fiat; videmus enim alias promi-  
 ssa commercia. Sanè quod ad Chri-  
 stianas gentes attinet, non debent in-  
 vicem barbære haberi, ac certissimum  
 est commercium vini vel liquorum liqua-  
 minum permissa esse, nisi specialiter

sine prohibita; cuius generis prohibi-  
 tiva edicta tempore belli in Batavis  
 promulgata fuere quoad vina Gallo-  
 rum. Extra eos vero casus, ubi com-  
 24 mercia redundant in Reip. detrimen-  
 tum, vel publicis edictis vetantur, es-  
 iam inter hostes prohibita non sunt  
 jure gentium, sed possunt cives hostiles  
 invicem contrahere, & ex contractu  
 obligari, salvo jure Reipublicæ vel  
 civium reliquorum, quibus ex bello  
 jus questum est capiendi res hosti-  
 um. Ponamus igitur merces ex con-  
 tractu ab hoste traditas, & navi im-  
 25 positas, licebit certè eâ traditione non  
 obstante piratis (Sectapers) auferre;  
 quia hostis ille ad nihil aliud hosti  
 tenebatur, nisi ad implementum con-  
 tractus, cui tradendo satisfacit; at-  
 que ita hostem accipientem fecit ve-  
 rium traditarum dominum, per con-  
 sequens cum res hostium generaliter  
 capi possint jure gentium, hæc tales  
 etiam ejusdem erunt conditiones si-  
 milique subiacebunt periculo, unde  
 fit, ut commercia cum hoste etiam in  
 rebus non prohibitis tempore belli  
 difficulter procedant. Quo quidem  
 26 intuitu durante bello ob commune  
 interesse interdum belligerantes so-  
 lent circa commercia convenire, hæc  
 quid hinc inde hostile fiat; ut post-  
 terito bello ea res tractata fuit inter  
 Suecos & Batavos; & tunc commer-  
 cia libera erunt, nec licebit, hujus aux  
 illius partis civibus vel subditis hæc  
 tales res, quas ex commerciis advo-  
 hantur, capere; tam insignis est esse  
 etus factorum circa commercia, que  
 in eam sine nominatum fuit con-

27 venta; quod quidem non sine ratione requirendum est; tamen enim inter aliquos gentes pacta quaedam commerciorum obtinerent, minime tamen extendenda forent ad casum belli; quasi sc. personæ contrahentes, vel res commercio traditæ, gauderent tunc etiam publicâ securitate, nisi fortè hoc ipsum sic appareret specialiter conventum. Sicut enim per bellum justum intelligitur recessum esse à pacis & foederum conventionibus; sic & à pactis publicæ securitatis circa commercia; adeoque illis non impediendis licitum erit res utrinque capere. Planè quod Pontifex A-  
 28 lex. III. constituit in *c. innovamus extra de trans. & pac.* ut inter alios mercatores securi sint, non est juris gentium, sed positivi Pontificii, quod ne Principes quidem Christiani tempore belli hodiè observant, ceu constat. Pu-  
 29 tem verò si inter Reges vel Resp. beligerantes hujusmodi pactum initum sit tempore belli, vigore cujus mercatoribus promittatur mutua securitas, id suffecturum ad hunc effectum, ut nares & res mercatorum in navigiis & itineribus negociationum insanas fiat à captivâ vel piraticâ hostili, quamvis expressis verbis de tempore belli durantis (quod tamen melius est exprimere:) dictum nihil fuerit, quoniam circumstantia temporis quo pactum est conventum, satis arguit, eam fuisse partium voluntatem, ut quàm maxime durante bello ad conservandum utrinque publicum interesse commerciorum, mercatores cum rebus suis inter negociandum

tutissimè; præcipuisque pactum sit-  
 tum ex quo conventum est, si aliud non sit expressum, debet obligare; & ab illo vinculo obligationis bellum subsequens non jam nunc præsens foret relaxare conjecturâ tacite voluntatis, quod partes ad tale pactum temporis, quo armis invicem possent decertare, paciscendo de commerciis non respexerint, nec ad eum casum pertinere voluerint, suas in pace & otio factas mercantiae, ut vocant, conventiones; quæ omnia cessant in pactis commerciorum tempore belli conventis. Tertii generis com-  
 30 mercia, quæ ex positivâ ratione in hac vel illâ Rep. prohibentur, similiter impedita sunt; Cujus exempla habentur de jure civili in ædificiis ad diruendum comparatis *l. Senatus 52. ff. de contr. empt.* item in purpurâ, serico, publicis frumentis *l. i. cum seq. C. qua res ven.* Et notandum in primis ex *l. comparandi ead.* quod commercium serici det *Seidenhandel.* ademptum sit privatiss; soli enim comiti commerciorum ibi facultas reservatur comparandi serici à barbaris. Unde non ita  
 31 tum illa privilegia, quibus proceribus quibusdam vel civitatibus certa mercium genera exclusis cæteris tribuuntur, in speciem monopolii prohibiti incidunt *Scacc. d. lim. 10. n. 15.* (qui *seq. n. 16.* idem rectè tradit de privilegiis concessis à Principe librorum impressoribus) sed compensanda quodammodo est hisce casibus publica utilitas; quæ cum variâ sententia nera, vicissim hoc vel illo commodo debet relevari. *arg. l. fin. vers. quis enim*  
 C. de

*C. de quadr. praeser. & l. secundum naturam ff. de reg. jur. cujus rei jure Romano clarum habemus argumentum ex. l. si quis C. de vestig. & comm. ubi sales auferri debent & addici mancipibus, si quis sine eorum personam emere vel vendere sales praesumpserit. Et hoc est quod supra dixi; posse, sc. Principem non quidem plane tollere privatis, sed tamen certo modo restringere libertatem juris gentium circa*

32 commercia competentem. Isthac verò restrictio potest esse varia vel quoad personas, veluti clericorum, nobilitatis, sive militantium & officialium publicorum, de qua re per dd. ss. extr. ne dor. vel non. neg. sec. & l. an. C. neg. ne mit. vel quoad res sive merces, ut est exemplum in l. fin. C. de vest. holos. & aut. d. l. Senatus. vel quoad speciem contractus k. curialis l. milites l. licet C. loc. cond. vel quoad locum ut in l. mercatores C. de commerc. & quae id genus aliae sunt circumstantiae similes. Colligamus igitur ex haecenus dictis; quae commercia nec divinis legibus vel honestati, nec publicae utilitati nec principum aut potestatum constitutionibus vel edictis repugnant, permissa esse; Ut ut verò permissa sint commercia, tamen pro mercibus solvi debent onera

33 vestigialium, teloniorum, accisiarum & similium praestationum, quae per viam indirectam saepenumero negotiationes mercantiles valde impediunt. Hinc Reip. expedit, ne passim nova vestigalia vel telonia, similitumve jurium privilegia concedantur, multò minus propria auctoritate usurpentur, atque cum talia tempore

tricennalis belli Germanici antehac saepiusculè usurpata fuissent in terris imperii, per Instrum. pac. Cas. Suec. art. 9. S. & quia publice pro reducenda commerciorum efflorescentia sublata iterum sunt; eoque nomine in Camera Imperii decernuntur mandata S. claa. de tollendo nova vestigalia; non tantum si prorsus nova sint, sed etiam si excessu dicantur talia. Porro ad commerciorum onera pertinent 34 jura stapularum, quae in modum privilegii quibusdam locis conceduntur, eum in finem, ut mercatores traesentes ibidem merces suas v. cum exponant. Huc referri etiam possunt praestationes salvi conductus, item gabellae, quas vocant stationum geleidt vnd Standtgelt / quibus & similibus aliis negotiationum usus juris gentium liber restringitur, & hoc de jure; De facto id contingit per varia monopoliorum illicitorum genera, 35 quae tanquam commerciis adversa, non tantum jure positivo prohibita censerentur l. an. C. de Monop. Refor. pos. de anno 1548. & 1577. tit. von Monopoliem / sed etiam jure gentium, quod non patitur, ut cum damno communitatis ab uno vel paucis solis haec vel illa commercia exercentur. Plane etsi ipsae negotiationes mercantiles juri gentium debeant origi- 36 nem, solennes tamen nundinae à civili potestate conceduntur, nec privatis permittitur est hujusmodi celebrare nundinas absque indultu principali, regio, vel publico, l. i. ff. de nund. Caeterum commercia aut 37 per terras exercentur, aut per mare

vel aquas: hinc alia, terrestria vocari solent alia maritima, quod & suo modo commercia in fluminibus pertinent. Neque hodiè ignobiles soli, (quod ex juris civilis dispositione quondam obtinuit) sed nobiles etiam ac civitates, imò illustres, & vel Principes quoque ac Reges, propter insignem in Rep. usum commercia aut ipsi agitant, aut eorum habent curam impensius. Quo intuitu olim publica illa & notissima Hanseaticarum civitatum fœdera coaluere; & in Batavis hodiernum florent præcelebres societates propter commercia Indiarum maritima conventæ, vulgò die Ost-und West-Indiamischen Compagnien. Illud dubio caret, negotia mercatorum ex bono & æquo interpretanda atque dijudicanda esse, *Barr. in l. si fidejussor. §. quodam ff. de fidejuss. Rosa Gemens. decis. 95. n. 5. & decis. 195. n. 12.* hinc causæ mercantiles censentur summarissimæ, in quibus acceleranda est sententia & executio; eaque propter in terris Imperii appellare tunc non licet ob periculum moræ; certè non ad effectum suspensivum executionis *t. fin. ff. de appell. recip. Rec. Imp. de anno 1654. §. Obi auch bey Handelsstätten.* Queritur autem secundum cujus loci leges negotia & causæ mercatorum dijudicari debeant? Et est verius secundum leges loci contractus tunc judicandum, ex præsumptâ mente contrahentium; quæ præsumptio non tamèra juri civili est consona *t. si fundus 6. ff. de evict. l. 1. pr. ff. de usur.* Sed etiam juri genti-

um; quoniam partes utique sic intelliguntur contrahere voluisse, prout jure gentium par est & æquum; sed par est eo jure & æquum, ut singulorum etiam forensium actiones in dubio regulam accipiant ac normam à legibus loci in quo consistunt; ergò & dum ibi contrahunt; & quemadmodum partes, si aliud non expresserint, censentur respexisse tempus præsens contractus, ita pariter etiam locum & leges loci *D. comm. in l. cunctos populos C. de summo. Trin. Hæc* ita nisi contractui adjectus sit alius locus solutionis, quia tunc magis attenditur tanquam ad quem colligatur finis & implementum negotii, *l. non ubi. 3. ff. de oblig. & act. Rom. Gen. decis. 105. n. 3.* Quid verò si casus emergens ex legibus loci contractus decidi non possit? Tunc videtur utique recurrendum ad jus gentium, vel alioquin receptas mercatorum consuetudines, quæ in causis mercantilibus plurimum solent attendi, *Rot. Rom. apud Merlin. decis. 338. n. 2. Strach. tract. de navig. n. 24.* Hisce consuetudinibus etiam adscribendum censeo, quod mercatores speciales suos habeant iudices, quos consules dicunt. Nam quod doctores vulgò *ex l. fin. C. de jurisd. specialem* hancce in causis mercantilibus jurisdictionem probari putant, à sensu hujus textus est alienissimum; crediderim potius ex antiquissima lege Solonis, sustineri mercatorum pacta, quibus sibi consules constituunt, *pat. t. fin. ff. de collig. vide de consul. hinc mercatorum Strach. de mercat. rubr. de jud. sen*

- confil. meritat. & quom. in caus. cor. sit pra-*  
*epi. p. 500. cum multis. seq.* Queritur ul-  
 43 tarius, an & quatenus Reges vel sa-  
 pientiae potestates civiles commercio-  
 rum proventus sibi vel fisco applicare  
 possint? Respondeo id permissum es-  
 seatenus, & ex iisdem causis, qua-  
 tenus & ex quibus permittitur jure  
 domini supereminens, privatorum  
 res ad usum publicum convertere.  
 Unde si salus regni subversetur vel  
 Reip. si periculum imminet ab ho-  
 ste, nec alendo militi pecunia suppet-  
 tat aliunde parata, poterunt Reges  
 vel potestates devenire ad insignium  
 imperii sui societatum mercantili-  
 um quaestus, & ex illis tantum desumere,  
 quantum saluti vel necessitati publicae  
 sufficere possit, ubi tamen postmo-  
 dum ex aequitate in compensationem  
 damni mercatoribus sive sociis istis  
 quicquam retribuendum est; Et cen-  
 seo quidem id hæc in re licitum etiam  
 44 in vicis mercatoribus; quâ ratione sub-  
 levandæ necessitatis publicæ privati  
 quodammodo desinunt esse rerum  
 suarum moderatores & arbitri; ac do-  
 minium illud regionum, vel superemi-  
 nens casu tali prævalet; Ex quibus  
 apparet non facere injustè Hispaniæ  
 Regem, si ex causâ necessitatis belli-  
 cæ argentum mercantilis clas-  
 sis ex Indiis advectum potiori ex parte reti-  
 neat; idemque in cæteris, nisi fortè  
 speciale aliquod pactum obster, vel  
 lex imperanti hujus rei nominatim  
 intercludat potestatem. Quid de fa-  
 45 cultate prohibendi commercia, quos-  
 nam sc. habeat limites? videtur tota  
 hæres in æquo potestatum civilium  
 arbitrio consistere; utpote quarum  
 est perpendere, quousque publicè ex-  
 pediat permittere aut restringere ne-  
 gotiationes. Facile apparet univer-  
 sum commerciorum usum non esse  
 interdicens, ne ratio commodi-  
 nis conservandæ societatis humanæ  
 & Rerump. hinc evertatur; restringi  
 tamen congruè posse, sive quoad per-  
 sonas sive quoad quædam mercium  
 genera, dubium non est; & exem-  
 plis paulò antè allatis constat. Sic Im-  
 perator de consensu statuum justis de  
 causis prohibere potest exterorum ut  
 vocant manufacturas, quatenus ad  
 civilem & subditorum Imperii pu-  
 blicum detrimentum redundare vi-  
 dentur. Hoc amplius non dubito pos-  
 46 se commercia respectu universæ alicu-  
 jus nationis, v. g. ne quis civis Impe-  
 rii cum hac vel illâ gente commercia  
 exerceat, interdici; si videlicet ani-  
 madvertatur, plus damni quàm com-  
 modi exinde in Remp. investum iri;  
 quod & in hostibus victis admittitur.  
 Certè opes Asiaticas quamvis bello  
 partas tutius Romanis fuisset non ac-  
 quirere, quàm Remp. luxu Asiatico  
 corruptam magis magisque ad perni-  
 ciam inclinare; si id possunt devicti  
 regni vitia, quid integri & florentis ex  
 commercio vires non præstabant? Eò  
 magis igitur justis de causis nocitura  
 47 universæ genti commercia publicè  
 poterunt prohiberi de copiosissimâ  
 istâ commerciorum materiâ, succin-  
 ctè & paucis hætenus dictum sit, fu-  
 sis eandem explicavere Scaccia, Mar-  
 quardus & alii. Conventiones genti-  
 um restant, quæ alterum constituunt  
 capitibus

- capitis nostri partem, quas differe à  
 48 commerciiis ut causam ab effectu fa-  
 cile ostenditur. Etenim mutua com-  
 municatio rerum, quæ supra commer-  
 cium descripsi, ut fundamentum præ-  
 supponit partium contrahentium vo-  
 luntatem, cujus expressio sub vincu-  
 lo dandi faciendive, consensus ille  
 est in idem placitum, quo Jctus in *l.*  
*1. §. 2. de pact.* pactionis vocabulum  
 conventioni Synonymum in genere  
 descripsit; & exinde nomen placiti  
 satis etiam elucescit, non qualecun-  
 que videlicet; sed negotii gerendi  
 placitum intelligi; quæ re à consen-  
 su opinionum theoretico, conventio  
 in genere accepta rectè secernitur;  
 49 Latissimam verò esse conventionis  
 naturam Ulpianus declarat in *l. con-*  
*ventionum ff. eod.* dum & publicas &  
 privatas & legitimas, & juris genti-  
 um esse tradit: & rursus in *l. juris gen-*  
*tium pr. & §. 1. eod.* conventiones juris  
 gentium subdividit in eas, quæ actio-  
 nem pariunt, vel in proprium nomen  
 contractus transeunt, & eas quæ ex-  
 ceptiones tantum producant, nec  
 speciali contractus nomine gau-  
 dent. Quæ de causâ si de conven-  
 tionibus juris gentium ex totâ la-  
 titudine dicere animus esset, de  
 contractibus cunctis ex jure gentium  
 descendantibus (quod quidem alii in  
 tractatibus juris gentium prolixius  
 50 fecerunt) agendum foret: Mihi hac  
 vice sufficiat proposuisse genera; om-  
 nes igitur homines dum commer-  
 cio invicem utuntur, vel ad dandum  
 vel ad faciendum sese obstringunt,  
*l. stipulationes non dividuntur ff. de verb.*
- obl.* promissiones dandi & hinc de-  
 scendentes obligationes respiciunt,  
 ut causam finalem commutationem  
 dominiorum v.g. in mutuo, emptio-  
 nibus, venditionibus, rerum permu-  
 tationibus, &c. Faciendi verò pro-  
 missiones ad usum pertinent vel re-  
 rum vel operarum; eumque vel gra-  
 tuitum ut in mandato, deposito, com-  
 modato & similibus; vel mercena-  
 rium ut in locationibus, conductio-  
 nibus, & contractu inominato facio  
 ut facias. Rursus quædam promissio-  
 num obligationumque species sunt  
 beneficiales, quæ ex regulis amicitie  
 derivantur, quoties aut usum rerum  
 aut operas nostras gratis deserimus,  
 ut in allegatis mandati, depositi, &  
 commodati exemplis. Nam manda-  
 tarius & depositarius operas suas,  
 comodans verò rei usum gratis con-  
 cedit, quod & referri debet precarium,  
 & ad gratuitam operam ex quasi  
 contractibus negotiorum gestio. Quæ-  
 dam onerosæ, cum est reciproca pro-  
 missio vel præstatio, ut in societate,  
 pignore & similibus; cui congruum  
 quoddam nonnulli contractus *μειρίλη* 52  
*ροι*, quidam *δυσμετρητοι* vocentur. Ast  
 verò quia pleraque ad contractus istos  
 pertinentia ex ipsis legum fontibus  
 desumi solent; uberiorem contra-  
 ctum juris gentium & pactionum  
 privatarum pertractionem alii loco  
 reservabo; & hic inprimis de illis  
 conventionibus, quarum insignior  
 est inter ipsos Reges & Respublicas  
 usus, in sequentibus per species disse-  
 ram. Itaque sciendum conventiones,  
 quibus homines ex gentium jure  
 inter

inter se utuntur, duplicis generis esse; vel enim conveniunt, quæ gentes sive communitates, ut in fœdere, pace, induciis, jure neutralitatis & similibus; vel quæ privati & singuli. Prioris generis conventiones, quoniam ab illis fiunt, qui publicam habent auctoritatem, veluti regiam, aut potestatem civilem, hinc publicæ; posterioris verò, (quas jam per genera breviter declaravimus) quoniam à privatis sive ab ejusdem gentis, sive diversarum nationum hominibus inveniuntur, privatæ vocantur; id quod & suo modo ostendit *textus d. l. conventionum*. Circa istas verò conventiones notandum, quòd ex veriori sententiâ nec jure gentium sufficiant, ad transferenda rerum dominia, sed requiratur ad hunc effectum traditio; quia voluntas domini aliàs est imperfecta, si in meris terminis conventionis subsistat; utique tunc si dominus habet copiam inducendi eum, cum quo contraxit, in vacuum possessione, juxta *text. in l. si pater C. de act. empt.* Quæ de causâ jure Romano est expeditum regulariter non transferri dominium citra traditionem solâ conventionem *l. traditionibus C. de pact.*

53

54

55

Neque aliud ex ratione relatâ obinet de jure gentium, prout suprâ in consideratione modorum acquirendi ex jure gentium deduxi pluribus, ubi simul ad argumenta Grotii dissentientis est responsum. Planè hanc sententiam, quæ ultra conventionem traditionem requirit in translatione Dominiorum, commerciis gentium longè utiliore, imò serè necessa-

riam esse, non est difficile ostensu. Nam si solus consensus conventionalis sufficere dicatur jure gentium, hoc jus innumeras fovet lites; dum nemo certus esse posset de Dominio rei sibi traditæ, sed semper timere cogetur, ne tradens illam jam antea alteri promiserit, qui juxta hypothesein Grotianam ex conventionem vel contractu priore dominus factus, rem eandem sit vindicaturus. Item celebriora quædam emporia, ut Lubecensis civitas, aded ex re commerciorum esse crediderunt, quantum fieri queat, accipientes ex traditione securos esse de dominio, ut etiam si tradens non fuerit dominus, sed fortè commodatarius aut depositarius, nihilo secius habeat deponens vel commodator, quod sibi imputet, dum depositario aut commodatario eandem commisit; eoque intuitu non possit regulis dominiî uti contra tertium possessorem, cui res bonâ fide tradita est. Non disputo nunc an ejusmodi consuetudo vel statutum justum sit nec ne, sed dico tantùm abesse, ut jus gentium quod commercia introduxit, opinionem de dominiî translatione per simplicem conventionem admittat, ut potiùs contrarium ex usu deprehensum sit; commercia sc. tantò magis promoveri, quantò magis bonâ fide rem comparantes de dominio ex traditione tuti reddantur, ut negotiationis gratiâ melius visum sit suo modo, potiùs extendere regulam acquirendi ex traditione dominiî, etiam ad bonâ fide accipientes à non domino, quàm restringere

gere ad interitos & dubios casus, quibus tradens antea eandem rem alteri non promiserit per contractum. De cætero considerabimus, an & quatenus jus gentium in privatis conventionibus & contractibus obtineat; sine dubio enim contrahentes, etsi sint ex diversis regnis vel gentibus, censentur se subicere legibus loci ubi contrahunt, *arg. d. l. mercatores C. de commerc.* & sic contractus privatorum non erunt ex jure gentium, sed legibus positivis regni, ubi quodque negotium gestum est, dijudicandi, *arg. eorum qua tradunt Dd. ad d. l. si fundus, ff. de evit.* ut videatur primâ fronte superflua tractatio hæc. Attamen superflua omninò non est, quia si leges regni illius deficiunt, in casibus omnissis, ut dixi paulò antè, est recurrendum ad jus gentium. Breviter ergò sic puto distingui posse: vel contrahunt aliqui in partibus orbis, ubi certæ vigent leges positivæ, vel non; priore casu illæ leges sunt observandæ, tametsi à jure gentium aliquantulò discreparent. Aliud tamen obtinet in contractibus Regum, Principum, & potestatum supremarum, in quibus illa conjectura cessat, nam licet Rex in alieno Imperio non gaudeat suæ potestatis exercitio, nisi fortè in homines suos, non est tamen verosimile, velle Regem alterius regni, in quo contractum inter Reges celebrari ponimus, locum habere leges positas contractibus naturâ suâ privatis; quippe quæ leges tantummodò regulam præscribunt subditis regni vel aliis privatis personis, non

fastigio regali. Quamquam enim Rex ipse legislator meritò observet leges à se positas, saltem de honestate & propter exemplum, quò collimat *l. digna vox. C. de ll.* cessat tamen hæc ratio in Rege extero, qui leges alieni Imperii non tulit; & consequenter contractus ejusdem intra alienum regnum celebrati adhuc æstimandi sunt jure gentium. Idem de Principibus Imperii dici potest, quantum ad jura statutaria, & idèd si alicubi introductum est per statutum, ut fidejussiones v. g. non valeant, nisi insinuatæ apud Prætorem vel Senatam, Princeps alius in illo territorio fidejubens vel cavens legibus hujusmodi statutariis non subest, & sic Principis fidejussio valet sine insinuatione; diversa utique si privatus Principi extero fidejubeat in hoc territorio; quia quod dixi de Principe & Rege est personalissimum quid, nec egreditur personas præsumptâ sc. legislatoris voluntate, qui non personas fastigio similes, sed Imperio subditas positivis legibus obligare voluisse censendus est. Aliud porrò obtinet, in casu principali priore, si qua natio habeat fortè consulem mercantiæ in alieno Imperio, cui liceat suæ nationis hominibus jus dicere; tunc enim à pari, si hi ibidem contrahant, censeri debent non utique respexisse leges illius regni, sed suas proprias, vel his deficientibus jus gentium. Natio enim privilegiata, cum suum peculiarem in alieno Imperio habeat judicem, etiam privilegiata videri debet, ut apud illum judicem suis vivat ac judi-



- 62 *judicetur legibus.* Posteriore casu principali, recurrere debemus ad jus gentium; ideoque si, v. g. mercator Batavus contrahat cum Hispano in partibus orbis inhabitatis, nisi vel vacuâ Insulâ, nec Hispanorum legibus nec Batavorum contractus aestimari debet, sed jure gentium. Unde si fortè placuit contrahere in scriptis, licet solennitates *l. contractus C. de fid. instr.* apud alterutros observentur, non tamen tunc erunt necessariae, sed contractus etiam non in mundum redactus, relectus vel subscriptus jure gentium valebit; & si
- 63 vel in Hispaniâ vel apud Batavos ex eo agatur, jure gentium judicari debet. Aliud tamen hoc etiam principali secundo casu dicendum, si duo Batavi, vel duo Hispani in partibus infidelium eo loco contraherent, ubi suæ nationis, ut modò dixi, haberent consulem. De eo casu dubito, si Hispanus v. g. cum Batavo contrahat
- 64 in Indiis, ita ut in regnò Hispaniæ solutio sit præstanda ex contractu, an non tunc Hispanicâ lege sit æstimandus contractus? Sic dicendum videtur ex doctrinâ *Pauli de Castro in l. 2. princ. ff. de eo quod cert. loc. post gl. ibid.* sed contraria est sententia *Bartoli & Jasonis in d. l. junctos populos.* qui volunt locum gesti contractus esse attendendum, ejusque leges sequendas, non leges loci implendi vel exequendi contractus. Mihi videtur in hac
- 65 quæstione considerandum, num contrahentes locum solutionis in contractu expresserint, per modum necessarij capituli ad substantiam obligationis pertinentis, quo casu veram arbitror esse Castrensis sententiam *arg. l. aut ubi ff. de verb. auctor. jud. post. & l. contraxisse. ff. de oblig. & act.* an verò accidentaliter fortè & per speciem pacti superadditi, & tunc censo *Bartoli, Jasonis & aliorum* assertio non prævalere debere; Ratio diversitatis posita in eo est, quòd enixior sit & clarior voluntas contrahentium, qui nisi certo loco solutio fieret vel contractus impleretur, contracturi non fuissent, quàm si ex occidenti forsan mentio fiat de loco solutionis, ubi non est verosimile contrahentes voluisse, ut ex legibus illius loci negotium gestum dijudicaretur. Quamquam in Hispaniâ *Bartoli* sententia in dubio prævaleret: Quippe qui in contrarietate doctorum lege publicâ potior habetur, ut testatur *Cacciatopus de mod. stud. & ex eo Besold. in dissert. de lib. jur. civ.* In cæteris specialioribus quæstionibus mutui, commodati, pignoris, depositi, emptionis, venditionis, locationis, conductionis, mandati, societatis, permutationis, aliorumq; id genus contractuum, ex ratione suprâ allatâ, plura hæc non adjicio; cui volupe est videre hæc in re poterit, *Mozz. & Wading. de contr. item Du. Passendorff. tract. jur. nat. & gena. lib. 5. c. 2. cum seqq.* hæc de nostro capite.

DE LEGATIS AC PLENIPO-  
TIARIIS

## SUMMARIUM.

*Nam. 1. Legati descriptio nominalis. 2. & 3. Legatorum sanctissima unde originem trahat? 4. Legati Character quandoq; dubius. 5. Legationis vera quatuor sunt requisita. 6. Legationis jus habent & suprema potestates & his analogae. 7. specialiter Principes Imperii. 8. quod & juri gentium est conforme. 9. & 10. legandi jus habent Reges & Principes, quamvis alii feudi vinculo obstricti. 11. Legationis jus ex sua personâ non habent Vice-Reges & Praesides. 12. Rex vel Princeps victus, & Regni aut Principatus possessione exutus num habeat jus legationis? 13. & 14. legationis jus exposcit commissionem publici negotii tractandi peragendive. 15. & 16. Legati an & quatenus mittantur ad aequales? 17. legatis principum vindicantur tituli ambassadorum, & juris gentium securitas. 18. Legationis jus non habent Principes merâ dignitate tales, non vi Imperii. 19. Legati in quem finem & effectum mittantur ad belli duces diversa gentis. 20. Legatorum securitas ab admissione expressâ vel tacitâ dependet. 21. item 28. & 29. legati nam indistinctè omnes jure gentium admittendi? 22. quaestiones de vinculo admittendi & de complemento characteris legatorum distincta sunt. 23. & 24. missus ante admissionem publicans alterius partis est mundatarius mittentis, non verus legatus. 25. consensus tacitus sufficit ad legationis admissionem, & unde collegatur? 26. ampliatio ejus rei. 27. Princeps vel Rex ad quem legatio destinatur, ante de eadem certior fieri debet. 30. legati definitio realis. 31. legatorum distinctio ex jure gentium. 32. legatorum Curia Romana distinctio. 33. legati gaudent salvo conductu & publicâ securitate. 34. & 35. Legati quondam sagminibus vel cerycis, hodiè literis salvi conductus pro tutela publicâ utuntur. 36. Legatorum securitas ad comites legationis*

gationis & bona pertinet. 37. legatorum privilegia securitatis non habent locum respectu tertii. 38. & 39. in criminibus vis publica & lesa majestatis à legato commissis cessat sanctimonia. 40. modo reatus sit notorius vel evidenter probari possit. 41. Legatos non licet violare propter simile factum alterius generis. 42. Legati pro tempore legationis gaudent privilegio fori & revocandi domum. 43. usque 49. inclus. an & quatenus hoc privilegium habeant in delictis. 50. usque 55. an & quatenus in contractibus. 56. an & quatenus in successioneibus ex testamento vel ab intestato. 57. & 58. legati sub distinctione rerum mobilium & immobilium utuntur privilegio fori. 59. legati quatenus hoc privilegium habeant in nominibus, & juribus realibus. 60. an in actibus voluntaria jurisdictionis leges loci legationis vel domicilii observent. 61. legati habens privilegium in exercitio sua religionis. 62. legato competit jurisdictio in homines legationis & jus asyli adibus ipsius. 63. legatorum virtutes referuntur. 64. legati officium principaliter consistit in duobus. 65. Legatus habens duo mandata aliud expressum aliud tacitum, num obliget mittentem ex mandato expresso contra tacitum. 66. & 67. plenipotentarii quatenus possint obligare Reges & Principes suos, & num in auctoritate ipsorum desideretur ratificatio.

**P**ostquam in genere diximus de actionibus quæ publicis quæ privatis; & harum quidam specialiore tractationem convenientiori loco reservavimus; illarum verò, quæ in sequentibus figillatim pertractandæ erunt, ea est conditio, ut per intermedias legatorum personas contrahi ac perfici soleant, visum fuit caput hoc de legatis ac plenipotentariis præmittere. Legatio igitur nomen à legando dictum, etsi varîè accipitur, uti videre est ex his, quæ posuit *Dominus Felbing. amicus meus honorandus in dissert. de leg. th. 3.* Pro præsentî consideratione significat personam ad tractanda vel peragenda publica ne-

gotia à Rege, Principe vel Republicâ missam; unde vocari nostro idiomate solet enim Gesandter. Sanè ipsa quodammodò necessitas effecit, ut pax, fœdera, induciæ & similia negotia, per mandatarios expedirentur, cum ipsæ potestates, Reges vel gentes non tam congruè convenire aut colloqui possint, ubi notat *Dn. Felden. ad Grot. lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 18. §. 4.* quamquam non negaverim etiam publicam utilitatem pro concessâ a legari posse introducti juris gentium de legationibus, vid. *Dn. Ziegler. ad d. cap. Grotii §. 3. verb. legationes assidua.* neque enim publica utilitas & necessitas contraria sunt, imò illa in hac includitur, quod

etenim publicè est necessarium, etiam publicè expedit, ut fiat, etsi quandoque aliquid publicè utile videatur, cujus nomine legatio mittatur, sine publicà necessitate absolutà; ut in legationibus susceptis ad commercia, amicitiam conservandam sive etiam ad congratulandum vel condolendum, prout læta vel tristia inciderint; superest tamen etiam tunc necessitas saltem quoad modum congruæ tractationis; quia non potest, vel saltem non congruè potest inter ipsos reges vel potestates publicas utile illud negotium personaliter tractari, longè convenientius verò per intermedias legatorum personas; <sup>3</sup> Atque ex his publicæ necessitatis & utilitatis, principiis legatorum publica illa securitas & sanctimonia consensu gentium originem traxit; de quâ pulchrè Pomponius, in l. fin. ff. de leg. Si quis, inquit, legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur legati, & ideo, si, cum legati apud nos essent gentis alicujus, bellum cum eis indictum sit, responsum est liberos eos manere, id enim juri gentium conveniens esse; hæc Pomponius; Verùm quia quandoque dubium est, an hic vel ille reapse gaudeat titulo & caractere legati, non abs re erit in veri legati, qui publico illo ex jure gentium præsidio munitus sit, penitus inquirere definitionem & requisita. Ac ut vetera committamus, recentissimum fuit controversiæ de caractere legati exemplum in Principe VVilhelmo Furstenbergico, cujus capturam Galli pro violatione juris gentium, Cæsareani pro

relicità habuere, tum ob deficientem veri legati qualitatem, tum ob ejus subjectionem respectu Cæsareæ Majestatis; quas quidem rationes hinc inde emissa scripta luculentius ostenderunt. Si rem ipsam considero, quatuor necessaria arbitror ad verum <sup>5</sup> jus legationis, (1) potestatem mittentis, (2) commissionem peragendi publici negotii, (3) potestatem ejus ad quem mittitur, (4) consensum ejus sive admissionem legati; de singulis aliquantò dicemus specialius; Primum requisitum quod attinet, *Grot. d. c. 8. §. 2.* & alii eum secuti, non nisi supremum intelligunt potestatem, adeoque hac sententiâ stante jus legationis competere non posset Principi superiorem recognoscenti; consequenter missus à tali Principe non gauderet publicà securitate, certè non ex jure gentium, sed opus foret ad eam rem aut speciali lege aut pacto; quod ipse etiam *Grotius d. l.* scribit, de legatis provincialibus aut municipalibus; eos videlicet non jure gentium sed civili regi; verùm enim verò <sup>6</sup> opinionem istam, quæ non nisi supremas potestates ad jus legationis admittit, falsam hodiè censeo, nisi etiam analogicas potestates complectamur, ut quæ imaginem, summæ potestatis cujus vices jure suo agunt, representant; quas propterea oportet juris legationum capaces esse. Unde <sup>7</sup> sequitur Principes Imperii nostri gaudere jure legationis, eorundemque legatos non tantum ad Imperatorem, missos, sed etiam ad Reges vel Respublicas publicè uti securitate, Quia enim Prin-

Principes nostri possunt foedera & similia negotia cum Imperatore vel exteris contrahere *juxta art. 8. pacis. Osnaabr. S. gaudeant, quis negabit posse eosdem pro perficiendis hujusmodi negotiis sub vero caractere legatos mittere.* Nec dicat aliquis hoc ipsum tantum esse ex constituto, non jure gentium, quia. 1. immemorialis temporis observantia docet legatos principum nostrorum intra Imperium & extra in publicis foederum, pacis, & similibus conventibus, ut veros legatos admissos fuisse, hodieque admitti. Sicut hoc ipsum satis deduxit serenissima ducalis domus Brunovicensis & Luneburg. inter tractatus pacis Noviomagensis, testibus literis ad Regem Angliæ misis, *Ad. & memoir. des negociat. de la pais de Numaque tom. premi. p. 233. & seq. 2.* sufficit ad hoc ut quis jure gentium legatum mittere possit, si habeat ex jure constituto facultatem pangendi foederis, faciendi pacis, & similibus negotiorum publicorum; nam & reges, qui ex legibus regni sui supremam habent potestatem & sic ex jure constituto, pro expediendis hisce negotiis legatos mittere possunt jure gentium: etenim ut cujusque Imperii vel Reipublicæ jus constitutum, tribuit facultatem publicorum negotiorum, sic jus gentium ad ea perficienda legatis addit publicam securitatem; Atque sic in univ. Reges & Principes, qui regna & principatus suos feudi titulo aliunde recognoscunt, ad negotia publica regnorum ac principatuum peragenda legatos mittendi jus habent; Bene fateor ta-

men, si ad ipsum dominum feudi mittant, legatos reverentiam & ex causa etiam obedientiam præstare debere; uti superiori seculo cum Galliæ & Angliæ Regum cæterorumque foederatorum, qui apud Carolum quintum negotium pacis tractaverant, legati re infectâ & ruptis deliberationibus discessum pararent, uni Mediolanensium Ducis utpote vasalli legato mandatum Guicciardinus refert, ut in aulâ Imperatoris maneret. Sed hæc aliqualis restrictio non tollit jus mittendi legatos; nam & *Grotius d. S. 2.* eos concedit, qui impari foedere junguntur, cum sui juris esse non desinant, jus habere legationis. Concludo igitur, & supremas potestates, & potestates hisce analogas, quales sunt Reges atque Principes titulo feudi jura regni aut principatuum obtinentes, auctoritate pollere mittendi legatos sub eo, quod, diximus ex gentium jure securitatis præsidio. Cæteræ vero potestates utcumque magnæ, quæ mero jure magistratus censentur, ut Vice-Reges, præsides, &c. suo nomine non habent jus mittendi legatos, jure gentium æstimandos. Quod si forsitan quandoque id fiat nomine regis & ex ejus concessione, pro utilitate provinciarum quibus præsumt, tali casu legati, non ex auctoritate Vice-Regis aut præsidis mittentis, sed Regis ipsius characterem habent juris gentium. Quid de Rege vel Principe victo & regni possessione exuto? Ait *Grotius d. l.* cum cum aliis regni bonis & jus legandi perdidisset; *Dr. Ziegler. ibid. in verb. jus legandi perdidit.* con-

contrà disputat, quod Rex hujusmodi possit adhuc majorem populi partem, vel aliquam saltem penes se habere, cum spe recuperandi regni; sed Grotius loqui videtur de rege planè devicto, & cui nulla prorsus superest spes restitutionis ex armis, qualis olim fuerat Perseus Macedoniae Rex, cum caduceatores mitteret ad Paulum Æmilium consulem; aliàs si loquimur de Rege vel Principe, qui licet possessione regni aut Principatus expulsus, armis adhuc nititur vel propriis vel socialibus, veram censeo Dn. Zigleri sententiam. Sic Maximilianus & Franciscus Sfortiani Duces in principatum Mediolanensem ex fœdere restituti sunt contra Gallos; qui cum potuerint in statu exilii fœdus contrahere, quidni & legatos mittere, ut suprâ argumentati sumus? præsertim cum Rex ejusmodi vel Princeps se possit ad certas condiciones obstringere, vel ducendæ militiæ vel pecuniæ ad bellum præstandæ, sive satisfaciendi, quæ utique poterit pacisci ac spondere per legatos. Porro ad personam & jus legati obfirmandum desiderata fuit commissio publici negotii peragendi, quâ ipsâ notâ discernitur legatus ab aliis tantâ prærogativa non subnixis. Ideoque etiam internoscunt ambasiatores quos vocant & simplices nuncios à Rege vel potestate missos, quorum ratione muneris concrediti minor solet esse auctoritas vel amplitudo; & quemadmodum in privatis causis negotium aliquod vel simpliciter committitur vel cum clausulâ subliberâ, cujus

vigore pleniorē facultatem administrandi consequitur. *l. mandato. l. procurator totorum l. procurator cui. ff. de procur.* Sic se res habet in negotiis publicis; Quâ de causâ alii legati vocantur simpliciter tales, alii plenipotentiarum, quos & invicem in rubricâ distinximus, & infrâ considerare placeat. Sed cur publici negotii tractandi peragendive commissio requiritur, cum legationes, ut suprâ dictum, etiam mittantur ad congratulandum vel condolendum? Resp. hæc quoque negotia publica esse vel publicis connexa videri, quatenus nimirum Regi vel Reip. ad quem vel quam legatio mittitur, lætum quid aut triste acciderit. Talis fuit Hieronis Siciliae Regis ad Romanos legatio ad condolendum de clade exercitûs apud Thrasimenum acceptâ, & ad promittendum auxilium; contraria Masaniissæ ad congratulandum patribus ob debellatam Africam. Cæterum mandatum ipsum, & concredita forma tractandi perficiendive negotii, quam instructionem vocare solemus valdè differunt. Illud enim, pro personæ ut loquuntur legitimatione, quod quis sc. sit hujus aut illius Regis vel Reipublicæ legatus, palàm ostendendum est; idque fieri consuevit per literas quas vocant credentiales; hæc in arcanis habenda, nisi necessitas quandoque editionem aliqualem efflagitet, *post. Frid. Marsellaer. Dn. Felbing. dict. dissert. de leg. ib. §.* Tertio loco requisita superiùs est potestas ejus ad quem legatus mittitur; nam & illum volunt æqualem esse debere mittenti; quâ de

de re *Grotius d. S. 2. sciendum est*, inquit, *qualecumq; est hoc jus gentium, de quo videbimus, ad eos legatos pertinere, quos mittunt qui summi imperii sunt compotes inter se, Paschal. cap. 2. de legat.* hoc ipsum adscribit antiquæ observantiæ; ait enim Christianorum Regum perverustum esse morem, ut suas legationes ad eos tantum destinent, qui tituli dignitate ipsis æquantur; quales sunt reges & Imperatores exceptis quibusdam rebus publicis, cujusmodi sunt Veneta, Helvetia, & Rhetia; idque singulares ob causas. Sed hæc Pascalii opinio hodiernis moribus non aliter obtinet, nisi & de magnis vel insignioribus Principibus intelligatur, videmus enim non tantum ad Principes Germaniæ & Italiæ multoties à regibus mitti legationes, & vicissim ab illis ad hos; sed quandoque etiam ad Resp. Imperii. Quis diceret verò hos Regum ac Principum legatos non gaudere publicâ securitate juris gentium? Ut igitur ante ostensum est, principes imperii jura legationum habere; licet ab Imperatore feuda recognoscant; sic eodem jure ad stipulante usu versâ vice uti debent, ut ad illos à regibus & potestatibus rectè mittantur legati. Atque aded quemadmodum paritas, quam ex jure gentium scriptores requirunt inter mittentem & eum, ad quem mittitur legatio, non est intelligenda de multitudine agrorum, & opum magnitudine ac potentiâ, quod rectè scribit amicus noster *Dn. Felbing. dist. dissert. th. 8.* sic crediderim eam non præ-

cisè de supremâ majestate, sed vel de superioritate analogâ, quam princeps aliquis jure suo habet, ex præmissis accipi posse. Objicis: eos legatos quos reges mittunt ad principes superiorem recognoscentes, vel contra, non esse propriè dictos ambasiatores vel supremi ordinis legatos sed nuncios minoris auctoritatis; respondeo; præterquam quod principum legatis ambasiatorum titulos vindicari exemplis Noviomagensium tractatum constat, negari non posse veros esse legatos quos ipsi mittunt. Nec nunc de solennitate vel amplitudine legationis quæstionem instituimus, sed de verò legationis caractere, qui ex consequentiâ inferat publicæ sanctimoniam ac tutelam, aliosque id genus effectus de jure gentium. Illud tamen facile largior, eos principes, qui culmine tantum dignitatis tales sunt, non potestate imperii regii vel quasi regii sive territorialis, juris legationum capaces non esse, ubicunque intra Imperium vel extra degant. Frustrâ enim vel ab eo, vel ad eum ab alio, legati mitterentur, propter tractanda publica negotia, si non sit penes eundem jus vel potestas publicorum negotiorum; Loquor autem de jure; possessio enim provinciæ, manente jure legationis, ab alio vi erepta esse potest, ut priùs dictum. Sed adhuc obstare videtur huic tertio requisito, quod legati interdum mittantur ad Duces belli, regio tamen imperio vel simili destitutos; sicut Romani legatos misère ad Annabalem Sa-

gentium obsidentem Carthaginenses ad Publicum Scipionem in Africa de pace; Verum responsio non est difficilis; id enim si contingat, vel sit pro avertendo periculo ex mora imminente; ut in obsidione Saguntinâ; vel nomine Reip. non ducis; unde opus est, ut is vel mandatum habeat à Rege vel Republicâ, aut quicquid agitur, sub spe rati agitur; hinc pax, foedera, & similia negotia cum Ducibus Romanis conventa, postmodum à Senatu oportuit confirmari, ut ex historiis notum. Succedit ultimum requisitum, sc. legatorum admissionis: pulchrè *Felden.* ad d. cap. 18. §. 3. præcipuum ait in legatione est admissio; inde enim alterum, quod inviolabiles sint dependet. Nam admissio quasi contractus est, quo legati suam salutem crediderunt, ad quem missi sunt, alter vendi securitatem pollicetur sive expressè sive tacite; Hinc quærela iusta oriuntur, si securitas non præstetur; hæc *Feldenius* planè conformiter *Grotio* d. c. 18. §. 5. Quæ si ita sunt, profectò legati ante admissionem non gaudebunt publicâ securitate, tanquam deficiente fundamento. Sed contraria apparet *Hannoni* Senatoris Carthaginensis oratio apud *Livium* lib. 21. *histor.* Annibalem de violato jure gentium accusantis, quod legatos Romanorum in castra non admisit, nam si jus gentium ex solâ non admissione legatorum tollitur, ut *Hanno* censuit, multò magis tollitur ex non administrorum violatione. Sed rectè *Grotius* in d. §. 7. monet, non ita crudè illud intelligendum, & causam addit; nec e-

nim jus gentium præcipere omnes admitti legatos, sed vetare sine causa rejici; Quales equidem causas rejiciendarum legationum in genere ibi triplices refert, nimirum ex personâ mittentis, ex personâ missi, & ex qualitate negotii legationis, ac variis historiarum exemplis illustrat; Ego à *Grotii* & *Feldenii* sententiâ <sup>22</sup> recedendum non arbitror; attamen duas hîc agitari video quæstiones distinctas, & minime confundendas, (1) utrùm ad complementum characteris legati pertineat admissio, quàm diximus, ita, ut sine illâ non censetur verus legatus ad effectum securitatis publicæ ex jure gentium (2) utrùm teneatur Rex vel Princeps, ad quem legatio destinatur, jure gentium consentire in legationem eamque admittere? Hæc idèdè autem distinguo, quia sæpè aliquid est necessarium ad substantiam, integritatem vel complementum alicujus personæ vel rei, ad quod tamen aliquis obstringitur, v. g. investitura de feudo promissio necessaria est, ut quis sit vassallus, & tamen dominus promittens tenetur ad investituram: idemque in similibus; Sic ergò admissio à parte Regis aut Reipublicæ ad quem vel quam legatio dirigitur, poterit esse necessaria ad complementum vel characterem legati, si vel maximè Rex ipse vel Respublica ad eandem obstringi, si etiam per contrarium non obstringi ponatur. Hinc de utraque quæstione dicam separatim. Et quod priorem attinet, benè considerandum est, non hîc ferri o-



mem esse de mandatario simplici, sed  
 23 legato. Potest enim quis sive in pu-  
 blicis, sive in privatis, mandatum  
 suscipere cum tertio gerendum, abs-  
 que consensu illius, sed tamen ex in-  
 de tertius ille ad nihil obligatur  
 mandatario alterius. Verum in le-  
 gato plus requiritur; nempe ut ei ad  
 praesidium securitatis obligetur Rex  
 vel Respublica, cum quo vel qua  
 negotium mittentis tractandum est;  
 Ergo utique ejusdem Regis vel Rei-  
 publicae consensus intervenire debet,  
 qui sit hujus obligationis de jure gen-  
 tium fundamentum. Secundam haec  
 igitur missi ad tractanda publica ne-  
 gotia, antequam hi, ad quos missi  
 sunt consentiant in legationem, sunt  
 quidem mittentis mandatarii, non  
 vero jam tunc legati, nisi destinatio-  
 ne sola & improprie sic dicti. Ast  
 24 ubi partis alterius accesserit consen-  
 sus, jam verum nanciscuntur lega-  
 tionis characterem. Quae de causa *Gro-  
 tius d. l.* improprie loquitur de legatis,  
 dum quaerit an jure gentium à Regi-  
 bus, aut Rebusp. ad quos vel quas  
 mittuntur admittendi sint; quia  
 ante admissionem, ut modò dictum,  
 proprie ne sunt quidem legati. Du-  
 rissimum enim foret aliquem ob-  
 stringi ad tractanda negotia, vel ad  
 praestandam securitatem, etiam in-  
 25 vitum ac reclamantem. De cætero  
 non dubito, consensum admissionis  
 vel tacitam vel expressum sufficere;  
 quorum hic quidem nullum scrupu-  
 lum patitur, ille vero quibus conje-  
 cturis colligi debeat, ulterius per-  
 spiciendum est. Existimo igitur, Re-

gem, qui sciens ad se mitti legatio-  
 nem non repugnat, consentire vi-  
 deri; ex scientia enim ac taciturni-  
 tate nec emissâ protestatione colligi  
 consensum tacitum, maxime in his,  
 quae à declaratione animi pendent,  
 patet *ex l. 1. §. 3. ff. de trib. act. nec non  
 ex l. item quaeritur §. fin. in verb. hoc enim  
 ipso &c. ff. loc. cond.* idque maxime affe-  
 rendum de negotio legationis publico,  
 ubi gentium interest, ut legati citius  
 conveniant, nec in tractatibus pacis  
 foederum & similibus praeter necessi-  
 tatem retardentur; quod fieret, si  
 dubii relinquerentur de suo caracte-  
 re post certiorationem de legationis  
 adventu, nec factam ex alterâ parte  
 contrariae voluntatis significationem.  
 Usque aded, ut verius censeam, et  
 26 jam vi generalis consensus taciti eas  
 legatorum personas, securitate pu-  
 blicâ sibi debere, quas si Rex vel  
 Respublica, cui legatio destinata est,  
 scisset, probabiliter non admisisset.  
 Habet enim quod sibi imputet, cur  
 non personas legationis singulas spe-  
 cialius inquisiverit. Diversum ob-  
 tinet in eo Rege, qui protestatur &  
 voluntatem ostendit contrariam, si-  
 ve contra totam legationem, sive  
 contra certas personas. Ex his igitur  
 27 constat, quam necessarium sit, ut  
 Princeps vel Rex, ad quem legatio  
 destinatur, hâc de re certior fiat; Id-  
 que observari solet maxime in lega-  
 tionibus Turcicis ad Imperatorem,  
 de quarum adventu solet anterior  
 ad Aulam Caesaream deferri notitia.  
 Quin & hac eadem juris gentium ra-  
 tione usi sunt Duces ac Principes

in obsidione Trevirensi, ad quos cum Galli obsessi misissent, ut abicum pacifcerentur, nec prius, ut tutus comineatus daretur, impetrassent, qui missi fuerant, captivi detenti sunt. Circa secundam quæstionem <sup>28</sup> *Grotius loc. cit.* affirmativam videtur asserere, saltem eo casu, quo non adest iusta causa recusandi legationem; quæ quia non præsumitur, regula erit ex mente Grotii, legationes esse admittendas à Regibus vel Rebusp. desuper certioratis; exceptio autem regulæ erit, si qua iusta causa reperiatur legationis non admittendæ; Mihi videtur verius, quantum ad vinculum juris gentium, regulam constitui negativam, ut, sive adsit iusta recusandæ legationis causa sive non, haud faciat contra jus gentium, qui renuit admittere legationem; quanquam si sine causâ eandem detrechet, peccet quodammodò contra officium humanitatis;

<sup>29</sup> Ratio est in promptu, quia conventio de fœdere, pace, induciis, neutralitate, similibusque negotiis, quorum causâ legationes mitti solent, est meri arbitrii respectu Regis vel Reipublicæ, ad quem vel quam mittuntur; nec requiritur aliqua iusta causa, ut in perfectionem talis alicujus negotii Rex aut Respublica consentiat; Ergò etiam admissio legationis, quæ ad illum scopum collimat, erit meri arbitrii, præcluso sc. respectu causæ iustæ intervenientis vel non intervenientis. Quòd verò quodammodò faciat contra officium humanitatis, si quis Rex, vel si qua

Respublica, sine iustâ causâ legationem alterius potestatis aversetur, facile ex eo colligitur, quòd & in privatis causis, qui rigorem iustitiæ placidæ translationi præfert, quadantenus audiat inhumanius, *arg. l. furti §. 3. ff. de his qui not. inf.* multò magis id <sup>30</sup> in publicis locum habere debet ratione majoris interesse. Planè Gustavus Adolphus Sveciæ Rex inter causas belli adversus Ferd. II. Imper. hanc quoque posuit, quòd legati ipsius in conventu Lubecensi haud admissi. Ex hætenus autem dictis satis elucescit, qualiter persona legati definienda sit; nam congruè definire possumus; *legatum esse mandatarium publici negotii, à potestate summa vel analogâ, ad aliam similem potestatem sub lege securitatis expressâ vel tacitâ missum, ut negotium sibi demandatum nomine mittentis proponat, tractet, perficiat.* Sed & pro <sup>31</sup> diversitate commissionis legati distinguuntur, ut alius sit major, quem nomine ambasciatoris indigitamus, alius minor, (envoye) item alius plenipotentarius, cui negotium tractandum cum liberâ commissum est, ut Scipioni Africano negotium pacis cum Carthaginensibus faciendæ; alii minoris potestatis, qui certis instructionis suæ aut mandati cancellis est circumscriptus. De cætero legati etiam discernuntur in natos, à latere, & missos, quorum illi dicuntur à <sup>32</sup> *munere* legationis annexo dignitate; ergò statim, dum ad dignitatem huiusmodi evehuntur, legati censentur; qualis est Archiepiscopus Remensis in Galliâ, *c. pen. extra de sit. preb. c. per*

*venerabilem extra qui fil. sint legit.* Tolerantius in Hispaniâ, Cantuariensis & Eboracensis (antehac) in Angliâ c.1. *extra de off. leg. c.1. extra de appell. Azor. p.2. inst. moral. lib.5. cap.27.* Isti ex receptâ sententiâ dicuntur Cardinales, quod à latere versentur Pontificis mittentis. Hi denique sunt reliqui nuncii missi; Verùm distinctio hæc constitutionibus & curiæ Pontificum debetur *per alleg. text. junct. c.1. de off. leg. in 6.* non juri gentium. Præsuppositis autem, quæ hæcenus declaravimus, legationum requisitis, gaudent legati (1) privilegio securitatis publicæ, communi quodam gentium consensu. Hinc Rex, ad quem mittuntur, tenetur illis ad salvum conductum intra terminos regni sui; & si damnum ibi senserint, facto Regis vel subditorum, vel quod Rex cum avertere saltem potuisset, inferri legatis passus est, ad illius refusionem. Verùm ne quis fortè ex ignorantia

33

34

legatorum, personas vel comitatum invadat, publico aliquo signo, quoties opus esse videtur, muneris sui fidem facere solent, quibuscunque aggressoribus. In hunc finem Romanorum olim legati sagmina herbæ genus usurpârunt; Græcorum, Ceryciâ ut ait *Marcianus in l. sanctum §.1. ff. de div. ver.* sed & fecialibus ea usitata fuisse legimus, & nominatim in Africam ad fœdus ferendum missis ex Senatus consulto injunctum; *ut privos lapides, silices privatq. verbenas,* (sc. pro fœderum ceremoniis ritè peragendis) *secum fœrent, uti prætor Romanus his imperaret, ut fœdus fererent, illi prætorum sagmi-*

*na poscerent, Liv. lib. 30. histor.* qui ibidem addit, herbæ id genus ex arce sumptum (Capitolii sc.) dari fecialibus solere; sic ergò Romani legati & feciales gentilitis legationis ac muneris sui insignibus, tuti fuère. Hodie legatis Regum, Principum, Rerumque publicarum, literæ salvi comæatus vel conductus, vulgò vocamus *Passporten/* extradi solent, quò magis iter ad locum legationis, tum ibidem negotia commissa, tutò peragere possint; quæ quidem literæ differunt à veterum legationum securitate, quòd concedantur fide publicâ à Rege vel gente, ad quem vel quam legatio dirigitur, non merâ potestate gentis, quæ legatis mittit, ut Romanorum sagmina. Aque illud quod dixi securitatis privilegium ad comites quoque legatorum pertinet; *juxta l. lege Juliâ 7. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* Sed & ad bona eorundem mobilia, quibus in legatione utuntur, *Grot. 9. c.18. §. 8. & §.9.* Non habet autem locum respectu tertii, ad quem legatio missa non est; maxime si forsan ad præjudicium ejus collimaret; & hostilia consilia per legationem agerentur. Ideoque justè potuerunt Romani intercipere Philippî Macedoniæ Regis legatos ad Annibalem, cum quo societatem armorum contra Romanos is juncturus erat. Nec ratio assertionis hujus est obscura; quoniam promissio securitatis, legationi; expressè vel tacitè facta, non obligat nisi promittentem, tertium verò minimè. Unde caracterem suum legati non habent respectu

35

36

37

certū, sed tantū respectu illius, ad quem mittitur. Deinde cessat publicæ securitatis præsidium, in casu, quo ipse legatus vim faceret. Cū enim vim vi repellere liceat, ex principiis juris naturæ, ut supra dictum, usque ad cædem inuasoris; poterit sanè etiam legatus alium per vim invadens ab invaso repelli vel interfici. Idem dicendum de legato, qui hostilia molitur contra Regem vel Rempublicam ad quem vel quam missus est. Quanquam in *Grot. d. c. 18. §. 4. vers. verum is apex*, tali casu nolit facultatem interficiendi legatos permissam esse, sed tantū retinendi ac interrogandi; quòd hoc satis videatur ad declinandum extremum machinationum hostilium legati periculum. Sed ego verius crediderim, legatum in Regem vel Rempublicam, cujus tutelæ se commisit, hostilia machinatum, eo ipso excidisse caractere suo. Non enim quæ hostilia molituro, sed quæ publica commissionis negotia tractaturo, fide publicæ legato promittitur & competit securitas; hanc tacitam conditionem si non servet, indignum se facit juris gentium auxilio; nec Rex vel Respublica in hunc casum, minimè cogitatum vel placitum, ei obstringitur ad publicam defensionem. Atque ita cum *Domino Zieglero ad d. loc. Grotii* censeo, vel interfici posse legatum ex crimine læsæ majestatis ejus Regis vel Principis, apud quem negotia legationis agere debebat; modò tamen reatus sit notorius, vel aliàs legatus de eo possit evidenter convinci;

Et si vel maxime tali specie ex hostis jurisdictionis, ut vult *Grotius de legato* pœnam sumere non liceret, tamen ut alius hostis quilibet occidè possit, qui factis suis se non legatum, sed hostem declarasset; nec certè legatorum securitas ex jure gentium extendenda est, ad impunè peccandi licentiam. Sed quaeritur, quid si non legati deliquerint, sed gens, à qua missi forte violaverit antea alienius partis legatos, num liceat reddere vicem? Minimè, nam qui postea admittit legatos, fidem obstringit, quæ servanda, nec prætextu prioris injuriæ frangenda est. *Xerxes Persarum Rex*, cujus legati *Spartæ* violati erant, cū mitterentur, qui hoc factum expiarent; negavit se *Lacedæmonis*, qui jus gentium violassent, simile fore. *Herod. in Palymn.* nec *Scipio Africanus* perfidiam *Carthaginensium*, qui per inducias expugnare naves, ultus est in legatis, cū victi pacem peterent. (2) Legati gaudent etiam privilegio fori domestici, dum in loco extero, ubi agunt pro tempore legationis, conveniri non possunt, id quod & in jure Romano expressum est, *l. consensisse §. 3. ff. de jud.* illudque privilegium originem trahit ab exemptione jurisdictionis, quæ de re eleganter *Grotius d. c. 18. §. 4.* ait: *placuisse gentibus, ut communis mos, qui quemvis in alieno territorio existentem ejus loci territorio subjecit, exceptionem pateretur in legatis, qui sicuti fictione quadam habentur pro personis mittentium, ita etiam fictione simili constituerentur, quasi extra territorium.* Res ipsa per se & regula

gula satis clara est, quousque verò extendenda vel restringenda; non planè extra scrupulum. Nam ex delictis in legatione commissis legatos cogi iudicium Romæ pati, sive ipsi admitterunt, sive servi eorum, scribit *Paulus in l. non alias S. l. ff. d. t.* latius intelligit *Grotius d. S. 4.* ubi sub distinctione criminis levioris & atrocioris, respondet ad quaestionem de foro legatorum in delictis; sed in effectu omnia collimant, non eos fortiri forum in loco delicti, sed coram suo mittente. Neque enim concedit Regi aut Republicæ, in cujus territorio legatus deliquit, nisi facultatem iudicandi eum excedere è finibus, vel remittendi ad ablegantem, ut puniatur propter crimen vel dedatur. Sic & *Felden. ad d. S. 4. Grotii* assertionem istam generaliter approbat. Mihi cum istis contrarium placet, certè, quoad ex delicta, quæ Principem vel Regem, ad quem legatio facta, directè lædunt, vel etiam subditos ejus; tunc enim salvo jure gentium existimo, Regem illum, Principem vel Republicam reparationem damni ex delicto sumere posse, si modò damnum reparabile est. Finge legatum incendium fecisse, vel ut fieret mandasse, quid justius est, quam ut damnum passis, vel ab ipso Principe aut Rege in loco legationis, compellatur legatus satisfacere? nam eum spe incertâ ad mittentem remittere, & ibi precariam sollicitare satisfactionem, aut bellum minari vel indicere, ut aliqui suadent, inconvenientiora longè sunt, quam moderatio illa, cui insistimus, juris

gentium circa exemptionem fori legatorum interpretatio; Sin criminis in Regem vel regios homines commissi damnum reparabile non sit, ut in adulterio, stupro violento, homicidio & similibus, poenam locum habere arbitror, cessante pecuniariâ refusione damni, nisi quod in homicidio ex circumstantiis quandoque adigi possit legatus ad solvendum, occisi forsitan liberis & conjugis, intuitu ex cæde in eos redundantis damni pecuniam expiatoriam vulgò *Das Eühn-geld*. Quod verò tali casu legatus jure etiam gentium puniri queat, probat ratio paulò antè adducta, quâ legati personam non sub ratione delictum perpetraturi, sed negotia commissa tractaturi publicâ fide admitti diximus, quò quidem apud *Procop. 1. Goth. referentis Grotio*, illud *Theodahati* pertinet: *Sanctum legatorum nomen asseverantis, quamdiu dignitatem legationis modestè suâ tueantur; existimare enim homines fas esse vel interficere legatum, si is in Principem, ad quem mittitur sit injuriosus, aut alienum matrimonium violat.* Quantum verò ad alia delicta, non in Regem vel regios homines commissa, obtinere poterit Grotiana illa fictio, ut credatur legatus extra territorium constitutus, adeoque vindicta reservecur mittenti, & is desuper certioreretur. Nec ratio disparitatis est obscura, quia priore casu non solum delinquit legatus, sed reverà violat legationem: nam quemadmodum Rex ex admissione obstringitur, quò minùs patiatu legato injuriam heri per se, vel per homi-

nes suos, ita ex publicâ securitate, quâ fruitor vicissim tacite obligatur legatus, ne Regi, familiæ regię, vel  
 47 hominibus injuriam faciat. Tenentur enim etiam privilegiati homines ob summam æquitatem ex edicto, quod quisque juris, *arg. l. fin. C. de fruct. & ut. exp.* Hos igitur limites si legatus transgressus fuerit, tenetur Regi, (idem de Principe & Republicâ) ejusve hominibus læsis, non proprie ut legatus, sed ratione cujuscunque in eos redundantis dispendii, & quidem ex delicto contra fidem tacitam legationis commissio; per consequens in ipso illo loco, secundum quod distinximus damnum reparando vel multam aut pœnam subeundo, legatus satisfacere, vel delictum expiare debet; nec tali specie jure gentium censetur exemptus. Sed hæc ratio cessat in delictis à legato non in Regem, ad quem allegatus est, familiam ejus vel homines perpetratis; merito igitur ex his ipsis diversum jus obtinere censendum est; Et maxime locum habent, quæ de legato in delictis non exempto diximus, si causa ad mittentem fuerit delata, nec is legatum suum puniat vel compellat pro delicto satisfacere *Beßold. lib. 2. Pol. cap. 8. §. 2. n. 15.* pauld aliter distinguit, nempe inter delicta contra officium  
 48 hominis, & contra officium legati commissa, ita ut in prioribus remissioni ad Principem, in posterioribus verò, si Princeps mittens delictum non puniret, animadversioni in legatos ut hostes locus datur. Sed hæc opinio isto incommodo laborat, quod adulteria, homicidia, & id genus facinorosa generaliter & indistincte remittenda censeat ad Principem legantem; cum tamen, quatenus in regiam familiam vel subditos regni talia perpetrantur, ut antè deduxi, jus gentium non tribuat legato privilegium fori; imò idem ille dici possit hujusmodi delictis, contra officium legati facere; qui quâ talis erga regem, apud quem legationis munere fungitur, & erga regios homines ita se gerere tenetur, prout fides promissæ securitatis reciproce efflagitat: Ideoque à propositâ distinctione meâ non recedo; fateor tamen, si casus in facto contingat, quandoque melius facere Regem, si legatum alterius ad se missum non puniat ex delicto, sed rem ad mittentem deferat, ut fecit Imperator noster invictissimus ante aliquot annos, in causâ legati Hispanici; non quasi aliud non liceat jure gentium, sed fortè ad evitandam offensam mittentis, & hinc emergentia majora mala; sive etiam propter alias causas, *confer. excell. Dn. Felbing. in d. dissert. th. 27.* hæc in delictis. Porro  
 50 & in contractibus privilegium fori esse volunt legatis, ut in loco exercendæ legationis conveniri nequeant, sed coram mittente; ita ut ad postremum usurpentur ea, quæ adversus debitores extra territorium positos usurpari solent; sunt verba *Grotii d. c. 18. §. 9.* quâ de causâ consequenter ex mente Grotii dicendum, ut si Rex, qui legatum misit, ad instantiam creditoris non administret justitiam, tunc locus sit reprefaliis in bonis

bonis aliorum incolarum ejus regni ubicunque deprehensis. Verùm & hic jura Romana certò casu non agnoscunt tale forum privilegiatum an contractibus, si nimirùm legatus contraxerit in loco & tempore legationis; tunc enim videtur privilegio tacitè renunciâsse, ut ibi conveniri possit, *text. in d. l. consensisse §. 4.* à contrario sensu & *text. in l. si legationis ff. de*

§ 1 *jud.* Sed dicat aliquis, legatum non posse renunciare huic privilegio ad præjudiciùm regis mittentis, cujus quodammodò læsa videretur majestatis, si legatus judicium subiret in loco legationis; nec aded stringere videntur textus juris civilis; quia verò simile est eos propriè esse intelligendos, de legatis civitatum municipalium, qui ex jure constituto hoc privilegium propter onus legationis habuêre, ne regulariter coacti sint Romæ judicium pati, sed potuerint domum revocare; his igitur, quò minùs isti privilegio, in favorem ipsorum principaliter introducto, renunciare liceret, nihil ob stare poterat; sed diversa apparet ratio in legatis Regum & gentium liberarum;

§ 2 *Quicquid tamen sit, verius arbitror, etiam hos tales legatos justè compelli posse, ut debita in loco ac tempore legationis contracta persolvant; quanquam omnibus modis præcedere debeat amica solutionis admonitio; quâ non præstitâ si id commodè fieri possit ad dominum legationis querela deferatur; qui si ne ipse quidem legatum suum ad solvendum compellat, minùs rectè conquiri poterit de violato*

*jure gentium, si postea legatus in loco legationis publicâ auctoritate constringatur præstare solutionem. Idque propter sequentes rationes; quia, 1. præterquam quod gravitate legati indignum, etiam planè injustum est, legatum v. g. mutuum, depositum, commodatum &c. accepisse tempore legationis, & non reddere ex fide contractûs, sed titulo legationis ad defraudandos creditores, qui ibidem ubi legatum agebat cum ipso contraxerunt, velle abuti. Quam rationem præcui dubio consideravit JCrus in d. si legationis, eadæque similiter procedit in legatis sive Regiis aut liberæ gentis, sive à civitate superiorem recognoscente missis. 2. in contractibus privatis legatus non repræsentat Regem vel populum mittentem, sed in commissis publicis negotiis: nec. 3. jus gentium decipientibus legatis, aut contra fidem contractûs ex alieno damno lucrum captantibus, assequitur, habet mittens, quod sibi imputet, cur talem legatum miserit, aut postea ad solvendum non adegerit. Atque ita in debitis liquidis, salvo jure gentium, immisione aut capturâ rerum pro solutione, vel quo simili remedio executivo contra legatos in loco legationis, procedi posset; Diversum censeo in illiquidis; nec enim legati, qui ob publica negotia advenierunt, dubiæ vel scrupulosæ litis nexibus irretiri debent. Et creditores se ipsos negligentiae accusent, quòd sibi non prospexerint melioribus documentis; Neque illud probo, quod nonnulli tradunt, ex pecuniâ publi-*

câ creditoribus legatorum. Solutio-  
nem præstandam, atque à mittente  
eam repetendam esse; imputent e-  
nim sibi creditores, cur contraxerint  
cum legatis, quos scire debebant dif-  
filius conveniri posse. Et illud quo-  
dammodò obijcietur creditoribus,  
etiam in casu crediti liquidi, ad hunc  
effectum, ne possint solutionem pe-  
cuniæ legatis creditæ adversus Prin-  
cipem vel civitatem suam petere, si  
fortè ex causâ nolit uti concessio jure  
in exigendis legatorum debitis: Nam  
licet ex præmissis rationibus id fieri  
possit, debito existente liquido; non  
tamen ut fiat præcisæ est necessitatis.  
Igitur ne quidem eâ specie est one-  
randa communitas solutione alieni  
debiti, si fortè prævaleat boni publi-  
ci ratio, & majores difficultates ap-  
pareant susceptâ adversus legatum  
executione; Voluntate etenim suâ,  
qui cum legatis contrahit, damnum  
sibi casu sentire videtur, ut cesset re-  
fusio ejusdem ex publico. Breviter:  
quantum ad viam executivam in de-  
bitis, tempore legationis contractis,  
ac liquidis, contra legatos fundatum  
esse arbitror forum loci legationis;  
atque, si præcesserit apud legatum  
monitio, & apud mittentem instan-  
tia de solvendo, nec solutio præste-  
atur; In illiquidis contractuum causis,  
vel viâ processûs ordinariâ contrari-  
um verius videtur. Quid in succes-  
sionibus hæreditariis dicendum? Si-  
ve ex testamento sive ab intestato hæ-  
res fuerit legatus in loco legationis  
verius est, quod inmissio in bona ibidè  
contra eum obtineat, *juxta l. de eo ff. de*

*jud. Et l. un. C. ubi de her.* Aliud patet, si de  
ipso jure hæreditario moveretur quæ-  
sio contra legatum in petitorio; hæc  
enim ad locum domicilii spectat; ad  
locum rei sitæ verò, ita, si reus con-  
ventus ibi degat. *d. l. un.* sed legatus  
ratione fori non censetur degere  
in loco legationis, ut priùs dictum;  
Distinguunt alii inter mobilia & im-  
mobilia; illa, etsi legatus habeat in  
loco legationis, ibidem tamen cum  
personalia censeantur, vindicari non  
possunt, sed in loco domicilii;  
quantum interdum in talia bona  
tempore legationis, & in loco illo ac-  
quisita ob moram solvendi detur im-  
missio, ut antè deductum; Hæc ve-  
rò sequuntur leges & jurisdictionem  
loci rei sitæ; ideoque si legatus pos-  
sideat bona immobilia in loco lega-  
tionis, poterit ibi conveniri; nam si  
etiam verè existeret in loco uade mis-  
sus est, adhuc in loco rei sitæ pos-  
set conveniri. *fin. Et ibi ad. C. ubi in rem  
act. Alex. Imol. vol. 6. conf. 19.* ergò et-  
iam admisâ prædictâ Grotii sctio-  
ne, quasi legatus sit extra territorium lo-  
ci legationis, idem dicendum erit,  
quia juris sctio non habet majorem  
effectum ipsâ rei veritate; Ego hanc  
distinctionem probo in singularibus  
judiciis in rem, non æquè in univer-  
sali petitionis hæreditatis; ne causæ  
continentia dividatur, si res hæredi-  
tariæ immobiles in loco sitæ hæredi-  
tatis, mobiles verò in loco domicilii  
peti deberent; adeoque potius est, ut  
totum jus hæditarium in foro do-  
micilii contra legatum possessorem  
rerum agitari debeat. Facit pro hæc  
sen-



59 sententiâ, quod petitio hæreditatis alibi dicatur iudicium personale mixtum. Quid de nominibus? Personalia sunt, & sic subsunt foro legati privilegiato; *extrad. Perez. ad d. l. un. in fin.* Aliud obtinet in iuribus realibus, vel quæ sunt vice realium; nam etsi legatus non adstringatur legum solennitatibus in loco legationis, si ibidem contrahat; tamen aliud est, in iuribus realibus. Ideoque si ad pignus rei immobilis constituendum, ex forma statuti localis requiritur insinuatio, legatus contrahens ad effectum validæ hypothecæ, in re tali ibi existente debet observare insinuationem; idem in acquisitione domini & similibus, pari ratione; nam etsi extra constitutus, de re immobili alieni territorii contraxisset, debuisset leges ejusdem territorii circa jura realia observare, *cons. Christ. decis. Belg. vol. 2. decis. 3. n. 2.* Quid in adoptionibus, emancipationibus, & quibuscumque voluntariæ jurisdictionis actibus? Personales sunt, adeoque legibus loci domicilii, non legationis, æstimandi. Tertium privilegium est in exercitio sacrorum sive religionis, quod pro tempore legationis in ædibus legati permittitur, licet ibidem locorum religio isthæc esset publicè prohibita, *Marsell. lib. 2. dissert. 15. circa fin.* Sic Viennæ 60 anno 1665. Turcicus legatus Mahometanæ suæ religionis habuit exercitium; sic & in diversis Christianorum religionibus eandem cernimus libertatem legatis permissam circa 61 sacra, si non publico, saltem priva-

to exercitio; quanquam alibi solutius, alibi restrictius. Plura legatorum privilegia notare solent: *vid. Dn. Felbing. dissert. dissert. th. 10.* sed sunt ea juris constituti. *Grot. lib. 2. c. 18. §. 8.* insuper de jurisdictione in homines legationis, item de jure asyli in ædibus legati disquirat, & rectè censeat ea non competere legatis ex jure gentium; sed posterius ex indulto ejus, apud quem quis legatione fungitur, prius verò ex concessione mittentis, quippe cujus est statuere, quanta potestas competat legato, dependere videtur. Putem tamen in dubio aliqualem saltem intelligi concessam, ne aliàs legato omni jurisdictione & imperio destituto, negotia legationis remoram patiantur. Qui enim voluit aliquem fungi munere legati præsumendus est etiam ei tantam potestatem in homines legationis communitare voluisse, quanta ad expediendam hanc spartam requiritur, *arg. l. 2. cum ibid. not. Dd. ff. de jurisdictione.* Virtutes legatorum, quæ legatis quæ talibus competunt, sunt. 1. prudentia, præsertim juris gentium, & publici, ut sc. negotiis peragendis possint esse pares, 2. agendi industria, quam bona ingenii qualitas & praxis tribuere solent, 3. eloquentia, 4. decora staturæ proportio; hinc Romanorum legatos ad pacem inter Nicomedem & Prusiam Reges faciendam missos, quorum unus caput multis cicatricibus sparsum habebat, alter pedibus æger, tertius ingenio focors fuerat, falso scommate risit Cato, eam, iniquiens, legationem, nec caput, nec

ter, nec pedes habere, ut refertur in *epitom. Liv. l. 50.* Plures utique in legatis requiruntur virtutes; sed illæ communes sunt, de quibus hic non agendum. Cæterum legatorum officium præcipuè in duobus consistit: sc. fidelissimâ publici mandati executione, 2. in responsi accepti diligentissimâ notatione ac relatione; quæ utraque vix certâ aliquâ ac præcisâ regulâ potest exprimi, sed ab illâ quam dixi agendi industriâ dependet; prior quidem apud Regem vel Remp. ubi legatio peragenda; posterior apud mittentem observanda venit. Ubi quaeritur, quid obtineat si legatus habeat aliud mandatum expressum, aliud tacitum? Respondeo legatum quidem ex formâ instructionis suæ mandatum executurum; ita, ut si per tacitam commissionem prohibeatur facere, quod per expressam ei erat demandatum, potius tacite inhaereat instructioni; quanquam eo casu si legatus contra tenorem arcani, & juxta tenorem expressi mandati, quid agat; ex veteri sententiâ obliget committentem: quia tacita commissio respectu Regis exteri, cum quo negotium tractatur habet se in modum reservationis mentalis, quæ consideranda non est in humanis actibus, præcipuè publicis; qui nunquam certi erunt, si arcani mandati excessus possit allegari

contra Reges vel Respubl. cum quibus actum est, per legatos expressum mandatum habentes; consentit *Grot. d. lib. 2. c. 11. §. 14.* idemque sine dubio obtinet, quando Reges vel potestates invicem mittunt legatos ad certum locum, ut in tractatibus pacis Germanicæ Osnabrugensis & Monasteriensis ac nuperiæ Noviomagensis, sc. propter representationem mittentium Quid de plenipotentariis, an illorum auctoritas ad summum præjudicium ablegantis valeant? Mihi videtur negativè respondendum, ex argumento simili, qui in privatis causis mandatum cum liberâ non intelligitur de facultate profundendi vel donandi *l. filium familias. pr. ff. de don.* Nec certè arbitrium etiam liberè in aliquem collatum aliter est intelligendum, quàm de arbitrio boni viri, *ex. l. si liberus. ff. de op. lib.* Hinc videmus plenipotentiariorum auctoritas à principalibus committentibus esse ratificanda, ut factum non tantum in antiquâ Rep. Romanâ, eodem illo Scipionis Africani supra adducto exemplo, dum Senatus pacem cum Carthagenensibus ipsius arbitrio plenè priùs permissam auctoritate sua comprobavit & ratam habuit; sed & nostrâ ætate in velatis pacificationibus Osnabrugensis, Monasteriensis, ac Noviomagensis: hæc verò de nostrâ materiâ.

## CAP. XV.

## DE JURIBUS SEPULCHRORUM

## S U M M A R I A.

*Rum.* 1. Sepulchra jure gentium inviolabilia. 2. mores sepeliendi diversi, usitatus tamen cadavera humi condere. 3. sepulchrorum jura duabus partibus constant. 4. Sepultura nec hosti deneganda. 5. Sepultura regibus Ismaëliticis quandoque ad poena divina exemplum negata. 6. punitorum cadavera sepelienda. *ibid.* & 7. contraria exempla. 8. funeribus defendendis, qua in jure Romano prodit remedia? 9. mulier praegnans inter mortua lege Numae Pompilii non sepelienda ante excisum partum. 10. nec cadaver occisi ante inspectionem Medicorum ac Chirurgorum. 11. & 12. sepultura hodie habentur publica; & quotuplura sint sepulchra specialia. 13. usque 18. avlōxupes nomen sepultura privandi. 19. avlōxupes qui ex causa honestiore manus sibi intulere, licet jure potè male fecerint, honestà tamen gaudent sepultura. 20. secus avlōxupes temerarii. 21. & 22. exempla sese intermentium. 23. judicium Deo relinquendum. 24. Sepulchri violati qua poena sint. 25. Sepulchra hostium num religiosa sint? 26. & 27. Hostium sepulchrorum & insepulchrorum exempla. 28. cadaveribus mortuorum hostium insulsare barbaricum est. 29. Sepultura hostium non incambit hosti de jure gentium. 30. secus ex officio humanitatis & lege Evangelicà. 31. sepulchras hostium cadaverum non prohibere congruum videtur juri gentium. 32. funeraria actionis inter cives privilegium & naturae aequitas.

**L**egationum juribus affinia sunt jura sepulchrorum, quia pari ferè gentium moribus gaudent sanctionia; cum nefas habeatur cadavera mortuorum, à quibus jam nemo laedi possit, violare: Apud Herodotum Scythae Dariam Persarum Re-

gem, fines Scythiae cum exercitu ingressum, quasi ad pugnam & injuriae ultionem sic ultro provocant; esse ibi tumulos & sepulchra majorum, quibus si injuriam inferas, senserunt viros ipsos esse ad vindicandum paratos. Ceterum morem sepeliendi mortuos naturae

quàm convenientissimum esse fate-  
mur; cum *Grotio lib. 2. de jur. bell. &*  
*pac. c. 19. §. 2.* ut sc. terræ reddatur  
2 quod terrenum in nobis erat; spiri-  
tu ad Deum qui dederat reversuro; ju-  
xta Regis Salomonis effatum in *Eckesf.*  
*6. 12. vers. 7.* quanquam negandum  
non sit, diversis gentibus circa fu-  
nera aliud usitatum fuisse; ut mor-  
tuos cremarent; quod apud Indos  
Græcos olim & Latinos passim ino-  
luerat; sive etiam certis locis suspen-  
derent, quod de Circasiis, Tartaris,  
memoriæ proditum legimus in *tab.*  
*Geographicis Ortelii.* Sed cum de jure  
magis sollicitus sim, gentium fune-  
rales ceremonias pluribus deducere  
non ex re arbitror; Jus ipsum verò  
duplex esse videtur; vel enim de par-  
3 agendis nec impediendis sepulcris  
quæstio est; vel de publicâ earundem  
securitate & sanctimoniâ. Prius quod  
cõcernit, gentium moribus receptum  
esse apparet, ut cadavera humana hu-  
mi condantur; nec quis quò minus  
id fiat impediatur; cujus rei varia ex-  
empla in *d. c. 19. §. 1.* affert ex histo-  
rijs *Grotius*, & *§. 3.* vel in hostibus  
4 probat sepulturas, Herculis, Ale-  
xandri magni, Annibalis ac Romano-  
rum exemplis; Eadem nimirum ra-  
tio, quâ paulò ante dixi, quòd à  
mortuo nemo amplius lædi possit,  
in hoste quoque valet; Quòd si quan-  
doque ab eâ regulâ discessum est, ad  
pœnam, vel jure quodam recipro-  
cationis, & velut ex edicto quod  
quisque juris, id factum credo; hæc  
sensu David comminatur Golia-  
tho; sese Philistæorum carnem fe-

ris objecturum pro cibo, quia Golia-  
thus hisce minis contra Davidem,  
ut eum à monomachiâ deterreret,  
usus fuerat; Huc pertinent etiam  
Propheticæ prædictiones, quibus re-  
5 gibus quibusdam Israëliticis, eorun-  
demque familiis à Deo vaticino ore  
præmonstratum est, fore, ut sepu-  
lcris careant; Non enim id id fa-  
ctum, quasi per se jure naturæ &  
gentium æquum sit; sed quòd Deus  
tam immites fore hostes prævidit,  
eorumque immani ferociâ ad pœnam  
uti voluerit; vel certè casu sic even-  
tuum præciverit. Exemplum ha-  
bemus in Jezabellâ impiâ Achabi  
uxore, cui cum Elias prædixisset à  
canibus eam devoratum iri, & vin-  
dex scelerum familiæ Achabi Jehu de  
fenestrâ præcipitatum jussisset sepeli-  
re, communem hanc humanitatis  
legem jam anteverterant canes,  
qui velut divini oraculi executores  
cadaver reginæ propè totum jam de-  
voraverant. Ecce etiam in maledi-  
ctâ reginâ jus istud humanitatis va-  
luisse, nisi divina ira ad pœnam a-  
6 liud ordinasset. Porrò & in facino-  
rosis idem obtinet, quibus si inter-  
dum sepultura negatur, specialis est  
pœna, vel similis aliqua causa. Ti-  
berium meminit Tacitus punitorum  
corpora quotquot supplicio affecti fu-  
erant, sepeliri prohibuisse *lib. 6. annal.*  
ad *Jit Sueton. in Tib.* interdictum, *ne ca-*  
*pite damnatos propinqui lugerent, nem-*  
*nemq; punitorum non in Gemonias abjectum*  
*uncoq; tractum,* sc. ut inhonesta il-  
la cadaverum abjectio vivos abster-  
geret à factione, vel studio novarum  
rerum

7 **secum contra Principem:** Neque a-  
 lia ratio Pontifices movit, ut hæreti-  
 cis sepulturam Ecclésiasticam nega-  
 rent, quam propositum deterrendi  
 vivos ab imitatione; quod & de ul-  
 tæriis manifestis, item de mortuis in  
 duellis vel torneamentis, & quibus-  
 dam aliis dici potest, de quibus in c.  
*quoniam cum gl. de usur. in 6. c. 1. de torn.*  
*Card. Tusch. tom. 7. concl. 188. lit. S.* Porro  
 eadem etiã est supremarum potestatu  
 civilium intentio, si quando perdu-  
 ellium punitorum corpora, ad publi-  
 cam memoriam asservari vel suspendi  
 jubent; ut sc. tam tristi continuoque  
 spectaculo alii desistant patrare simi-  
 lia; quod quidem & in famosis la-  
 tronibus exemplo territionis, partim  
 etiam solatii cognatorum observari  
 tradit *Callistratus in l. capitalium. S. per.*  
*ff. de pen.* Præter hæc exceptiones  
 specialibus causis subnixas, insistere  
 convenit regulæ; corpora sc. mortuo-  
 rum quicumque fuerint, humana esse.  
 Huc jure Romano pertinent præ-  
 toris interdicta de mortuo inferendo;  
 8 item de sepulchro ædificando; qui-  
 bus contra vim euetur illaturos mor-  
 tuum in locum competentem, vel se-  
 pulchrum ædificaturos l. 1. *prim. & S.*  
*ff. de mort. in ser.* Hoc amplius du-  
 ctum funeris simili remedio defen-  
 sum videmus in l. *ne corpora. ff. de relig.*  
 & peccantes acriori pœnã coërcitos à  
 Justiniano in Nov. 60. *S. 1. junct. princ.*  
 Hæc etsi ita sese habeant, ex circum-  
 stantiis tamen temporis & loci quan-  
 doque evenit, ut mortuorum corpo-  
 ra ad arbitrium sepelire non liceat;

9 Temporis respectu exempla duo  
 sunt, alterum in muliere prægnante  
 mortuã, quam ante excisum partum  
 humari *Lege Regiã* (uti creditur Numæ  
 Pompili) veritum est; sed hoc exem-  
 plum nisi appareant signa viventi-  
 partus post mortem mulieris, mori-  
 bus vix sequimur; Alterum in cada-  
 vere occisi, quod ante inspectionem  
 10 Medicorum vel Chirurgorum sepeli-  
 ri non debet; quod magis nempe con-  
 stet de lethaliitate vulneris. Possit ad-  
 jici tertium in corporibus, ad exer-  
 citium anatomie extraditis; sed ea res  
 gratiæ est non juris. Quod attinet lo-  
 cum, cum olim pro arbitrio privato-  
 rum fierent sepulchra (nisi quod re-  
 11 scripto Hadriani in civilitate sepelire  
 non liceret l. 3. *S. 5. ff. de sep. viol.*) ho-  
 diè in Christiano orbe publicæ sunt  
 sepulturæ. Privatis tamen quibus-  
 dam vel privilegio vel consuetudine,  
 specialia permessa sepulchra, quæ à  
 familiis vel successioneibus familiaria  
 aut hæreditaria vocantur, *Geschlecht-*  
*oder Erb-begräbnisse*; quandoque et-  
 iam officii ratione conceduntur, ut  
 hic loci professorum sepulturæ in  
 templo *D. Petri*. Sepulturæ publicæ  
 aded hodiè invaluere, ut ad partem  
 12 juris publici spectare cœperint, dum  
 in locis, ubi quisque privatus paro-  
 chianus est, tumulari debet mortuus;  
 sed hoc nolim adscribi juri gentium;  
 ex constituto pontificio potius est,  
 aut consuetudinibus illud jus se-  
 quentibus. De eo ulterius quærere  
 lubet, an *αι τὸν νεκρὸν* sint privandi se-  
 pulchrã? Affirmat *Grotius d. c. 19. S. 5. 13*

ex Hebræorum & aliorum quorundam populorum institutis; sed contrarium est quod apud Tacitum legimus *d. lib. 6. annal. sub Principatu Tiberii*, eorum qui de se statuebant, humata fuisse corpora, mansisse testamenta, pretium festinandi; ubi Lipsius in notis addit, id mirum non esse, quod ne damnati quidem nec peracti rei fuerint; sed si conferamus Marcianum nostrum, *in l. qui rei pr. ff. de bon. eor. qui ant. sent.* mirum utique videri possit inspectâ juris ratione; quâ qui mortem sibi conscivere ob conscientiam criminis capitalis, cœsi non peracti, modò postulati rei, hæredem habere non poterant, sicut illi, qui ut Tacitus loquitur de se statuebant; quod certè exemplo Mamerci Scauri aliorumque apud Tacitum, qui rei postulati, voluntariâ morte anteverterunt sententiam, discere proclive est. Sed hæc sub Tiberio, ut pleraque, illius adscribimus Tyrannidi & politicis artibus. Leges tamen Romanæ, præsertim sequentium temporum, ut jam diximus, contrariæ fuere. Enimverò ex simplicitate juris gentium vix defendi potest, eos qui se interfecerunt penitus carere debere sepulturâ: nec enim aliud committere, quàm quod hominem civili societati subtraxerint; & si quis dicat, eos violasse jus naturæ, quod sui defensionem præcipit; repono, idem jus homicidas alios, quibus tamen sepultura non negatur, violare sc. quia hominem homini insidiari eumve injustè offendere, vel vitam adimere iniquum sit. Neque puto

argumentum à poenis valere, quòd, nisi cadavera hominum se ipsos interficientium tali aliquâ poenâ afficerentur, id genus crimina impunita forent; respondendum etenim est, *αὐτοχρησας* ex delicto ipsos sibi poenam infligere, dum se vitâ privant; quæ vel sola poena gravissima est, ut non opus sit superstites genere poenæ adversus cadavera dehortari, sc. cum naturalis ratio ipsa homines à tali crimine dehortetur, nec naturali aliquo affectu ad facinus ejusmodi inclinemur; Longè magis extra scrupulum positi sunt illi casus, dum aliqui se ipsos interficiunt, aut causam mortis sibi præbent in necessitatibus; veluti si qui fortaliticium aliquod insigne vel naves magis accendant, & unâ pereunt, commodo Reip. quàm ut in potestatem hostium perveniant. Quis enim tales viros, si quæ ossa fortè vel reliquæ invenirentur, ab honore sepulturæ arceat. Idem dicendum, si captâ urbe, matronæ vel virgines honestæ, in mare aut flumen præcipientes se dare, quàm pudicitia ab hostili vi jacturam facere malint. Esto, quòd hoc arbitrium juxta morales aliquos Philosophos non sit omnino ex parte laudandum; certè non eam poenam merebitur, ut tam generosa pectora vel posito tali excessu, ubi sepeliendi copia sit, careant sepulturâ. Nolo patrocinium præstare se ipsos interficientibus, quasi rem licitam peragant; sed nego saltem, jure gentium iisdem interdiciendam sepulturam; præsertim si causa aliqua subfuerit, aut propter bonum publicum,

16

17

nam, aut propter honestatem semet  
occidendi; Razii exemplum vulgò  
improbant, ut ex *August. in epist. ad  
Dulc. & Lutheri Praefatione in libr. Mac-  
rob.* constat; non tamen inde sequi-  
tur, Razio mortuo debuisse denegari  
sepulturam. Othoni Imperatori cum  
semet ipsum post cladem Bedriacen-  
sem à Vitellianis acceptam interfe-  
cisset, funeralia habita & sepulchrum  
extructum legimus *apud Tacit. lib. 2.  
hystor.* quod genus mortis milites non-  
nullos imitatos fuisse, vel juxta ro-  
gum Principis vel in castris, non no-  
xâ vel ob metum, sed æmulatione  
decoris, idem auctor refert; quos cer-  
tè verosimile non est caruisse sepul-  
turâ ob illud factum, ex quo decus  
quanquam falsò promeruisse crede-  
bant. Breviter, *αὐτοψύχου* non esse  
causam privationis sepulturæ, ex di-  
ctis sat clarum esse arbitror; multò  
minùs si contingat ex causâ extre-  
mæ necessitatis, honestatis vel pu-  
blicæ utilitatis. Sic colligere licet,  
etiam id, quod in se illicitum est,  
miseratione humanâ, ac propter su-  
persitates, remitti mortuorum corpo-  
ribus; nihilominus manentes fune-  
rum distinctione. Nam qui ex causâ  
honestâ manus sibi intulit, ut Cato  
Uticæ cum pro Republ. contra Cæ-  
sarem in armis fuisset; privandus non  
est sepulturâ honestâ, etsi rectius fe-  
cisset injurias tolerando. Animosè  
*Arruntius apud Tacit. lib. 6. annal.* sua-  
dentibus amicis ulteriorem vivendi  
affectum, respondit: *sibi satis acatâ,  
nec aliud parandum, quàm quod inter lu-*

*dobria & pericula anticum finellam tolera-  
visset; dixi Sejanò, post Macroni, semper a-  
licui potentissimè injuriosus, non culpâ, sed ut  
flagitiorum impatiens, &c. prospicere se  
acrius servitium, eorù fugere simul acta &  
instantia. Qui verò temerarius, plantè* 20  
*est αὐτοψύχου, hunc quidem etiam, sed  
non tam honestâ sepulturâ hodiè tu-  
mulari videmus, ut aliqua maneat  
vel post mortem ignominia eos, qui  
temerè hanc vitæ stationem mani-  
bus violentis usi dereliquerunt; sicut  
& Plato voluit de H. l. 9. Diversum, ut  
diximus, si causâ subsit honestè mori-  
endi, vel suis manibus; quod non  
jure poli, sed externo gentium vero-  
simile arbitror. Pulchrè Cicero de mot-  
te Catonis lib. 1. Tuscul. quæst. inquit: Cato  
sic abiit à viâ, ut causam moriendi natum  
se esse gauderet; vetat enim dominans; ille  
in nobis Deus injuriosus hinc nos suo demigrare,  
cùm verò causam justam Deus ipse dederit,  
ut tunc Socrati, nunc Catoni, sapè multis,  
na ille medicus fidius vir sapiens, lætus ac  
his tenebris in lucem illam excesserit; nec  
tamen illa vincula carceris ruperit, sed tan-  
quam à magistratu aut aliquò possessate lo-  
gitimâ, sic à Deo evocatus atq; emissus exierit,  
hæc Cicero; alibi Lips. in epist. con- 22  
stantiam Arrianæ miratur, quæ  
maritum Ælium Pœtum consula-  
rem virum, quò minùs postea igno-  
miniosiore mortem pati cogere-  
tur, non admonuit tantùm, ut sibi  
manus inferret, sed exemplo præi-  
vit, cultro in pectus adacto, & viro  
his verbis ad imitandum porrecto:  
*Pete non doles; miratur inquam Lip-  
sius, miror & ego in fœmina mor-  
tis**

23  
 24  
 25

tis contemptum plus quam vitilem  
 quem uti lege Christianismi, imo  
 etiam naturæ non prorsus excusan-  
 dum puto, quia sc. *autem* talis expe-  
 ctare deberet carnificis ictum, vel  
 ut nocens pro poenâ, vel ut inno-  
 cens specie infortunii; sic commise-  
 ratione honestæ sepulturæ dignum  
 arbitror. Id genus enim judicja con-  
 venit homines relinquere, supremo  
 vitæ auctori Deo ter Optimo Maxi-  
 mo, cujus est judicare de his, qui  
 stationem vitæ, in quâ collocati  
 fuerant, immaturè dereliquerunt;  
 humanitatis interim jura cessare non  
 debent, & terræ communi matri  
 nihilominus committi corpora: hæc  
 de sepulchris extruendis nec prohib-  
 endis. Dicamus nunc etiam breviter  
 de altero membro principali nempe  
 de publicâ securitate & sanctimoniâ  
 sepulchrorum. Horum violatores  
 legibus Romanis cœntentur infamiâ  
*l. 1. ff. de sep. viol.* vel etiam poenâ legis  
 Juliæ *l. 8. ff. eod.* vel alioquin ex cir-  
 cumstantiis gravi aut capitali *l. fin.*  
*eod. vid. plur. Menoch. de arb. jud. quest.*  
*cap. 38. per tot.* Paulus tamen Jctus  
*in l. sepulchra 4. eod.* negat hostium se-  
 pulchra religiosa esse; qui textus per-  
 vincere videtur sanctimoniam sepul-  
 chrorum non jure gentium niti, con-  
 trâ quàm paulò antè diximus. Sed  
 in rei veritate, mores Romanorum,  
 quid illi sc. observent in hostilibus  
 sepulchris, recenset ibi Paulus, non  
 quid jus gentium dicitur; deinde  
 specialis est quæstio de hostium se-  
 pulchris, de quibus antè dictum;

generalis, de sepulchrorum jure in  
 universum, quibus jure gentium si-  
 ne dubio debetur religiosa sanctimo-  
 nia, ut *Grotius loc. prius alleg.* probatur  
 per plura gentium & probatorum  
 auctorum testimonia. Et esto Roma-  
 nis hostium sepulchra non religiosa  
 habita fuisse, quantum ad lapides  
 vel similes eorundem materias; fuere  
 tamen & in hostibus profectò invio-  
 labilia, cum jus tumulandi hostes  
 reciprocè legamus observatum inter  
 Romanos eorundemque hostes; sed  
 & Græcis, ut ex historiâ Thucydi-  
 dis discimus, perusitatum; Fateor  
 tamen, eâ in re inter hostes sæpè pec-  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100  
 101  
 102  
 103  
 104  
 105  
 106  
 107  
 108  
 109  
 110  
 111  
 112  
 113  
 114  
 115  
 116  
 117  
 118  
 119  
 120  
 121  
 122  
 123  
 124  
 125  
 126  
 127  
 128  
 129  
 130  
 131  
 132  
 133  
 134  
 135  
 136  
 137  
 138  
 139  
 140  
 141  
 142  
 143  
 144  
 145  
 146  
 147  
 148  
 149  
 150  
 151  
 152  
 153  
 154  
 155  
 156  
 157  
 158  
 159  
 160  
 161  
 162  
 163  
 164  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200  
 201  
 202  
 203  
 204  
 205  
 206  
 207  
 208  
 209  
 210  
 211  
 212  
 213  
 214  
 215  
 216  
 217  
 218  
 219  
 220  
 221  
 222  
 223  
 224  
 225  
 226  
 227  
 228  
 229  
 230  
 231  
 232  
 233  
 234  
 235  
 236  
 237  
 238  
 239  
 240  
 241  
 242  
 243  
 244  
 245  
 246  
 247  
 248  
 249  
 250  
 251  
 252  
 253  
 254  
 255  
 256  
 257  
 258  
 259  
 260  
 261  
 262  
 263  
 264  
 265  
 266  
 267  
 268  
 269  
 270  
 271  
 272  
 273  
 274  
 275  
 276  
 277  
 278  
 279  
 280  
 281  
 282  
 283  
 284  
 285  
 286  
 287  
 288  
 289  
 290  
 291  
 292  
 293  
 294  
 295  
 296  
 297  
 298  
 299  
 300  
 301  
 302  
 303  
 304  
 305  
 306  
 307  
 308  
 309  
 310  
 311  
 312  
 313  
 314  
 315  
 316  
 317  
 318  
 319  
 320  
 321  
 322  
 323  
 324  
 325  
 326  
 327  
 328  
 329  
 330  
 331  
 332  
 333  
 334  
 335  
 336  
 337  
 338  
 339  
 340  
 341  
 342  
 343  
 344  
 345  
 346  
 347  
 348  
 349  
 350  
 351  
 352  
 353  
 354  
 355  
 356  
 357  
 358  
 359  
 360  
 361  
 362  
 363  
 364  
 365  
 366  
 367  
 368  
 369  
 370  
 371  
 372  
 373  
 374  
 375  
 376  
 377  
 378  
 379  
 380  
 381  
 382  
 383  
 384  
 385  
 386  
 387  
 388  
 389  
 390  
 391  
 392  
 393  
 394  
 395  
 396  
 397  
 398  
 399  
 400  
 401  
 402  
 403  
 404  
 405  
 406  
 407  
 408  
 409  
 410  
 411  
 412  
 413  
 414  
 415  
 416  
 417  
 418  
 419  
 420  
 421  
 422  
 423  
 424  
 425  
 426  
 427  
 428  
 429  
 430  
 431  
 432  
 433  
 434  
 435  
 436  
 437  
 438  
 439  
 440  
 441  
 442  
 443  
 444  
 445  
 446  
 447  
 448  
 449  
 450  
 451  
 452  
 453  
 454  
 455  
 456  
 457  
 458  
 459  
 460  
 461  
 462  
 463  
 464  
 465  
 466  
 467  
 468  
 469  
 470  
 471  
 472  
 473  
 474  
 475  
 476  
 477  
 478  
 479  
 480  
 481  
 482  
 483  
 484  
 485  
 486  
 487  
 488  
 489  
 490  
 491  
 492  
 493  
 494  
 495  
 496  
 497  
 498  
 499  
 500  
 501  
 502  
 503  
 504  
 505  
 506  
 507  
 508  
 509  
 510  
 511  
 512  
 513  
 514  
 515  
 516  
 517  
 518  
 519  
 520  
 521  
 522  
 523  
 524  
 525  
 526  
 527  
 528  
 529  
 530  
 531  
 532  
 533  
 534  
 535  
 536  
 537  
 538  
 539  
 540  
 541  
 542  
 543  
 544  
 545  
 546  
 547  
 548  
 549  
 550  
 551  
 552  
 553  
 554  
 555  
 556  
 557  
 558  
 559  
 560  
 561  
 562  
 563  
 564  
 565  
 566  
 567  
 568  
 569  
 570  
 571  
 572  
 573  
 574  
 575  
 576  
 577  
 578  
 579  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 590  
 591  
 592  
 593  
 594  
 595  
 596  
 597  
 598  
 599  
 600  
 601  
 602  
 603  
 604  
 605  
 606  
 607  
 608  
 609  
 610  
 611  
 612  
 613  
 614  
 615  
 616  
 617  
 618  
 619  
 620  
 621  
 622  
 623  
 624  
 625  
 626  
 627  
 628  
 629  
 630  
 631  
 632  
 633  
 634  
 635  
 636  
 637  
 638  
 639  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 1000



Pauli Emiliæ, & M. Marcelli con-  
 fulum corpora sepulture tradidisse  
 fertur; observatus idem in C. Fla-  
 minio, ut Livius testatur, si inqui-  
 28 stant invenisse. Superbum & bar-  
 baricum esse viderur, mortuorum  
 corporibus ad insolentiam & o-  
 stentationem victoriæ; quod Philis-  
 tæos legimus fecisse Saulo Regi &  
 filiis 1. Sam. c. ult. item Xerxem Per-  
 sarum Regem, Leonidæ ad Ther-  
 mopylas interfecto, cujus corpus  
 cruci affigendum curavit, teste He-  
 rod. in Polymn. Generosius Pausanias,  
 ad Platæam victor, cum ipsi suaderetur,  
 ut simile quid faceret cadaveri  
 Mardonii Persarum Ducis, ibi acie  
 victi cæsique, vicem reddere noluit,  
 quodd judicaret, id barbarorum esse;  
 Herod. in Calliope. Hodienam sanè bar-  
 baris nationibus Tartaris, Turcis,  
 & similibus, sævitiam istam in cada-  
 vera mortuorum hostium usitata ap-  
 parent, non Christicolis & genti-  
 bus cultioribus. Cæterum in victore  
 29 respectu hostium occisorum optime  
 distingui videtur, num ipsi incum-  
 bere dicamus, gentium aliquâ obli-  
 gatione, procurare sepulchra; an ve-  
 rò non prohibere; Prius ex lege hu-  
 manitatis est, non stricto jure genti-  
 um, quo hostem hosti non oportet  
 facere amica, sive consideres mor-  
 30 tuum sive vivum; sed Evangelicâ  
 lege apud Matth. c. 5. satis clarè do-  
 cemur contrarium; neque id mi-  
 rum, quia Christus obliterata ferè  
 humanitatis jura in humano genere,  
 doctrinâ & exemplis, restauratum

ivit. Quid enim aliud sibi vult Chri-  
 stianorum illa dilectio communis,  
 nisi ut omnibus vel amicis vel hos-  
 31 bus benè faciamus? Christus sanè  
 apud. Matth. d. c. 5. vers. 44. non ami-  
 cis tantum, sed & inimicis benefa-  
 ciendum monet, & vers. seq. ratio-  
 nem reddit, quodd alioquin delectio  
 non sit futura perfecta, cum homi-  
 nes etiam peccatores, ut publicani,  
 amicos ament, inimicos odio habe-  
 ant, quæ verò major delectio sit,  
 quàm suprema illa erga mortuos, qui  
 jam rependere humanitatis & pieta-  
 tis officia nequeunt, pietas? Ex qui-  
 bus nisi fallimur, apparet exemplum  
 32 Alexandri Magni, Regio funere Da-  
 rium ejusq; antea in captivitate mor-  
 tuam conjugem sepeliri jubentis,  
 item superiora Annibalis & alia Ro-  
 manorum, non ex stricto jure genti-  
 um esse, sed ex virtute, quam illi  
 generositate quadam civili exercue-  
 runt, Christiani autem lege Evange-  
 licâ & ex præcepto Christi veneran-  
 tur. Verùm ut non prohibeat quis ho-  
 stiliùm cadaverum funera, etiam ju-  
 ri gentium congruum videtur; quâ  
 de causâ tumulatio non neganda pe-  
 tentibus; inter cives utrumque &  
 procurare funera & non prohibere  
 sepulturas, ex antea deductis ju-  
 stum est, quanquam non omnibus  
 patri, marito, & similibus perso-  
 nis necessariis, vel hæredibus; cæte-  
 ris verò extraneis haud æquè; qui-  
 bus tamen, si spontè quid impen-  
 33 dant in funus, jure Romano prodita  
 funera

32 funeraria actio, quâ impensas funera-  
les ab hæredibus, vel illis, ad quos  
ea res pertineret, repetere possint; &  
quidem cum privilegio præferentis  
adversus res alienum *L. pen. ff. de relig.  
& sumpt. fun.* Verosimile sc. est, cre-  
didisse prudentissimos legumlatores,  
res alienum intelligendum deducto  
eo, quod tumulandis corporibus le-

ge quadam humanitatis communi  
deberetur; nec audiendos, qui ad  
contractus, pacta, vel alias privato-  
rum dispositiones provocarent; cum  
publica fortis humanæ obstat misera-  
tio, necessitas, vel utilitas; sed hæc  
paucis ad nostram materiam dicta  
sufficiant.



## CAP. XVI.

## De bello in genere ejusque requisitis

*Summaria.*

*Num. 1. Belli descriptio ex Cicerone & Grotio. 2. & 3. bellum privatam non est bellum proprie dictum. 4. bellum mixtum verè tale non datur. 5. nec bellum civile nec publicum non solenne jure gentium vera bella sunt. jung. 13. 14. & 15. item 25. & 26. 6. belli veri definitio. 7. magicis artibus pugnare aut hostem veneno tollere non licet. 8. & 9. ad bellum requiruntur causa justa, publica potestas, & indictio. 10. belli recta intentio praesumitur ex justa causa. 11. & 12. quatenus sit necessaria jure gentium vel in foro conscientiae. n. 16. 17. 18. & 19. Grotii argumentis responderetur pro bello publico non solenni adductis. 20. & 21. Bellum quibus casibus sine potestate Majestaticâ permissum dicatur. n. 22. casus hi reducuntur ad terminos regulae. 23. & 24. subditi praetextu denegata vel protracta justitia non debent arma movere. n. 27. bellum foederatarum rerumpublicarum rupto foedere non est civile sed bellum proprie dictum. 28. Secus bellum inter reges vel principes, qui uni imperio praesunt divisâ per regiones administratione. 29. 30. & 31. Quid si perpetua sit facta divisio. 32. belli causa & indicendi formae connectuntur. 33. bellorum distinctio in defensiva & offensiva declaratur.*

**B**ellum à Grotio lib. 1. de jur. bell & pac. c. 1. §. 2. describitur : *status per vim certantium quâ tales sunt*, quâ ipsâ descriptione etsi à Cicerone, qui *bellum certationem per vim esse dixit*, quadantenus dissentiat Grotius, quatenus nimirum non actum secundum certaminis, sed statum generis loco rectius ponit, utraque tamen isthæc descriptio in effectu collinat ad idem, nempe homines cum versantur in eo vel statu vel actu exercendæ invicem violentiæ, in bello constitutos, illamque ipsam mutæ of-

fensionis conditionem videri bellum. Ast verò bellum in hac significatione justo latius accipitur, comprehendit enim ea etiam violentorum certaminum genera, quæ non nisi improprie belli nomine veniunt, ut bellum privatam, quantumvis enim Grot. in d. §. 2. hoc ipsum communem velit naturam habere cum bello publico, contrarium tamen perpenis circumstantiis verius est, nam 1. privati bellum gerere ex regulâ permissum non est, ergò neque admittendum bellum privatam 2. etsi quibusdam casibus (quos

(quos quidem infra considerare placet) arinis certare privatis licet, tamen facultas illa certandi retinet naturam defensionis simplicis, quâ de re supra egimus, aut publicæ legis vel concessionis auctoritate nititur, ut veterum hastiludia equestria, quæ torneamenta vocant & singularia certamina adversus hostes provocantes, qualia tamen haudquaquam referri debent inter species belli propriè dicti, quod ex jure gentium secundario originem trahit, hinc monomachias, duella, & quascunque privatas pugnas à ratione veri belli unâ litorâ excludimus *add. dn. Felbing. disp. de bell. th. 19. præfertim 3.* quia non habent veros effectus in bellis jure gentium introductos, ut captivitates, redemptiones, postliminia &c. de quibus infra agendum est, cui bono igitur privati belli consideratio tanquam speciei distinctæ suscipietur sine effectu futura? Et consequenter neque <sup>4</sup> bellum mixtum, quod partim sit publicum, partim privatum, de quo *Grot. d. l. 1. c. 3. §. 1.* concedi poterit, si enim non datur simplex species belli privati vera, neque poterit admitti bellum illud mixtum. deficiente sc. altero illo simplici, ex quo & bello publico præsupponitur coalescere, undè quod mixtum ponunt bellum, si verum bellum est, tantum erit publicum *conf. Dom. Ziegler. in not. ad Grot. d. l.* quod pertinet etiam responsum Ulpiani *in l. hostis. ff. de capt. & postlim.* Ubi ad veros belli effectus requiritur hostes esse ex utràque parte, ut sic ubi ex unâ parte non sunt veri hostes ut in bello mixto, verum etiam & propriè dictum bellum nequeat subintelligi; hoc amplius bellum civile & pub-

licum quoque non solenne, quod à magistratu iudici tradunt, à naturâ veribeli segregandum censeo, quod ipsum morè evidentius apparebit ex justî verique belli definitione ac requisitis. Poterit igitur hæc præmissis *bellum plenius definiri statuta licita defensionis hostilis ex justâ causâ inter potestates regias vel quasi publicâ auctoritate indictus*; dixi bellum esse *statum licita defensionis hostilis*, quia non solâ certatione per vim hosti nocere permissum, sed stratagematibus etiam atque dolis, juxta vulgatum illud: *dolus an virtus*, quis in hoste requirat, modò tamen hostiles actiones alioquin non repugnent legi divinæ vel honestati naturali; hinc magicis artibus pugnare, aut hostem per veneni insidias corruptis ad hoc hominibus interficere, nefas est, quâ in re exstat laudabile præcæ Romanorum virtutis exemplum de Pyrrho rege, quem cum exercitum victoriosum in Italiâ haberet, noluerunt Romani ex insidiis ejus, qui ad eam rem se ultro obtulerat, veneno occidere, sed scelustum hominem Pyrrho remisertunt; addidi in definitione *ex justâ causâ*, quoniam sine causâ justitiâ bellum inchoare non licet, ut potest dicitur, deinde subjeci; *inter potestates regias vel quasi*; regum enim vel his familem potestatem habentium est bellum gerere, non privatorum; tandem sequuntur verba: *publicâ auctoritate indictus*, bellum namque requirit ritè factam indictionem, & fit quodammodò ex consensu, uno indicente, altero acceptante, quæ quidem acceptatio num expressè fiat, ut in bello Punico secundo à Carthaginensibus, an verbò tacitè, si sc. causis & gravaminibus belli

Ab alterâ parte non satisfiat, ut in bello Peleponnesiaco Atheniensibus imputatum, hæctenus non multum refert; nam & qui causas belli non tollit nec amicabile ratione patitur gravamina transigi, consentire utique videtur in statum hostilem tanquam ultimum inter reges & gentes decidendarum controversiarum remedium. Ex his autem difficile non est colligere belli propriè sic dicti requisita, quæ tria sunt (1.) potestas regia vel quasi belligerantium (2.) causæ justitia, (3.) publicæ auctoritatis indictio. Hoc tertium belli requisitum omisit d. Thomas in. 2. *secunda quæst. 40. art. 1. & loco ejus substituit aliud, nempe intentionem bellantium rectam, quâ intendant vel bonum promovere vel malum evitare; aut requisitum hoc etsi in severum videtur, jam inclusum est in secundo, nempe in causâ belli justâ, qui enim talem habet, præsumitur velle evitare gravamina propter quæ bellum, cum altera pars admonita non satisfaceret, inchoatur, & rursus consequens inde bonum & licitum commodum vult promovere, nimirum ut æqua pax, quando aliter obtineri non potest, bello & armis quæritur. Ergo causæ belli justitiâ implicitè continere videtur rectam belligerantis intentionem; quòd si quis fortè instet, belligerantem quandoque habere justam causam belli propter eam tamen non ad arma fuisse deveniturum nisi odio vel irâ extimulatus esset, atque adedò distinguì possit justitiam causæ ab intentione recta bellantium: huic respondeo id procedere demum in foro conscientiæ, quale forsitan respexit Thomas Aquinas, non verò quoad jus gentium externum, nam*

quemadmodum privati verum debitum possunt exigere ex odio debitoris, sine quo non tam rigidè exegissent, hoc ipso tamen injustè non agunt, quantum ad forum externum, quia suum petunt, sed tantum coram Deo & in foro conscientiæ, sic jure externo gentium, regibus vel potestatibus licitum est suum repetere, ac ni satisfiat ex justâ causâ bellum denunciare, quamvis ad hoc bellum odium vel ira simul extimulet, quæ extimulatio vitiosa est in conscientia, sed bellum tamen non facit injustum de jure gentium. Cæterum ex primo illo requisito summæ vel analogæ potestatis, facile colligitur, non omne bellum publicum quod vocant, accuratè loquendo verum bellum esse, & imprimis bellum publicum non solenne, quod magistratus jure geri opinatur *Grotius d. c. 3. §. 1. excludendum censeo cum dom. Zieglero ibid. in not.* Neque leve ad eam rem probandam argumentum adduci posse arbitror, ex ipso *Grotio d. c. 3. §. 4.* ubi scribit: *fermè omnium populorum legibus cautum esse, ne bellum geri possit, nisi si auctore eo, qui summam in cruce potestatem habeat, & paulò post §. 5. inter cætera exemplum affert Cn. Manlii à legatis suis justè accusati, quòd populi Romani injussu bellum Gallo-Græcis intulisset; quòd si ita est, prout verè se habet, & gentium quoque moribus convenit, non video sanè, quomodo adhuc defendere possit Grotius bellum publicum, quod jure gentium competat magistratui; nam si gentes omnes aut fermè omnes eo jure utuntur, ut sc. bellum pro vero bello non habeatur, quod auspiciis meri magistratus geritur, ergò*

15 tale bellum jure gentium non erit verum bellum, maximè quia jure gentium illud demum bellum justum ac verum est, quod auspiciis illius vel illorum suscipitur, cui vel quibus jus belli competit ex legibus vel consuetudine suæ Reip. v. g. non est justum aut verum bellum inter Germanos & Gallos nisi eorum nomine vel auspiciis gestum, qui potestatem belli in Germania vel Gallia habent, h. e. nomine Imperatoris & ordinum Imperii, itidemq; nominis regis Galliarum, & sic in similibus; si igitur hoc ferè in universum ita obtinet, apparet gentes voluisse, non penes alium, quàm penes regem vel Principem aut superiores potestates debere esse jus belli, adeoque non dabitur jure gentium bellum publicum, quod à magistratu solo ejusve auspiciis geratur. Neque stringunt adeò, quæ in contrariam partem *d. l.* affert Grotius. primò enim, ctsi, ut ipse ait, licitum sit magistratibus jurisdictionem suam vi & armis defendere, hoc tamen non necessariò infert jus belli contra externos sed potius facultatem coercendi subditos quasi rebelles fuerint, armis poterunt ad obsequium revocari, non tamen ille armorum usus contra subditos erit verum bellum, ut *sino-*  
 16 *stra* etate prorex Neapolitanus arma movit contra Messinenses, bellum verum non fuit, quia non veri hostes sed subditi, idemq; in similibus, quòd si conjuncti sint veri hostes rebellibus subditis vel civibus, ut Mithridates Ponti rex, olim Sertorio, Germani nostri Classico ac Civili ducibus Romanis, aut proximis annis Galli Messinensibus, cum subditis vel civibus bellum verum jure gentium tale non est,  
 17 sed cum hostibus conjunctis. Quin

tutius ac melius facient gubernatores vel præfides, si ubi periculum armorum metuunt, & adhuc consulendi copiam habent, rem deferant ad regem vel principem suum, priusquam dubium certamen subeant; planè de jure Romano res clara est ne quis inconsulto Principe arma moveat, idque ex Valentiniànâ constitutione *in l. un. C. ut arm. us.* quæ regula, quin jure quoque gentium obtinere dicatur, nihil est quod repugnet; Nec exempla Grotii *d. l.* pro contraria parte ad rem faciunt, nam quod attinet  
 18 ultimam voluntatem, quæ jure civili alia est justa & perfecta, ut testamentum, alia imperfecta ut codicillus, illa equidem in se vera est distinctio, minus recte tamen hinc sustinetur vel illustratur divisio belli publici in justum sive solenne & non solenne, si quidem hoc ab illo differt, ex mente Grotii non tantum minoris solenitatis intuitu ut codicillus à testamento, sed respectu causæ efficientis, cum ex hypothesi Grotianâ alia sit potestas, quæ bellum gerit solenne, nempe suprema vel regia & alia inferior, sive magistratuum potestas, quæ bellum publicum decernit non solenne; at in testamentis & Codicillis, contra se res habet, nam qui Codicillos potest facere, potest etiam testamentum condere & contra; Deinde neque huc facit exem-  
 19 plum contubernii servilis respectu matrimonii inter homines liberos, quasi illud bello minus solenni, hoc verò solenni respondeat, quia de jure civili contubernium planè non meretur nomen matrimonii, ergò illo jure non potest similitudine eorundem inter se declarari bellum publicum solenne ac minus solenne;

ꝛꝛ ꝑꝑ quòd si de jure naturæ vel Canonicò hoc exemplum intellectum velit Grotius, coniunctiones serviles sive vinculi sive solennitatum ratione habentur pro justis matrimoniis, non minus, quàm liberorum hominum conjugia. *conf. tit. x. de conjug. serv.* Ergò rursus hinc non rectè explicatur divisio belli publici in solenne ac minus solenne, quippe, cum constet & fateatur ipse Grotius hæc plurimum differre præsertim in effectibus, quid quod exempla qualiacunque declarare juxta regulam possint, non verò probare prædictam Grotii sententiam, quæ facilius concedi potuisset, si tantum formulam indicendi belli magis minusve solennem, non vero aliam atque aliam potestatem profundamento præsupponeret; enumerant tamen casus aliquos, in quibus jus belli aliis potestatibus competere videatur nimirum (1.) si inferiores ex legitimâ consuetudine vel privilegio habeant illud, ita docet *Molina. de just. & jur. disp. 100. n. 11.* item (2.) si rex vel Princeps faciat contra leges regni vel principatus fundamentales, sub quibus sc. ad imperium pervenit, quod superiori seculo confœderati Belgii ordines Philippo secundo Hispaniarum regi objecerunt, ut suprà dixi ex Metterano. Verum hoc ipsum ob magnum periculum, quod subversatur aut planè non, aut non nisi ex evidenti & maximâ causâ est recipiendum, alias imperia ex variis prætextibus facilè subverterentur. (3.) quando rex vel Princeps superius non administraverit justitiam, tunc etenim inferioribus pro reparatione damni inter sese videtur competere jus belli juxta *Molin. d. l. n. 12.* Quibus (4.) ad-

di potest casus, ubi Princeps aliquis vel populus est in quasi possessione supremæ potestatis, si vel maximè jus ejusdem plenarium præscriptione vel alio modo nondum acquisiverit, argumenta sumi possunt ex his quæ de supremo imperio suprà disserui Denique (5.) huc primâ facie referendas existimabis potestates, quæ habent jus majestati analogum vel subordinatum, ut Principes Imperii, quamvis belli offensivi exercitium inter ipsos sanctiones pacis publicæ regulariter prohibeant. Verum hi casus & 22 si qui sunt alii similes non incommodè reduci possunt ad terminos regulæ, negavimus enim hæctenus, potestatem belli gerendi jure magistratus competere, aut ubi adest belli gerendi concessio vel privilegium à supremâ potestate indultum, aut ubi observantia diuturna vel consuetudo, quæ tacitam concessionem infert, tale jus attribuit, item ubi ob contraventionem legum fundamentalium in personâ regis jus regni resolvitur ac tacitè in ordines recidit, nec non ubi adest quasi possessio supremæ potestatis, vel jus majestati analogum, jam minimè manet bellum mero jure magistratus, multò minus privatorum auctoritate æstimandum; non igitur mirum, si bellum à tantis potestatibus publicis indictum cæteris paribus jure gentium habendum sit pro vero bello; de solo casu tertio 23 superest scrupulus, quia iis terminis sine concessione, qualitate vel ullo caractere supremæ potestatis videtur inferioribus ac privatis tribui jus belli, sed de veritate hujus casus tertii ego valdè dubito, esto enim, quòd ob denegatam vel protractam justitiam liceat inferioribus

vim adhibere, ut suum consequantur (quæ res ipsa utcumque se habeat, ob Reip. periculum parè admodum probanda) tamen vis isthæc esset sine naturâ veri belli, utpote destituta veris bellis effectibus, quibus licet hostem capere vel interficere, cum ad summum violentia illa competere possit ad obtinendum armis id, quod sibi debetur, idque propter defectum iustitiæ in supremo principe, quanquam si quis omnino cum *Molinâ d. l.* sentiat verum tali casu ac licitum bellum moveri, adhuc reponi possit fuisse concessionem belli saltem tacitam, ex quo enim rex vel princeps absolutus non administrat justitiam sibi subjectis, videretur ex hypothese potestatem belli tacitè concedere, sed mihi eam vim subjectorum inter se non ita licitam nec pro vero bello habendam existimanti, responsione illa opus non est. Ex his sequitur, quod neque in casibus ex mente *Molinæ* atque aliorum exceptis quos modò retulimus magistratus quâ talis aut subditi, quâ tales decernere possint bellum propriè dictum, sed quatenus in iisdem icon supremæ potestatis quodamodò residet, vigore cujus magistratus jure regis, subditi autem jure liberi populi utantur, & ea specie conditionem suam mutant. Quapropter jam constat distinctionem belli, in bellum supremæ potestatis & magistratus, quorum illud publicum solenne, hoc non solenne vocant penitus corrumpere, quia non datur bellum jure magistratus propriè loquendo, uti hæctenus ostendimus, & per easdem rationes bellum civile jure gentium rejicimus, esse enim videri queat, quod in hujusmodi

bello publica auctoritas interveniat, veluti cum olim *Marius & Sylla, Julius Cæsar & Pompejus, Augustus & Antonius, Otto item Vitellius & Vespasianus* aliique postea Principes funestis armis inter se decertarunt, tamen reverà secus est, quia tali casu respublica in partes atque factiones scissa esse solet, quibus invicem concertantibus & singularim consideratis uti non est jus summæ potestatis utpote in Rep. individuum, sic mutua civium arma jure gentium habenda non sunt pro vero bello, hinc bellum civile *Cæsar* & *Pompeii* eleganter *Lucanus* vocat *commune nefas*, dum ait; *commune nefas totis concussi viribus orbis, in commune nefas* &c. quo intuitu & *Ulpian. in l. si quis ingenuam §. 1. ff. de capt. postlim.* denegat bello civili jura captivitatis & *postliminii*; idem sentit *Gros. de jur. bell. §. pac. lib. 3. c. 6. §. 27.* ut meritò excell. *dom. Felbing. in d. dissert. de bell. lib. 16.* asseruerit, divisionem belli in externum & civile esse æquivoci in æqui vocata, ac bellum civile propriè bellum non esse. Sed queritur, an bellum inter resp. foederatas rupto foedere civile dicendum sit nec ne? Verum bellum tunc esse puto, quia hinc inde geritur auspiciis diversarum rerumpubl. & cum summo imperio; diversum putem de bello inter Reges vel Principes si divisim regionibus uni imperio præsent, hinc bellum *Sexti Pompeii Siciliæ imperantis cum Augusto*, & bellum *Constantini Imperatoris adversus Licinium*, cui Romanum Imperium in partibus orientis ex pactione obvenerat civilia puto, unitas enim Imperii efficit, ut divisio administrationis inter Principes



elpes per regiones facta non tribuat  
 jus veri belli invicem gerendi, hæc  
 in temporali admnistrationis supremæ  
 divisione, non eodem jure arbitror ef-  
 29 se Imperium in plures Principatus vel  
 regna totaliter & perpetuò divisum,  
 five divisio fiat ex pacto, five si secun-  
 dum Imperii naturam id liceat (quâ de-  
 re suprâ) ex testamentariâ dispositione,  
 hinc non dubitandum, potuisse Caro-  
 lum Magnum occidentis jam avulsi  
 Imperatorem verum bellum gerere cum  
 Græcis Imperatoribus orientis, idem  
 affirmo de Ludovici pii Imperatoris fi-  
 liis Lothario Ludovico & Carolo quòd  
 invicem bella gerere potuerint ex quo  
 Francorum potentia in tria distincta  
 30 regna Italiæ, Germaniæ & Galliæ divi-  
 sa fuit; bene tamen hæc in re distin-  
 gnere debemus jus perpetuæ divisionis  
 regnorum vel Principatuum à divisione  
 mæra administrationis quamvis per  
 plures successores observatâ e. g. cum  
 inter filios Theodosii primi Imperatoris  
 Arcad. & Honor. imperium Romanum  
 divideretur, ut oriens Arcadio, occi-  
 dens Honorio cederet, eaque etiam di-  
 visio in utriusque successoribus impe-  
 rii perstaret, crediderim bella illorum  
 si qua invicem movissent non nisi ci-  
 vilia dicenda fuisse, qualia prius ex-  
 arserant inter Constantini Magni filios  
 Constantem & Constantinum imperio  
 pariter diviso, nam reverâ Imperato-  
 res illi, etsi divisim imperii partibus im-  
 peraverint, realem imperii ipsius uni-  
 tatem non sustulerunt, quippe  
 cum leges per orientem & occiden-  
 tem valituras tulerint communi &  
 indivisâ auctoritate quod non fitin-

regnis perpetuo jure divisim vel separa-  
 tis, ergo si eadem qualitas duraret in  
 successoribus, semper conservaretur  
 unitas imperii in se, & consequenter  
 eadem quoquè maneret ratio belli, præ-  
 cipuè quia eodem argumento indivisæ  
 legislatoris potestatis respectu totius  
 imperii cives quoque sine distinctione  
 partium regni tales hinc inde esse vi-  
 dentur, inter quos non nisi civile bel-  
 lum locum habere poterit. Missis au-  
 tem hisce nunc quodque de justâ belli  
 causâ, secundo sc. principali requisito  
 dicendum foret, verum quoniam ea  
 res paulò pensiculatoris venit examina-  
 32 ganda, sequenti capiti eam placuit re-  
 servare, & simul ob connexitatem de  
 indicendi belli vel clarigationis formâ  
 disserere, nam si justam ad bellan-  
 dum causam habenti non ultrò vel  
 amicabili ratione statisfat, subsequi  
 solet belli indictio ut ex historiis vete-  
 rum & modernis quoque regum gen-  
 tiumque actis elucescit, de cætero su-  
 perioribus felicitior est & magis tenenda  
 bellorum divisio, quâ, ratione causæ  
 finalis in offensiva & defensiva discerni  
 solent, quemadmodum enim justâ ex  
 33 causâ armis sese defendere licet per spe-  
 ciem belli, quâ de re legati Atheni-  
 ensium in Senatu Spartano ad judicia  
 provocantes, si iis non relinqueretur  
 locus nomine suæ Reip. protestaban-  
 tur, fortiter bellum propulsum iri,  
 quòd Spartani contra fœdera inciperent  
 apud *Thucyd. lib. 1. de bell. Peleponnes.* Sic  
 quoque alium regem vel gentem justis  
 ex causis bello primum aggredi vel præ-  
 venire permissum est, quale genus of-  
 fensivi belli commemorat Annibal se

Romanis & Italiae intulisse, in orat. ad milites suos apud Liv. lib. 21. histor. ubi ita inquit: inferimus bellum infestisque signis descendimus in Italiam tanto audacius fortiusq; pugnaturi, quanto major spes, majorq; animus est vim inferentis, quam arcentis,

quorum equidem bellandi generum, sive per speciem defensionis, sive invasionis passim obvia sunt exempla, interim pro penso nostricapitis hactenus dicta sufficiant.

## CAP. XVII.

### De justis bellorum causis & formâ clarigationis.

#### Summaria.

1. Belli causæ justificanda duo sunt necessaria. 2. belli ratio, secluso jure & equo perstringitur. 3. belli justitia deficit ex amicabile satisfactione. 4. belli offensivi distinctio, à sine. 5. & 6. belli causa alia justifica alia suaforia. 7. & 8. belli causa intentione moventis justifica confundi non debet cum verè justâ. 9. belli causa ex mente Grotii unde deducantur. 10. belli causa vel ad corporis, vel fama, vel rerum lesionem referenda. 11. belli justâ causa nascitur, sive rex vel respublica, sive subditi inferant alteri parti injuriam 12. injuria atrox regi vel reip. illata, justam præbet causam belli. 13. belli causa ob lesionem rerum latissimè patet. 14. belli offensivi causa ex Molina referuntur septem sed ad superiores reduci possunt. 15. usque 20. inclus. bellum indicere an liceat ex causâ dubiâ, distinctè resolvitur. 21. usque 27. inclus. belli causa an justâ esse possit ex utrâque parte? 28. belli causarum justificarum tres species. 29. regum gentiumque controversiâ alio quàm armorum remedio dirimere expedit. 30. & 31. Bellum an justè moveatur gentibus Mahometanis vel Eschnicis ob sequiorem religionem? 32. usque 36. belli justâ causa an sit denegatio transitus per regnum vel provinciam. 37. usque 40. bellum gesturo contra tertium quatuor conditionibus præviis transitus negari nequit. 41. Sion Amorceorum regis exemplum negantis transitum populo Israelitico in terram Canaan. 42. 43. & 44. Bellum an justum sit contra Turcas vel Saracenos ob detentionem terra sanctâ? 45. belli justam causam

*factum non præbet titulus universalis imperii nec alii diversi prætextus. 46. 47. & 48. bellum defensivum an & quatenus justam causam requirat? 49. belli publica indictio necessaria est, qua olim per legatos vel fœdales fieri consuevit. 50. 51. & 52. indictio belli hodiernis gentium moribus quomodo fiat? 53. belli denunciatio duplex pura & conditionata. (Grotio clarigatio.) 54. indictio belli hosti principali facta extenditur accessorie ad socios.*

**A**D justitiam causæ belli, ejus proximo capite mentio facta est, duo sunt generaliter necessaria nempe (1.) in sine gravamen bellum moventi illatum, (2.) denegatio reparationis à parte alterâ, nec enim promiscuè ob quamlibet causam vel læsionem levem prorumpendum est ad bellum, propter majora mala, quæ hinc sequuntur & existimandum voluisse gentes, ut minores injuriæ ad tempus potius perferantur, dum commodior reparationis aut vindicationis sese exhibeat occasio, quàm ut statim ad extremum armorum remedium deveniretur, qui igitur vel verè læsus non est vel modicè, non habet justam belli causam, & ab omni jure gentium prorsus abhorret perperam sic dicta ratio belli, quæ sibi persuasum aliqui habent, omne illud licitum, quod status belli felicius perficiendi videtur deposcere posthabito omni æquitatis respectu, qui adedè perversè non belli justitiam, ut jura gentium volunt, ex causâ metuntur, sed ex beneplacito belli gerendi æstimant remedia, hinc monstrum abominabile raison du guerre originem trahit, non absimile Brenni antiquissimi Gallorum Regis juri naturali, qui à Romanorum legatis,

cur Clusium obsideret interrogatus, jure naturali, respondit, se id facere, quo minus fortis potentiori cedere jubeatur; uti refert Claud. Cantuuncula in epist. nunc. paraphr. inst. præmissâ, paulò aliter Liv. lib. 5. histor. sanè populationes agrorum in territorio amico vel neutrali, militum excursiones, deprædationes, hospitationes, collectæ extortæ, & quicquid insolentiæ contra jus, fas, & æquum arma improba committunt, huic deastræ potissimâ ex parte debetur. Porro quantumcunque sit gravamen, si pars inferens amicabili ratione illud reparet, vel desuper caveat nec in morâ sit spontaneæ satisfactionis, deficit justitia causæ belli; notandum verò dupliciter reparari posse gravamen vel in naturâ, vel per æquivalentiam, quando que enim res manet prorsus in eodem statu, & tunc restitutio ipsius rei sufficit, ut si quid bonorum ablatum fuerit, & auferens paratus sit ad restituendum, sc. cum fructibus & refusione damnorum, quandoque non manet in eodem statu, tunc restitutio per æquivalentiam sufficit, quod pro diversitate casuum fit, vel per pecuniariam æstimationem, si res eandem suscipiat, vel genere pœnæ in auctoribus delicti,

b

aut

32 funeraria actio, quæ impensas funera-  
les ab hæredibus, vel illis, ad quos  
ea res pertineret, repetere possint; &  
quidem cum privilegio præferentiæ  
adversus res alienum *l. pen. ff. de relig.  
& sumpt. fun.* Verosimile sc. est, cre-  
didisse prudentissimos legumlatores,  
res alienum intelligendum deducto  
eo, quod tumultu corporibus le-

ge quadam humanitatis communi  
deberetur; nec audiendos, qui ad  
contractus, pacta, vel alias privato-  
rum dispositiones provocarent; cum  
publica fortis humanæ obstitet misera-  
tio, necessitas, vel utilitas; sed hæc  
paucis ad nostram materiam dicta  
sufficiant.



## CAP. XVI.

## De bello in genere ejusque requisitis

*Summaria.*

*Num. 1. Belli descriptio ex Cicerone & Grotio. 2. & 3. bellum privatam non est bellum proprie dictum. 4. bellum mixtum verè tale non datur. 5. nec bellum civile nec publicum non solenne jure gentium vera bella sunt. jung. 13. 14. & 15. item 25. & 26. 6. belli veri definitio. 7. magicis artibus pugnare aut hostem veneno tollere non licet. 8. & 9. ad bellum requiruntur causa justa, publica potestas, & indictio. 10. belli recta intentio praesumitur ex justa causâ. 11. & 12. quatenus sit necessaria jure gentium vel in foro conscientie. n. 16. 17. 18. & 19. Grotii argumentis responderetur pro bello publico non solenni adductis. 20. & 21. Bellum quibus casibus sine potestate Majestaticâ permissum dicatur. n. 22. casus hi reducuntur ad terminos regulae. 23. & 24. subditi praetextu denegata vel protracta justitia non debent arma movere. n. 27. bellum foederatarum rerumpublicarum rupto foedere non est civile sed bellum proprie dictum. 28. Secus bellum inter reges vel principes, qui uni imperio praesunt divisâ per regiones administratione. 29. 30. & 31. Quid si perpetua sit facta divisio. 32. belli causa & indicendi formae connectuntur. 33. bellorum distinctio in defensiva & offensiva declaratur.*

**B**ELLUM à Grotio lib. 1. de jur. bell. §. 1. *pac. c. 1. §. 2.* describitur: *status per vim certantium quâ tales sunt, quâ ipsâ descriptione etiam à Cicerone, qui bellum certationem per vim esse dixit, quadantenus dissentiat Grotius, quatenus nimirum non actum secundum certaminis, sed statum generis loco rectius ponit, utraque tamen isthæc descriptio in effectu collinat ad idem, nempe homines cum versantur in eo vel statu vel actu exercendæ invicem violentiæ, in bello constitutos, illamque ipsam mutæ of-*

*fensionis conditionem videri bellum. At verò bellum in hac significatione justo latius accipitur, comprehendit enim etiam violentorum certaminum genera, quæ non nisi improprie belli nomine veniunt, ut bellum privatam, quantumvis enim Grot. in d. §. 2. hoc ipsum communem velit naturam habere cum bello publico, contrarium tamen perpensis circumstantiis verius est, nam 1. privati bellum gerere ex regulâ permissum non est, ergò neque admittendum bellum privatam 2. etiam quibusdam casibus*

(quos

(quos quidem infra considerare placet) arinis certare privatis licet, tamen facultas illa certandi retinet naturam defensionis simplicis, quâ de re supra egimus, aut publicæ legis vel concessionis auctoritate nititur, ut veterum hastiludia equestria, quæ torneamenta vocant & singularia certamina adversus hostes provocantes, qualia tamen haudquaquam referri debent inter species belli propriè dicti, quod ex jure gentium secundario originem trahit, hinc monomachias, duella, & quascunque privatas pugnas à ratione veri belli unâ liturâ excludimus *add. dn. Felbing. disp. de bell. th. 19. præfertim 3.* quia non habent veros effectus in bellis jure gentium introductos, ut captivitates, redemptiones, postliminia &c. de quibus infra agendum est, cui bono igitur privati belli consideratio tanquam speciei distinctæ suscipietur sine effectu futura? Et consequenter neque <sup>4</sup> bellum mixtum, quod partim sit publicum, partim privatum, de quo *Grot. d. l. 1. c. 3. §. 1.* concedi poterit, si enim non datur simplex species belli privati vera, neque poterit admitti bellum illud mixtum. deficiente sc. altero illo simplicis, ex quo & bello publico præsupponitur coalescere, undè quod mixtum ponunt bellum, si verum bellum est, tantum erit publicum *conf. Dom. Ziegler. in not. ad Grot. d. l. quod pertinet etiam responsum Ulpiani in l. hostis. ff. de capt. & postlim.* Ubi ad veros belli effectus requiritur hostes esse ex utrâque parte, ut sic ubi ex unâ parte non sunt veri hostes ut in bello mixto, verum etiam & propriè dictum bellum nequeat subintelligi; hoc amplius bellum civile & pub-

licum quoque non solenne, quod à magistratu iudici tradunt, à naturâ veribeli segregandum censeo, quod ipsum morè evidentius apparebit ex justî verique belli definitione ac requisitis. Poterit igitur hæc præmissis bellum plenius definiri *statum licita defensionis hostilis ex justâ causâ inter potestates regias vel quasi publicâ auctoritate inductus*; dixi bellum esse *statum licita defensionis hostilis*, quia non solâ certatione per vim hosti nocere permissum, sed stratagematibus etiam atque dolis, juxta vulgatum illud: *dolus an virtus*, quis in hoste requirat, modò tamen hostiles actiones alioquin non repugnent legi divinæ vel honestati naturali; hinc magicis artibus pugnare, aut hostem per veneni insidias corruptis ad hoc hominibus interficere, nefas est, quâ in re exstat laudabile præcæ Romanorum virtutis exemplum de Pyrrho rege, quem cum exercitum victoriosum in Italiâ haberet, noluerunt Romani ex insidiis ejus, qui ad eam rem se ultro obtulerat, veneno occidere, sed scelestum hominem Pyrrho remisere; addidi in definitione *ex justâ causâ*, quoniam sine causâ justitiâ bellum inchoare non licet, ut potest dicitur, deinde subjeci; *inter potestates regias vel quasi*; regum enim vel his familem potestatem habentium est bellum gerere, non privatorum; tandem sequuntur verba: *publicâ auctoritate inductus*, bellum namque requirit ritè factam indictionem, & fit quodammodò ex consensu, uno indicente, altero acceptante, quæ quidem acceptatio num expressè fiat, ut in bello Punico secundo à Carthaginensibus, an verbò tacitè, si sc. causis & gravaminibus belli

ab alterâ parte non satisfiat, ut in bello Peleponnesiaco Atheniensibus imputatum, hæcenus non multum refert; nam & qui causas belli non tollit nec amabili ratione patitur gravamina transigi, consentire utique videtur in statum hostilem tanquam ultimum inter reges & gentes decidendarum controversiarum remedium. Ex his autem difficile non est colligere belli propriè sic dicti requisita, quæ tria sunt (1.) potestas regia vel quasi belligerantium (2.) causæ iustitia, (3.) publicæ auctoritatis indictio. Hoc tertium belli requisitum omisit d. Thomas in. 2. secunda quest. 40. art. 1. & loco ejus substituit aliud, nempe intentionem bellantium rectam, quâ intendunt vel bonum promovere vel malum evitare; aut requisitum hoc etsi in severum videtur, jam inclusum est in secundo, nempe in causâ belli justâ, qui enim talem habet, præsumitur velle evitare gravamina propter quæ bellum, cum altera pars admonita non satisfaceret, inchoatur, & rursus consequens inde bonum & licitum commodum vult promovere, nimirum ut æqua pax, quando aliter obtineri non poterat, bello & armis quaratur. Ergo causæ belli iustitiâ implicitè continere videtur rectam belligerantis intentionem; quod si quis fortè instet, belligerantem quandoque habere justam causam belli propter eam tamen non ad arma fuisse deveniturum nisi odio vel irâ extimulatus esset, atque adeò distinguui possit iustitiam causæ ab intentione recta bellantium: huic respondeo id procedere demum in foro conscientiæ, quale forsitan respexit Thomas Aquinas, non verò quoad jus gentium externum, nam

quemadmodum privati verum debitum possunt exigere ex odio debitoris, sine quo non tam rigidè exegissent, hoc ipso tamen injustè non agunt, quantum ad forum externum, quia suum petunt, sed tantum coram Deo & in foro conscientiæ, sic jure externo gentium, regibus vel potestatibus licitum est suum repetere, ac ni satisfiat ex justâ causâ bellum denunciare, quamvis ad hoc bellum odium vel ira simul extimulet, quæ extimulatio vitiosa est in conscientia, sed bellum tamen non facit injustum de jure gentium. Cæterum ex primo illo requisito summæ vel analogæ potestatis, facilè colligitur, non omne bellum publicum quod vocant, accuratè loquendo verum bellum esse, & imprimis bellum publicum non solenne, quod magistratus jure geri opinatur Grotius d. c. 3. §. 1. excludendum censeo cum dom. Zieglero *ibid. in not.* Neque leve ad eam rem probandam argumentum adduci posse arbitror, ex ipso Grotio d. c. 3. §. 4. ubi scribit: *fermè omnium populorum legibus cautum esse, ne bellum geri possit, nisi si auctore eo, qui summam in civitate potestatem habeat, & paulò post §. 5. inter cætera exemplum affert Cn. Manlii à legatis suis justè accusati, quod populi Romani injussu bellum Gallo-Græcis intulisset; quod si ita est, prout verè se habet, & gentium quoque moribus convenit, non video sanè, quomodo adhuc defendere possit Grotius bellum publicum, quod jure gentium competat magistratui; nam si gentes omnes aut fermè omnes eo jure utuntur, ut sc. bellum pro vero bello non habeatur, quod auspiciis meri magistratus geritur, ergò*

4  
 tale bellum jure gentium non erit verum bellum, maximè quia jure gentium illud demum bellum justum ac verum est, quod auspiciis illius vel illorum suscipitur, cui vel quibus jus belli competit ex legibus vel consuetudine suæ Reip. v. g. non est justum aut verum bellum inter Germanos & Gallos nisi eorum nomine vel auspiciis gestum, qui potestatem belli in Germania vel Gallia habent, h. e. nomine Imperatoris & ordinum Imperii, itidemq; nominis regis Galliarum, & sic in similibus; si igitur hoc ferè in universum ita obtinet, apparet gentes voluisse, non penes alium, quàm penes regem vel Principem aut superiores potestates debere esse jus belli, adeoque non dabitur jure gentium bellum publicum, quod à magistratu solo ejusve auspiciis geratur. Neque stringunt adè, quæ in contrariam partem *d. l.* affert Grotius primò enim, et si, ut ipse ait, licitum sit magistratibus jurisdictionem suam vi & armis defendere, hoc tamen non necessariò infert jus belli contra externos sed potius facultatem coercendi subditos quasi rebelles fuerint, armis poterunt ad obsequium revocari, non tamen ille armorum usus contra subditos erit verum bellum, ut si nos contra atate prorex Neapolitanus arma movit contra Messinenses, bellum verum non fuit, quia non veri hostes sed subditi, idemq; in similibus, quòd si conjuncti sint veri hostes rebellibus subditis vel civibus, ut Mithridates Ponti rex, olim Sertorio, Germani nostri Classico ac Civili ducibus Romanis, aut proximis annis Galli Messinensibus, cum subditis vel civibus bellum verum jure gentium tale non est, sed cum hostibus conjunctis. Quin

tutius ac melius facient gubernatores vel præsides, si ubi periculum armorum metuant, & adhuc consulendi copiam habent, rem deferant ad regem vel principem suum, priusquam dubium certamen subeant; planè de jure Romano res clara est ne quis inconsulto Principe arma moveat, idque ex Valentinianâ constitutione *in l. un. C. ut arm. us.* quæ regula, quin jure quoque gentium obtinere dicatur, nihil est quod repugnet; Nec exempla Grotii *d. l.* pro contraria parte ad rem faciunt, nam quod attinet ultimam voluntatem, quæ jure civili alia est justa & perfecta, ut testamentum, alia imperfecta ut codicillus, illa equidem in se vera est distinctio, minus rectè tamen hinc sustinetur vel illustratur divisio belli publici in justum sive solenne & non solenne, si quidem hoc ab illo differt, ex mente Grotii non tantum minoris solenitatis intuitu ut codicillus à testamento, sed respectu causæ efficientis, cum ex hypothese Grotianâ alia sit potestas, quæ bellum gerit solenne, nempe suprema vel regia & alia inferior, sive magistratum potestas, quæ bellum publicum decernit non solenne; at in testamentis & Codicillis, contra se res habet, nam qui Codicillos potest facere, potest etiam testamentum condere & contra; Deinde neque huc facit exemplum contubernii servilis respectu matrimonii inter homines liberos, quasi illud bello minus solenni, hoc verò solenni respondeat, quia de jure civili contubernium planè non ineretur nomen matrimonii, ergò illo jure non potest similitudine eorundem inter se declarari bellum publicum solenne ac minus solenne;



ꝛ; quòd si de jure naturæ vel Canonicò hoc exemplum intellectum velit Grotius, coniunctiones serviles sive vinculi sive solennitatum ratione habentur pro justis matrimoniis, non minus, quàm liberorum hominum conjugia. *conf. II. x. de conjug. serv.* Ergò rursus hinc non rectè explicatur divisio belli publici in solenne ac minus solenne, quippe, cum constet & fateatur ipse Grotius hæc plurimum differre præsertim in effectibus, quid quod exempla qualiacunque declarare juxta regulam possint, non verò probare prædictam Grotii sententiam, quæ facilius concedi potuisset, si tantum formulam indicendi belli magis minusve solennem, non vero aliam atque aliam potestatem profundamento præsupponeret; enumerant tamen casus aliquos, in quibus jus belli aliis potestatibus competere videatur nimirum (1.) si inferiores ex legitimâ consuetudine vel privilegio habeant illud, ita docet *Molina. de just. & jur. disp. 100. n. 11.* item (2.) si rex vel Princeps faciat contra leges regni vel principatus fundamentales, sub quibus sc. ad imperium pervenit, quod superiori seculo confederati Belgii ordines Philippo secundo Hispaniarum regi objecerunt, ut supra dixi <sup>20</sup> ex Metterano. Verum hoc ipsum ob magnum periculum, quod subversatur aut planè non, aut non nisi ex evidenti & maximâ causâ est recipiendum, alias imperia ex variis prætextibus faciliè subverterentur. (3.) quando rex vel Princeps supermus non administraverit justitiam, tunc etenim inferioribus pro reparatione damni inter sese videtur competere jus belli <sup>21</sup> *juxta Moh. d. l. n. 12.* Quibus (4.) ad-

di potest casus, ubi Princeps aliquis vel populus est in quasi possessione supremæ potestatis, si vel maximè jus ejusdem plenarium præscriptione vel alio modo nondum acquisiverit, argumenta sumi possunt ex his quæ de supremo imperio supra disserui Denique (5.) huc primâ facie referendas existimabis potestates, quæ habent jus majestati analogum vel subordinatum, ut Principes Imperii, quamvis belli offensivi exercitium inter ipsos sanctiones pacis publicæ regulariter prohibeant. Verum hi casus & <sup>22</sup> si qui sunt alii similes non incommodè reduci possunt ad terminos regulæ, negavimus enim hæcenus, potestatem belli gerendi jure magistratus competere, aut ubi adest belli gerendi concessio vel privilegium à supremâ potestate indultum, aut ubi observantia diuturna vel consuetudo, quæ tacitam concessionem infert, tale jus attribuit, item ubi ob contraventionem legum fundamentalium in personâ regis jus regni resolvitur ac tacitè in ordines recidit, nec non ubi adest quasi possessio supremæ potestatis, vel jus majestati analogum, jam minimè manet bellum mero jure magistratus, multò minus privatorum auctoritate æstimandum; non igitur mirum, si bellum à tantis potestatibus publicis indictum cæteris paribus jure gentium habendum sit pro vero bello; de solo casu tertio <sup>23</sup> superest scrupulus, quia iis terminis sine concessione, qualitate vel ullo caractere supremæ potestatis videtur inferioribus ac privatis tribui jus belli, sed de veritate hujus casus tertii ego valdè dubito, esto enim, quòd ob denegatam vel protractam justitiam liceat inferioribus

vim adhibere, ut suum consequantur (quæ res ipsa utcumque se habeat, ob Recip. periculum parè admodum probanda) tamen vis isthæc esset sine naturâ veri belli, utpote destituta veris belli effectibus, quibus licet hostem capere vel interficere, cum ad summum violentia illa competere possit ad obtinendum armis id, quod sibi debetur, idque propter defectum iustitiæ in supremo principe, quanquam si quis omninò cum *Molinâ d. l.* sentiat verum tali casu ac licitum bellum moveri, adhuc reponi possit subesse concessionem belli saltem tacitam, ex quo enim rex vel princeps absolutus non administrat iustitiam sibi subjectis, videretur ex hypothesi potestatem belli tacitè concedere, sed mihi eam vim subjectorum inter se non ita licitam nec pro vero bello habendam existimanti, responsione illa opus non est. Ex his sequitur, quod neque in casibus ex mente *Molinæ* atque aliorum exceptis quos modò retulimus magistratus quâ talis aut subditi, quâ tales decernere possint bellum propriè dictum, sed quatenus in iisdem icon supremæ potestatis quodamodò residet, vigore cujus magistratus jure regis, subditi autem jure liberi populi utantur, & ea specie conditionem suam mutant. Quapropter jam constat distinctionem belli, in bellum supremæ potestatis & magistratus, quorum illud publicum solenne, hoc non solenne vocant penitus corrumpere, quia non datur bellum jure magistratus propriè loquendo, uti hactenus ostendimus, & per easdem rationes bellum civile jure gentium rejicimus, etsi enim videri queat, quod in hujusmodi

bello publica auctoritas interveniat, veluti cum olim Marius & Sylla, Julius Cæsar & Pompejus, Augustus & Antonius, Otto item Vitellius & Vespasianus aliique postea Principes funestis armis inter se decertarunt, tamen reverà secus est, quia tali casu respublica in partes atque factiones scissa esse solet, quibus invicem concertantibus & singulatim consideratis uti non est jus summæ potestatis utpote in Rep. individuum, sic mutua civium arma jure gentium habenda non sunt pro vero bello, hinc bellum civile Cæsaribus & Pompeii eleganter *Lucanus* vocat *commune nefas*, dum ait; *commune nefas totis concessi viribus orbis, in commune nefas* &c. quo intuitu & *Ulpian. in l. si quis ingenuam §. 1. ff. de capt. & postlim.* denegat bello civili jura captivitatis & postliminii; idem sentit *Grot. de jur. bell. & pac. lib. 3. c. 6. §. 27.* ut merito excell. *dom. Felbing. in d. dissert. de bell. lib. 16.* asseruerit, divisionem belli in externum & civile esse æquivoci in æqui vocata, ac bellum civile propriè bellum non esse. Sed quaeritur, an bellum inter resp. foederatas rupto foedere civile dicendum sit nec ne? Verum bellum tunc esse puto, quia hinc inde geritur auspiciis diversarum rerumpubl. & cum summo imperio; diversum putem de bello inter Reges vel Principes si divisis regionibus uni imperio præsent, hinc bellum Sexti Pompeii Siciliæ imperantis cum Augusto, & bellum Constantini Imperatoris adversus Licinium, cui Romanum Imperium in partibus orientis ex pactione obvenerat civilia puto, unitas enim Imperii efficit, ut divisio administrationis inter Principes

cipes per regiones facta non tribuat  
 jus veri belli invicem gerendi, hæc  
 in temporali administrationis supremæ  
 divisione, non eodem jure arbitror ef-  
 29 se Imperium in plures Principatus vel  
 regna totaliter & perpetuò divisum,  
 five divisio fiat ex pacto, five si secun-  
 dum Imperii naturam id liceat (quâ de-  
 re suprâ) ex testamentariâ dispositione,  
 hinc non dubitandum, potuisse Caro-  
 lum Magnum occidentis jam avulsi  
 Imperatorem verum bellum gerere cum  
 Græcis Imperatoribus orientis, idem  
 affirmo de Ludovici pii Imperatoris fi-  
 liis Lothario Ludovico & Carolo quod  
 invicem bella gerere potuerint ex quo  
 Francorum potentia in tria distincta  
 30 regna Italiæ, Germaniæ & Galliæ divi-  
 sa fuit; bene tamen hæc in re distin-  
 guere debemus jus perpetuæ divisionis  
 regnorum vel Principatuum à divisione  
 meræ administrationis quamvis per  
 plures successores observatâ e. g. cum  
 inter filios Theodosii primi Imperatoris  
 Arcad. & Honor. imperium Romanum  
 divideretur, ut oriens Arcadio, occi-  
 dens Honorio cederet, eaque etiam di-  
 visio in utriusque successoribus impe-  
 rii perstaret, crediderim bella illorum  
 si qua invicem movissent non nisi ci-  
 vilia dicenda fuisse, qualia prius ex-  
 arserant inter Constantini Magni filios  
 Constantem & Constantinum imperio  
 pariter diviso, nam reverâ Imperato-  
 res illi, etsi divisus imperii partibus im-  
 peraverint, realem imperii ipsius uni-  
 tatem non sustulerunt, quippe  
 cum leges per orientem & occiden-  
 tem valituras tulerint communi &  
 indivisâ auctoritate quod non fit in

regnis perpetuo jure divisus vel separa-  
 31 tis, ergo si eadem qualitas duraret in  
 successoribus, semper conservaretur  
 unitas imperii in se, & consequenter  
 eadem quoquæ maneret ratio belli, præ-  
 cipuè quia eodem argumento indivisæ  
 legislatoriæ potestatis respectu totius  
 imperii cives quoque sine distinctione  
 partium regni tales hinc inde esse vi-  
 dentur, inter quos non nisi civile bel-  
 lum locum habere poterit. Missis au-  
 tem hisce nunc quoque de justâ belli  
 causâ, secundo sc. principali requisito  
 dicendum foret, verum quoniam ea  
 res paulò pensulatiùs venit exami-  
 nanda, sequenti capiti eam placuit re-  
 32 servare, & simul ob connexitatem de  
 indicendi belli vel clarigationis formâ  
 disserere, nam si justam ad bellan-  
 dum causam habenti non ultra vel  
 amabili ratione stæsis fiat, subsequi  
 solet belli indictio ut ex historiis vete-  
 rum & modernis quoque regum geri-  
 tumque actis elucescit, de cætero su-  
 perioribus felicitior est & magis tenenda  
 bellorum divisio, quâ, ratione causæ  
 finalis in offensiva & defensiva discerni  
 solent, quemadmodum enim justâ ex  
 33 causâ armis sese defendere licet per spe-  
 ciem belli, quâ de re legati Atheni-  
 ensium in Senatu Spartano ad judicia  
 provocantes, si iis non relinqueretur  
 locus nomine suæ Reip. protestaban-  
 tur, fortiter bellum propulsatum iri,  
 quod Spartani contra fœdera inciperent  
 apud *Thucyd. lib. 1. de bell. Peloponnes.* Sic  
 quoque alium regem vel gentem justis  
 ex causis bello primum aggredi vel præ-  
 venire permixtum est, quale genus of-  
 fensivi belli commemorat Annibal se

Romanis & Italiae intulisse, in orat. ad milites suos apud Liv. lib. 21. histor. ubi ita inquit: *inferimus bellum infestisque signis descendimus in Italiam tantò audacius fortiusq; pugnaturi, quanto major spes, majorq; animus est vim inferentis, quam arcentis,*

quorum equidem bellandi generum, sive per speciem defensionis, sive invasionis passim obvia sunt exempla, interim pro penso nostricapitis hactenus dicta sufficient.

## CAP. XVII.

### De justis bellorum causis & formâ clarigationis.

#### Summaria.

1. Belli causa justificanda duo sunt necessaria. 2. belli ratio, secluso jure & aquo perstringitur. 3. belli justitia deficit ex amicabile satisfactione. 4. belli offensivi distinctio, à sine. 5. & 6. belli causa alia justifica alia suaforia. 7. & 8. belli causa intentione moventis justifica confundi non debet cum verè justâ. 9. belli causa ex mente Grotii unde deducantur. 10. belli causa vel ad corporis, vel fama, vel rerum lesionem referenda. 11. belli justa causa nascitur, sive rex vel respublica, sive subditi inferant alteri parti injuriam 12. injuria atrox regi vel reip. illata, justam præbet causam belli. 13. belli causa ob lesionem rerum latissimè patet. 14. belli offensivi causa ex Molina referuntur septem sed ad superiores reduci possunt. 15. usque. 20. inclus. bellum indicere an liceat ex causâ dubiâ, distinctè resolvitur. 21. usque 27. inclus. belli causa an justa esse possit ex utrâque parte? 28. belli causarum justificarum tres species. 29. regum gentiumque controversiâs alio quàm armorum remedio dirimere expedit. 30. & 31. Bellum an justè moveatur gentibus Mahometanis vel Eshnicis ob sequiorem religionem? 32. usque 36. belli justa causa an sit denegatio transitus per regnum vel provinciam. 37. usque 40. bellum gesturo contra tertium quatuor conditionibus praviis transitus negari nequit. 41. Sion Amorceorum regis exemplum negantis transitum populo Israelitico in terram Canaan. 42. 43. & 44. Bellum an justum sit contra Turcas vel Saracenos ob detentionem terra sanctæ? 45. belli justam causam

*ſam non prabet titulus univerſalis imperii nec alii diverſi pratextus. 46. 47. & 48. bellum deſenſivum an & quatenus juſtam cauſam requirat? 49. belli publica indictio neceſſaria eſt, qua olim per legatos vel ſeciales fieri conſuevit. 50. 51. & 52. indictio belli hodiernis gentium moribus quomodo fiat? 53. belli denunciatio duplex pura & conditionata. (Grotio clarigatio.) 54. indictio belli hoſti principali facta extenditur acceſſorie ad ſocios.*

**A**D juſtitiam cauſæ belli, cujus proximo capite mentio facta eſt, duo ſunt generaliter neceſſaria nempe (1.) inſigne gravamen bellum moventi illatam, (2.) denegatio reparationis à parte alterâ, nec enim promiſcuè ob quamlibet cauſam vel læſionem levem prorumpendum eſt ad bellum, propter majora mala, quæ hinc ſequuntur & exiſtimandum voluiſſe gentes, ut minores injuriæ ad tempus potius perferantur, dum commodior reparationis aut vindicationis ſeſe exhibeat occaſio, quàm ut ſtatim ad extremum armorum remedium deveniretur, qui igitur vel verè læſus non eſt vel modicè, non habet juſtam belli cauſam, & ab omni jure gentium proſus abhorret perperam ſic dicta ratio belli, quæ ſibi perſuaſum aliqui habent, omne illud licitum, quod ſtatus belli felicius perficiendi videtur depoſcere poſthabito omni æquitatis reſpectu, qui adeò perversè non belli juſtitiam, ut jura gentium volunt, ex cauſâ metuntur, ſed ex beneplacito belli gerendi æſtimant remedia, hinc monſtrum abominabile raiſon du guerre originem trahit, non abſimile Brenni antiquiſſimi Gallorum Regis juri naturali, qui à Romanorum legatis,

cut Cluſium obſideret interrogatus, jure naturali, reſpondit, *ſe id facere, quo minus fortis potentiori cedere jubeatur; uti refert Claud. Cantiuncula in epiſt. nunc. paraphr. inſt. præmiſſâ, pauld aliter Liv. lib. 5. hiſtor. ſanè populationes agrorum in territorio amico vel neutrali, militum excuſiones, deprædationes, hoſpitationes, collectæ extortæ, & quicquid inſolentiæ contra jus, fas, & æquum arma improba committunt, huic deaſtræ potiſſimâ ex parte debetur. Porrd quantumcunque ſit gravamen, ſi pars inferens amicabili ratione illud reparat, vel deſuper caveat nec in morâ ſit ſpontaneæ ſatiſfactionis, deficit juſtitia cauſæ belli; notandum verò dupliciter reparari poſſe gravamen vel in naturâ, vel per æquivalentiam, quando que enim res manet proſus in eodem ſtatu, & tunc reſtitutio ipſius rei ſufficit, ut ſi quid bonorum ablatum fuerit, & auferens paratus ſit ad reſtituendum, ſc. cum fructibus & reſuſione damnorum, quandoque non manet in eodem ſtatu, tùm reſtitutio per æquivalentiam ſufficit, quod pro diverſitate caſuum ſit, vel per pecuniariam æſtimationem, ſi res eandem ſuſcipat, vel genere pœnæ in auctoribus delicti,*

b

aut

aut deditioe ad portam, huc pertinet dictum Augustini in can. dominus 23, quæst. 2. dum ait: *iusta bella definiri, quæ nascuntur injuriis, si qua gens vel civitas, quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere, quod per injurias ablatum, unde bellum offensivum distingui solet, quod aliud inferatur, ad ultionem sumendam de injuriâ illatâ, aliud ad recuperandum nostra eave, quæ nobis debentur, quando ignorantia invincibili detinentur, neque aliâ viâ obtinere ea possumus conf. Molin. de just. & jur. tom. 1. tract. 2. disp. 102. n. 4. & 5.* requiritur autem invincibilis hostium ignorantia in bello offensivo ad recuperandum, quoniam si hostibus sit vel scientia injustæ detentionis vel vincibilis ignorantia, est permissum bellum offensivum ad ultionem, non tantum ad recuperationem rerum, si eas amissimus, quod in effectû censet Molina d. l. vel ad earundem acquisitionem si nunquam habuerimus, exemplariusque passim obvia sunt; Sic Romani ob Sagunti excidium Annibalem & asseclas à Carthaginensibus sibi dedì postularunt, & hinc bellum indictum ad ultionem; mitius Græci Helenam raptam cum rebus, non raptorem Parridem petière ut scribit Dicit: Cretensis, planè cum factum infectum fieri nequeat, in illis factorum generibus, quæ restitutionem in naturâ impediunt, non poterit reparatio locum habere, nisi ex æquivalenti. Sed ut de argumento præsentis capituli enucleatius disseram, ante omnia præsupponendum censeo discrimen causarum

belli, de quo Polyb. lib. 2. histor. & ex eo Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 1. §. 1. & c. 22. §. 1. dum sc. causæ bellializ sunt & dicuntur justificæ, aliæ suasoriæ, illæ, ut nomen ostendit, sunt quæ bellum justum reddunt, idque vel verè & juxta exigentiam juris gentiû vel saltem ex intentione bellum moventis, hæc sub ratione utilis ad arma impellunt, illas προφασεις, has, αιτιας dicit Polybius, & reverà prætextus belli sæpius publicè proponi solent, cum aliæ sint veræ causæ, impulsivæ, quarum rerum varia exempla refert d. c. 22. §. 1. Grotius, hodieque si velimus ex vero æstimate belli causas, editæ in publicum aliæ sæpius extabunt, cum aliæ reverà ad bellum movendum impulerint; secundum hæc igitur Polybius προφασεις nomine eam belli causam intelligit, quæ externo sermone vel scripto proditur, αιτιας verò, eam, quæ vera est, sive sit justa & jure gentium sufficiens ad bellum movendum sive non, unde existimo Polybium considerare causas belli in illo discrimine, quatenus de facto inter Reges vel republicas belligerantes sese habent, nec aliud judicium ferendum de Eliano lib. 12. c. 53. cum αρχαις πολέμων dixit, vel de Diodoro Siculo, lib. 14. dum in bello Lacedæmoniorum contra Eleos vocat junctim παραφαισεις και αιτιας, semper enim respicere videntur hi auctores ad causas & prætextus externos belli præfiguratos, quibus interdum aliæ causæ in pectore arma moventium latentes, ut gloriæ cupido, metus vicinæ potentiz, odia, & similes, occasionem dare potuère, igitur αρχαι & παραφαισεις

non perpetuò & ex necessitate  
 opponuntur, sed quandoq; discrepant, si  
 nimirum alia causa prodatur, alia verior  
 7 lateat; quicquid tamen sit de his, in or-  
 dine ad jus gentium, nec externa, nec alia  
 cryptica causa, sufficiens est ad bellum  
 inchoandum nisi per se sit satis rele-  
 vans & justa; propterea justificas belli  
 causas, quas *Grot. d. c. 1. §. 21.* cum  
 quadam secretione suavoriarum ad hoc  
 argumentum applicavit, confundere  
 non debemus cum causis justis per se,  
 quia & tacita & expressa causa belli  
 opinione moventis satis ponderosa,  
 se ipsa insufficientis esse potest ad  
 bellum, planè quodammodo confun-  
 di mihi videntur in *d. l. Grotii*, ea quæ  
 ex mente præallegatorum scriptorum  
 pro causis belli afferri solent, vel ex-  
 ternis vel latentibus, cum veris cau-  
 8 sis jus gentium, nam Polybius &  
 Diodorus Siculus causas illas distin-  
 guere videntur, habito respectu non  
 tam ad justitiam ex jure gentium ve-  
 re consideratam, quam ut dixi ad fa-  
 cta & actiones bellantium, quorum  
 illi mores sunt, ut non rarò alias præ-  
 texant, alias veras habeant causas, sed  
 hic jam sermo est de veris in se & suf-  
 ficientibus bellorum causis, præclusâ  
 9 merâ illâ moventium opinione; hoc  
 amplius, tales causæ dupliciter con-  
 siderari possunt, vel respectu infer-  
 rentis, vel respectu propulsantis bel-  
 lum, nos hic de inferente loquimur,  
 consideraturi tamen postea, quæ jura  
 obtineant à parte defendentis, *Grotius d.*  
*c. 1. §. 2.* fontes sive causas bellorum re-  
 fert ad fontes actionum forensium, at-  
 que inde distinguit in causas ob non

factam injuriam, (sc. imminentem,  
 quam cautione excludere volumus, ne  
 fiat) vel ob factam competentes, exem-  
 plis ibidem ex jure communi adductis,  
 nolo quæstionem hic movere de no-  
 mine injuriarum an benè accipiatur  
 nec ne; quod rem ipsam attinet *in fi-  
 ne d. §. 2.* declarat mentem suam, ut  
 injuriam nondum factam aut corpus  
 petere affirmet, aut rem, quo in al-  
 lerto videmus prætermittam famam  
 esse, quæ aliàs cum vitâ pari passu am-  
 bulat; quid ita? quia visum est cau-  
 tionem avertendi infamiam in futu-  
 rum, etsi petita denegetur haud posse  
 suppeditare justam bellandi causam;  
 planè quas *Grotius d. l.* justas belli cau-  
 sas pronunciat, ob injuriam non-  
 dum factam, sed imminentem, ad  
 bellum defensivam spectare videntur,  
 ut ostenditur *ibid. ex §. 3.* Sed nos in  
 specie de justis causis belli offensivi ut-  
 pote ordine naturæ prioris, prius quæ-  
 10 rimus. Ex igitur in genere sunt tri-  
 plices, vel quæ lædunt corpus, vel  
 quæ famam, vel quæ res? corpus  
 læditur sive vulnerando iniquè, si-  
 ve occidendo, sive detinendo, hinc  
 Fridericus Tertius Imperator ob ca-  
 ptivitatem Maximiliani filii justa ar-  
 ma movit contra Flandriæ proceres,  
 sed omnia illa præsupponunt læsio-  
 nem injustam, ergò si quis justè in  
 carcere detineretur, si justè corpus  
 affligeretur, si pro publicâ utilitate  
 fama alicujus ob notorium facinus  
 læderetur, ex alterâ parte non fo-  
 ret justa causa belli, nam nec inter priva-  
 tos tunc actionis vel accusationis foret  
 copia, quâ forsâ ratione quæstio de justitiâ  
 belli.

belli, quod Philippus Secundus Hispan. Rex Elisabethæ Britannæ reginæ intulit, resolvi potest; utor autem his vocabulis latissimè, ut sive Rex, sive ministri, sive subditi regū aut reip. alicujus corpore damnū patiantur, insigne videlicet & tale, quod moraliter iusta faciat arma, locus sit bello ex contumacia satisfactionis, quo numero haberi poterit factum Gibeonitarum, qui peregrinantis Levitæ uxorem usque ad mortem constupravère. *Judic. cap. x.* cū igitur facinoris perpetratores, nolent Beniamitæ dedere ad pœnam iustè in eos arma mota sunt à cœteris Israelitarum tribubus. Pariter injuria aut contumelia atrox Regi vel Reip. illata, quæ dispendiū famæ causetur justam tribuit causam belli, interest n. regum rerumq; publicarū, ne dedecus publicū sine iustā vindicatione perferant, neque suam collabi majestatem sinant; hæc de causâ David in Sacris adversus Hannonem Ammonitarum regem bellum concivit, quod legatis à Davide missis barbam ex mediâ parte per contumeliam radi jusserit, vestesque præscindi; & Fridericus Barbarossa Imperator bello exitiali Mediolanenses petiit, quod conjugem Imperatricem contumeliosius delulissent; Sic etiam Ibrahim Turcarum Sultanus ingentem belli molem commovit ob captam à Melitensibus conjugem Sultanninam, quanquam Melitensium factum non injustitiæ cogari possit ob perpetuas cum Turcis hostilitates, huc quoque referendum venit bellum Cyri adversus Astyagem, in ultionem factæ expositionis susceptum & similiter arma Romuli atque Remi contra Amulium, nec minus Tamer-

lanis Scythæ bellum, adversus Bajazetem j. Imp. Turcicum, quæ omnia ex historiis nota sunt; planè publicam oportet esse contumeliam vel injuriam ut locus sit armatæ vindicationi neque contrarium est, quod modò scripsi de ministris vel subditis nam & hi ex publicâ causâ pati vel injuriâ affici possunt. Causa belli ob res læsas patet latissimè, nam quotiescunq; aut jura violantur regum vel populorum, aut res auferuntur, vel deteriorantur si damnū non sit modicum, nec amica obtineri queat reparatio, belli jure licebit res suas regibus gentibusque persequi; hæc triplex læsio corporis, famæ, rerumque cæteras causas jure gentium ad bellum offensivum sufficientes, facile complectitur, earum in specie septem enumerat *Molina d. tract. 2. disp. 104. 14 per tot.* nempe jus regni ab alio detenti, rebellionem, contumeliam publicam, auxilium hostile, defensionem sceleratorum, violationem fœderis vel pacti, ac denegationem aditus vel transitus similibusve jure gentium permissorum, quæ ipsæ tamen causæ ad superiores non incongruè reduci possunt, ita ut regni detentio, rebellio, (quanquam hæc in subjectis bellum propriè tale non inferat.) fœderis violatio, & denegatio jure gentium permissorum, (excipiendo transitu per territorium alienum de quo mox.) ad læsiones rerum; contumelia publica ad causas belli ob læsam famam; sceleratorum verò defensio & hosti præstita auxilia vel ad læsiones personarum vel rerum alterius partis rectè referantur. Quibus hunc in modum præmissis cætera specialiora circa causas bellorum expediemus per quæstiones & (1.) qui-



15 (1.) quidem cum causarum iustitia, sæpè ambigua sit, quæritur num liceat ob causam in se quidem probabilem, sed ratione facti dubiam bellum inchoare? Prætermitto quæstionem generaliorẽ, an bellare liceat, utpote concurrente iustâ causâ ac cæteris bellorum conditionibus & requisitis proparte affirmativâ satis claram, de quâ fusè *Grot. lib. 1. de jur. bell. & pac. c. 2. per tot.* ubi contrariis objectionibus respondet, & ad longum *Molina disp. 99. per tot.* Sed pro resolutione quæstionis propositæ puto distinguendum esse inter bellum offensivum ad vindictam & ad res acquirendas vel recuperandas susceptum; bellum offensivum vindictæ nunquam puto esse licitum ex causâ dubiâ, ratio, quia hoc genus belli in effectu tendit ad pœnam, sed pœna infligi non potest ex causâ in factò dubiâ, ergò neque ex hac tali causa permissum erit, movere bellum per locum

16 argumentandi à surrogatis; in bello offensivo pro rebus subdistinguendum arbitror, nam vel ille, qui bello impetitur possidet rem controversam vel non possidet; priore casu iterum injustum est bellum offensivum, quia possidens meritis causæ dubiæ par petenti, sed commodo possessionis superior est undè iniquè facit, qui in pari causâ principali, vult ipsum armatâ vi possessione privare quod usque aded procedit de mente *Molin d. tract. 2. disp. 103. n. 8.* ut etiam locum habeat eo casu, quo major aliqua probabilitas militaret pro causâ petentis, cessante divisione rei, quam aliqui asseruere tali specie pro ratione majoris verosimilitudinis causæ inter petitorem & possessorem instituendam; quia ut in-

quit *Molina d. l. nunquam auditum est, 17* iudicem, qui arbiter non sit, præcepisse, ut is qui bonâ fide rem aliquam cœpit possidere, eam pro quantitate dubii divideret cum adversario, hinc colligit idem, iniquum esse adversarium, si in eo eventu bellum moveret, & restituere teneri damna omnia, quæ eo bello daret; verum enimverò huic assertioni non indistinctè subscribendum censeo, quid enim si Rex vel republica petens tantam pro se habeat causæ probabilitatem majorem, ut propè ascendat in gradum plenæ probationis, annon tali casu iustum æquumque foret, ut iure suo cedat, eum eamve aliquid ab adversario consequi, causæ hujus probabilissimæ intuitu? nam & in judicialibus causis eo eventu obtinere posset contra possessorem saltem medio juramento suppletorio; ergò in controversiis regum

18 gentiumq; inter se, si pars petens tam bonam foveat causam, ut probabili æquitate vincat, cum eo nomine accessus non pateat ad iudicium vel arbitrium, nec aliter ullo modo satisfiat à possessore, sed satisfactio boni viri arbitrio petita denegetur; ac res ea, de quâ agitur (hæc vero præsupponimus) magni sit momenti, non puto errare eos, qui bellum offensivum licitum putant; extra verò eum probabilioris causæ gradum atque qualitatem, assentior *Molinæ* ex ratione prius adductâ, imò nisi apertè pateat tantæ probabilitatis causam subesse à parte petitoris, verius arbitror odio belli di-

19 cendû, illud tunc illicitû esse; quod si neuter controvertentiû possideat, vel merita possessionis similiter dubia sint, ut causâ ipsa principalis, tunc res erit inter eos dividenda, & qui divisioni renuit, adversus illû

iustum po-

justum poterit moveri bellum *Molin. d. l. n. 11.* ratio, quia in illâ paritate causâ & possessionis facit alteri injuriam eum non admittendo ad consortium rei, planè quod Molina ibidem de malâ fidei possessore tradit, & in eo vult locum habere istam divisionem, non mihi probatur, nisi ut dixi sit possessionis paritas, aliâs etenim et si unus malâ fide tantum possideat, urgeri non posset ad cedendam vel communicandam possessionem illi, qui circa rem ipsam non melius jus ostenderet, *arg. l. fin. C. de rei vind.* neque igitur contra illum ex eo capite posset moveri bellum; de cætero ex dictis facilè apparet, quid de summâ pecuniariâ magnâ sed dubiâ petitionis sentiendum? Uti enim executio non procedit nisi debiti liquidi, ita nec belli offensivi indictio, si tamen magna probabilitas causæ pro prætendente faceret, ea similiter obtinerent, quæ modò circa rem controversam casu tali probabilem dicta fuere. Quæro principaliter (2.) an possit bellum dari justum ex utraque parte? Respondet *Molina loco præx. cit.* posse, ita tamen, ut non ex utrâque parte justum sit simul & formaliter & materialiter, sed ex unâ formaliter tantum, ubi in effectu hoc vult, quantum ad causam in se, non posse bellum ex utràque parte justum esse, quæ quidem est justitia causæ materialiter considerata, sed benè quantum ad justam credulitatem belligerantium in casu dubio, quæ est consideratio justitiæ belli formalis; profectò igitur, cum justam causam ad bellum requirimus non hoc

intelligendum est ex utrâque parte quoad justitiam in consideratione materiali, imò ne fieri quidem illud potest, nam si is qui movet bellum habet causam bellandi in se justam, sequitur quòd bello petitus nequeat habere causam etiam in se vel absolutè loquendo justam & contrâ, quia belligerantes sibi adversantur, & unus ait, alter negat idem circa justitiam causæ belli hoc est quod dicit *Archidiaconus in can. justum bellum 23. q. 2. causam belli unam solum legitimam esse sc. contumaciam, injustè resistens, tunc enim demum justè bellari, cum aliter ab eo qui obnoxius est, justitia haberi non possit*, ubi Archidiaconus de causâ belli loquitur generalissimè, specialiter enim plures dari ex prædictis patet, quæ tamen causæ speciales, contumaciam injustè resistens omnes includunt, ut conditionem sine quâ non in genere requisitam, & hæc contumacia rursus involvit geminam illam conditionem nimirum læsionis & præfractæ renitentis, de quâ sub initium hujus capituli dictum est. Sic igitur ut revertar eò, unde digressus sum, non datur bellum ex utraque parte materialiter justum, sed considerationis formalis diversa ratio est, propter obscuritatem rerum, non tardè enim merita justitiæ tot tantisque involucris deprehenduntur implicata, ut probabilis hinc inde possit esse opinio justæ causæ, quanquam vera justita sit ab unâ tantum parte, *conf. Gror. de jur. bell. 23 pac. lib. 2. c. 27. §. fin.* verum hinc novus scrupulus emergit, an non saltem ut bellum verum sit, justitia vera debeat esse à parte moventis, an verò ca-

tenus

tenus nihil referat, si deprehendatur à parte contrariâ propulſantis ? video <sup>24</sup> *Molinam d. diſp. 103. n. 1. aſſerere: ut bellum ex parte cauſa juſtum locutumque ſit non eſſe ſatis, Principem qui illud movet, arbitrari ſe habere juſtam cauſam, ſed opus etiam eſſe, ut quando res dubia eſſe poteſt, pro rei pondere, gravitate ac difficultate diligens prius inqueſtione fiat, adhibeorum ſapientium & prudentium conſilio, de quibus merito credendum ſit, ſyncero & maturo judicio, paſſioneque ſemotâ eâ de re judicaturus, veritatemque inventurus, audiendus etiam adverſariorum rationes, modo ſyncerè & ſine fraude agere velint, hæc Molina; quæ ſi ſufficiunt ad juſtificandum bellum, à parte moventis, ad ſummum deſiderabitur in motore belli juſtitia cauſæ quoad conſiderationem formalem, omnia enim iſthæc quanquam omninò providè obſervari poterunt, tendunt ad Principem moraliter certum reddendum, ſe juſtam belli cauſam habere, quæ certitudo poteſt niti erroneâ tam conſiliariorum, quos non tardè conſtat, magis ad beneplacitum conſulere, quàm ipſius Principis opinione, adeoque tunc bellum movebitur, ad ſummum ex cauſâ formaliter tantum juſtâ, quatenus Princeps poſt factam diligentem inqueſtione de juſtitâ credit errore probabili bellum à ſe inchoari juſtum, & hanc quidem ſententiam maximè conformem dixeris gentium moribus quoad belli effectus externos, utrinque enim creditur licere hoſtes eorumque res perſequi & capere, quamvis belli cauſa exiſtmetur à parte alterâ eſſe juſta, aut certe aliquid habere minoris*

probabilitatis; ſic Romani in bello Punico ſecundo Carthagenſes cenſuere non juſtam belli cauſam fovere, <sup>26</sup> & contra hi illos, atamen utrinque indubium fuit, quin bello indicto alterius partis homines liceret capere vel interficere & omninò ea agere quæ hoſti in hoſtem ſunt permiſſa. hinc colligitur nec à parte moventis requiri cauſæ juſtitia materialiter loquendo, quòd ſi quis objiciat, hæc contraria eſſe ſuprà jam deciſis, dum dixi, quoad juſt gentium nec externam nec aliam crypticam cauſam ſufficientem eſſe ad bellum inchoandum, niſi per ſe ſit ſatis relevans & juſta, quaſi exinde ſequatur ad bellum movendum omnimodè requiri juſtam cauſam in ſenſu materiali, non enim, inquires diſſerre videntur cauſa per ſe ſatis relevans vel juſta & cauſa juſta materialiter; reſponderi poterit dari gradus juſtitia in cauſis belli utique de jure gentium, qui enim probabili nititur cauſâ & opinione juſtitia, minus peccat indicendo bellum, quàm ille, qui conſcius cauſæ injuſtioris externam ſpecie aliam comminifcitur, itaque ad aliqualem juſtitiam cauſæ ſufficit, ut facta inqueſtione diligenti probabilis habeatur <sup>27</sup> ac talis reputetur à conſiliaris Regis vel reip. quæ res infert juſtitiam cauſæ ad bellum, quantum ad effectus juris gentium, etſi forè contrariæ partis cauſa ex circumſtantiis moventem latentibus in ſe ſit probabilior & juſtior, adeoque materialis juſtitia cauſæ efflagitat majorem & abſolutè præponderantem probabilitatem, ac conſequenter dari poterit cauſa per ſe quodamodò

non

non improbabilis ad bellum, quæ tamen non sit iusta materialiter. Unde in causis bellorum debemus distinguere tres gradus; quædam enim nituntur merâ opinione moventis absque probabilitate, qualis erat Brenni Clusium obsidentis, cuius 28 paulò ante facta est mentio; & hæ causæ veræ quidem sunt, non tamen verè justificæ; quædam nituntur opinione auctoris belli in se non planè improbabilis & conjunctâ iustæ ignorantiz probabilitatis causæ contrariæ, quædam denique fundamentum habent, non tantum in opinione bellum inferentis, sed causâ ipsâ etiam per se & absolutè loquendo iustiori ac probabiliori; primi generis causæ sunt ad bella movenda prorsus insufficientes, & tales dicuntur non de jure sed quatenus de facto ex intentione moventium bella considerantur; secundi ac tertii generis causæ sunt sufficientes, ita tamen, ut hæ causæ sint optimæ, secundi verò generis tandem sufficientiant quandiu rex vel Princeps auctor belli, non meliorem perspexerit contrariæ partis causam, ab eo enim tempore incipit quodammodò esse in malâ fide ac teneri ad desistendum ab armis ac satisfaciendum damnis eo nomine datis; 29 planè omnibus modis opera danda est, ut controversiæ regum gentiumque alio remedio quàm genere armorum decidantur sc. vel mediis legationibus amicabilem viâ, vel fortè per speciem compromissi ex peritorum iudicio arbitratorum, uti quondam inter Carolum Quintum Imp. & Joh. Tertium Lus. regem controversia circa insulas Molucas. conf. *Mohn. dict. disp. 103. n. 11.* quarto specialiter (3.) an gentibus Ma-

hometanis vel Ethnicis ac barbaris iustè moveatur bellum ob sequiorem religionem? *Alphons. à Castro 2. de just. heres. pnn. c. 14.* affirmat, eo argumento, quod propter idololatriam Deus præceperit filiis Israël delere gentes multas terræ Canaan; Sed negativa est verior, quæ præter alios placet *Covarruv. in relect. c. peccatum p. 2. §. 10. n. 4. & 5.* tùm ex defectu superioritatis vel jurisdictionis bella moventium, tùm ex defectu læsionis, quod idololatria & similia peccata juri divino vel naturæ repugnantia tendant tantum ad perniciem committentium, non verò ad læsionem gentium fidelium, ergò ubi deest specialis iussus divinus, censetur Deus sibi reservasse pœnam contra taliter peccantes & per consequens gentes fideles non læsæ haud poterunt bellum movere ex eo solo capite adversus infideles, hæc ratio mihi videtur sola sufficiens esse, nam prior illa à defectu jurisdictionis sumpta non quadrat bello propriè dicto, imò contrà, si adest jurisdictio in aliquos, pœna quidem ob delicta contra eos locum habere potest, sed non verum bellum, ut suprà deductum est. Cæterum hæc quæstio maximè fuit ventilata propter bella Hispanorum contra Indos Occidentales, qualia certè quicquid dicat *Castro d. l.* iusta asserere non possumus ex præciso capite religionis vel superstitionis Indorum Ethnicæ conf. *Mohn. d. tract. 2. disp. 106. n. 2.* Queritur (4.) an de- 31 negatio transitus per provinciam vel regnum sit iusta causa belli contra denegantem regem vel Principem? Sic visum

vitam multis exemplo gentis Israëlitz  
 arma moventis contra Sionem regem  
 Amorreorum ob denegatum per fines  
 regni transitum *Nam. 6. 21. vers. 21. &*  
*seqn.* ubi Augustinus à Gratiano relatus  
*in can. ut. 32. quast. 2.* notandum, in-  
 quit, sanè est, quemadmodum iusta  
 bella gerantur à filiis Israël contra A-  
 morreos, innoxius enim transitus dene-  
 gabatur, qui iure humanæ societatis re-  
 quissimo patere debebat, quo exemplo  
 populi Israëliti ex sacris, & auctori-  
 tate Augustini, permoventur multi, ut  
 ex regulâ affirmant, licitum esse singu-  
 lis gentibus transitum per aliorum regna,  
 & si denegetur justam hinc nasci cau-  
 sam belli. Ita *Victoria in relect. de ind.*  
*insul. p. 2. in pr. Alphons. à Castro d. l.*  
*Covarruv. in rel. cap. peccatum p. 2. §. 9.*  
*n. 4. vers. quinta etiam. Molina d. diff. 104.*  
*n. 7. nec in effectu alienus est ab hac*  
*sententiâ Grov. de iur. bell. & pac. lib. 2.*  
*n. 2. §. 13.* quanquam enim commendet me-  
 diam sententiam, ut sc. prius postuletur,  
 transitus ac si negetur tùm vindictio ius-  
 ta succedat, tamen antecedanea isthæc  
 postulatio transeundi sine dubio à cæte-  
 ris quoque doctoribus non negatur, sed  
 potius præsupponitur. Verum ab hac  
 33 sententiâ ita generaliter intellectâ alii  
 ex modernis Scriptoribus meritiò recep-  
 serunt, ut *Dn. Ziegler. & Felder. in not.*  
*ad Grov. d. §. 13. Puffendorff. de iur. nat.*  
*& gene. lib. 3. c. 3. §. 5. vers. ex adverso ta-*  
*men, Dn. Felbing. in disp. de bell. lib. 27.*  
*& seq.* nam (1.) reges & potestates  
 non minus jus habent, in regnis & pro-  
 vinciis suis prohibendi externos à transitu,  
 quàm habent privati in agris suis, sed  
 34 privati possunt, sine dubio ingressu-  
 ros prohibere ab agris, nec hoc no-  
 mine fit ulla injuria, ut constat, ergò  
 id quoque poterunt, reges & potesta-  
 tes prohibendo ingressuros à finibus  
 imperii, quâ quidem ratione in casu  
 non abstimili peregrinationis exterorum  
 atque usus rerum provinciæ alienæ ad-  
 versus Victoriam utitur ipsemet *Molina*  
*d. tract. 2. diff. 105. n. 2.* probatur & con-  
 firmatur idem (2.) à summo interesse  
 imperiorum, quæ valdè periclitarentur  
 35 admissio promiscuo exercituum extero-  
 rum transitu, ergo cum reges ac res-  
 publicæ, possint illud justè denegare,  
 quod admissum competentem ipsis po-  
 testatem, ejusve exercitium facilè pos-  
 set labefactare, & adducere in discrimen,  
 colligitur non minus justè denegatum iri  
 hujusmodi transitus, consequenter hinc  
 non nasci ex parte alterâ justam cau-  
 sam belli generaliter loquendo. Cui ac-  
 cedit (3.) quoddam etsi fortè homines tran-  
 36 seuntes nil rerum novarum moliantur  
 vel damni per se afferant (quod tamen  
 omnimodè præcavere difficile est) ta-  
 men sæpius in iisdem terris, per quas  
 fuit impetrata aut defacto sumpta com-  
 meandi facultas sedes belli constitui  
 solet, dum pars altera fortè extra fi-  
 nes regni occurrit & bellum inferentem  
 in eodem illo solo cogit subsistere.  
 Sic accidit Gallis bello Punico secundo  
 Annibalem admittentibus, quos, cum  
 spe prædæ concitati vidissent terras  
 suas sedem belli esse ac premi utrius-  
 que partis exercitibus vertisse retrò ad  
 Annibalem ab Romanis odia, au-  
 ctor est *Liv. lib. 22. histor. in princ.*  
 37 Fateor tamen sub certis conditionibus  
 transitum per terras intermedias denega-  
 ri non

ri non posse bellum gesturo contra tertium, aut si denegetur justam fore causam, si non belli contra denegantem decernendi, saltem ferro & armis sibi viam aperiendi; has conditiones puto quatuor esse. (1) si transitus decenter petatur (2) si bellum contra tertium non appareat injustum, & periculose consequentiz, hinc Turcarum Imperatori petenti transitum, Christiani reges vel Principes intermedii merito denegant; si is impugnaturus sit alios Christiani nominis reges vel republicas propter commune periculum, hæc dico de jure, sed quoniam singulorum denegantium sæpe minores vires sunt, magno Christianarum rerum dispendio infidelibus transseundi copia plerumque patet, cæterè quantum damni Turcico Sultano Amurathi concessus per Venetorum ditiones transitus, Christianorum rebus attulerit, 38 tristis admodum prælii Varnensis eventus docuit; tertia conditio consistit in cautione idoneâ de indemnitate transductus, sub quâ comprehendo omne damnum vel frugibus vel aliis rebus incolarum datum, item omnes impensas si quas ad obfirmanda præsidia oportuit à rege vel republicâ, per cujus fines alieni exercitus transducuntur erogari, neque dubito, quin impensis transducendis militi præbendus sit convictus & si aliud de facto extorqueatur rusticis vel subditis terræ illius intermediæ, refusio justâ ratione, vi cautionis factæ peti poterit; plane per terras Imperii nostri modernæ vigore legum publicarum, nomine impensarum expressè cavendum est, vid. *Rec. Imp. de anno 1576. §. 3. Sengen / ordnen / und wollen Rec. Imp. de*

*anno 1582. §. demnach Sengen / ordnen* ubi numerus militum quos exteri in imperio conscribere parant cum nominibus ducum & capitaneorum S. Cesaree Majestati indicandus est ac licentia transseundi per terras Imperii impetranda. Quæris quomodo cavendum sit? De jure gentium id fieri poterit datus obsequiis, aut quacunque aliâ ratione, quam utrinque placuerit, in Imperio nostro est speciale, quod de indemnitate cavendum sit fidejussoribus Imperio & circulo, per quem milites transiuri sunt subjectis, ut videre est ex allegatis recessibus; quartam conditionem pono in modo 40 transductus, qui ad majorem provincie securitatem debet permitti regi vel reipublice, cujus illa est provincia, per quam copiam alterius transitum impetrarunt, hinc pro cautela ponunt ut non omnis exercitus simul, sed per turmas, manipulos, vel legiones transmittatur, quò minus inde existat periculum, de quâ re vid. *Dn. Felbing. d. disp. de bell. th. 26.* sanè modus iste per partes transseundi viris militaribus tolerabilior est armorum depositione, quæ quodammodo manuum abscissioni æquiparatur, uti ex *Floro lib. 3. c. 18. notat. Dn. Puffendorff. loc. cit.* Ad exemplum Regis Amorre- 41 orum in Sionis supra adductum potest dupliciter responderi; 1. cum regem è finibus suis cum exercitu egressum ultro bellum Israëlitis intulisse, atque aded justitiam causæ non fuisse dijudicandam ex solâ denegatione transitus vid. *D. Ziegler d. 1. ad Gros. verb. bellum intulit, 2. Israëlitis speciali jure debitum fuisse transitum in terram Canaan, nam ex quo Deus ter optimus Maximus eas provin-*  
ciar

cias iisdem propter peccata incolarum  
 donavit, jure poterant petere viam ad  
 illas terras, ne promissio frustranea ef-  
 fect., quamvis ergò aut nesciverint aut  
 fortè non crediderint, intermedii reges  
 ac populi hujus Promissionis veritatem,  
 tamen Israëlitarum justè petitioni hinc  
 nihil debuit decedere, præsertim eum  
 promitterent transitum innoxium, &  
 ut videtur parati fuerint hoc nomine,  
 quæ desiderarentur præstanda præstare;  
 non ergò hoc speciale exemplum debet  
 in consequentiam universalis regulæ trahi  
 42 *arg. nos. in l. quod verò contra ff. de ll.*  
*Quæro (s) an in specie contra Turcas*  
*vel Saracenos justa sit causa bellandi*  
*ob detentionem terræ sanctæ? Sic vi-*  
*simum fuit Innocentio. in. c. quod super n. 7.*  
*æ. de vot. & vot. red. Bart. in l. 1. C. de*  
*apost. Jas. in l. ex hoc jure. n. 25. ff. de*  
*just. & jur. cujus rei minus concluden-*  
*tem rationem allegat Bartolus d. l. quidd*  
*terra illa sancta Canaan à Deo promiss-*  
*sa sit Abrahamo & filiis ejus, jam verò*  
 43 Christiani hodie simus filii Abrahami;  
 etenim promissio isthæc divina de tem-  
 porali Canaan non pertinet ad filios A-  
 brahæ spirituales, quales Christiani sunt  
 sed naturales respexit per verã generatio-  
 nem sanguinis descendentes; Innocentius  
 d. l. justum pronunciat tale bellum, au-  
 thoritate Pontificia, sed similiter con-  
 cludendi ratio firma satis non est, nec enim  
 vel consecratio terræ per nativitatem &  
 passionem Christi, firmum satis argu-  
 mentum præbet ad recuperationem  
 domini temporalis, vel jus Romano-  
 rum Imperatorum veterum armis quæsi-  
 tum (etsi utramque hanc rationem isti  
 opinioni prætextat Innocentius.) quia  
 falsâ hypothesi nititur, quasi jus supre-

mi provinciarum Romanarum domini,  
 ad Pontificem pertinuerit, contrà quam  
 hodie in vulgus notum est, etsi verum  
 tateri volumus non est hodie orbis  
 Christiani illum regnum vel pars, ne ip-  
 sum quidem Imperium Romano-Ger- 44  
 manicum, quod præfice illius amplissimi  
 Romanorum Imperii omnes provincias  
 variis casibus à diversis nationibus occu-  
 patas post tot seculorum decursum jure  
 merito vindicet, hinc ex defectu juris  
 competentis probabiliorem puto nega-  
 tivam sententiam, & propterea expedi-  
 tiones in terram sanctam, ut quon-  
 dam Hieresolymitana Gottofredi Bulle-  
 onci & principum confederatorum  
 non ex jure antiquo præcisè justifican-  
 dz veniunt; nec sanè allegatus à non- 45  
 nullis universalis Imperii titulus præbe-  
 re potest justam belli causam, prout  
 rectè perpendit Gros. d. lib. 2. c. 22. §.  
 13. cum quo etiam alias bellorum falsas  
 causas vel insufficientes prætextus, ut  
 metum incertum, utilitatem sine necessi-  
 tate, negatum matrimonium in mag-  
 nâ præsertim sceminarum copiâ, cupidi-  
 tatem melioris soli, voluntatem regen-  
 di alios invitos in libertate sc. consti-  
 tutos &c. d. c. 22. §. 5. & sequ. meri-  
 ritò reiicimus, hæc de causis justis vel  
 injustis belli offensivi; in defensivo eti- 46  
 am requiritur aliqua justitia causæ,  
 nam si justè, propterea offendimur  
 quia alios læsimus nec requisiti satisfa-  
 cimus, consequens certè est, tunc  
 partes defendentis injustas esse, debebat  
 enim ultrò satisfacere, nec contuma-  
 ciâ amicabilem restitutionis vel debite  
 præstationis partem adversam ad ju-  
 sta ama compellere, unde injustitia  
 c 2 defen-

defensionis in bello non consistit in hoc, quasi per se illicitum sit vim vi repellere, sed potius in contumaciâ justa satisfactionis ultionæ, quâ de causâ errant, qui censent bellum defensivum ex meris principiis naturalibus sive defensionis simplicis æstimandum, aded ut neque propriè dictum bellum sit, inter quos est Jason in *d. l. ex hoc jure. v. 38.* ubi loquitur quidem de defensione contra injuriam, & sic de casu ex converso, quando defensio belli est justa, offensio verò injusta; sed quicquid sit etiâ sic negari non debet, bellum defensivum esse propriè dictum bellum, cum habeat & belli requisita & effectus de jure gentium, atque ex his iisdem fundamentis juris gentium optimè colligitur: prætextum defensionis, non sufficere, si quis alteri damnum intulerit, vel injuriam, nec hoc nomine satisfacere velit, quo ferè sensu pulchrè differit Stenelaides Ephorus in Senatu Spartano contra Athenienses, dum propter injurias Corinthiis aliisque locis factas suadet bellum Peleponnesiacum: *nec jam verbis, inquit, certandum in judiciis, cum non sine socii verbis tantum lasi, sed cum & omnibus viribus puniamus hostes, nec doceat nos quisquam tunc longâ deliberatione utendum esse, cum injuriâ affecti sumus, sed illi dum deliberent, qui aliis illaturi sunt injuriam &c. conf. Thucyd.*

48 *lib. 1. histor.* In summâ quoties à parte aggressoris causâ belli evidenter justa est, veluti si ex adverso damnum ingens notoriè datum fuerit nec ulla congrua ex requisitione præstetur refusio, toties bellum defensivum deficit æquitate causæ, sed cum vel manifestè iniquum est bellum offensivum, aut saltem causa æquitatis hinc inde pariter dubia, tunc bellum contrâ, à parte defendentis vel propulsantis est justum, sufficit enim ad justitiam belli defensivi, ut defensor meritis causæ non evidenter sit inferior & commodo possessionis vel favore defensionis superior, quemadmodum in privatis disceptationibus reus eo ipso censetur justam causam fovere, si par adversi non nitatur potiore juris & æquitatis fundamento, quapropter non aliæ causæ speciales circa bellum defensivum considerandæ sunt, sed eadem illæ & similes, quas vel quales in offensivo tractavimus, huc benè referri poterunt, hæc de belli causis. Perpendamus nunc breviter pro secundo membro nostri capitis modum belli indicendi sive formam clarigationis, quàm necessaria autem sit in bellis publica indictio, ad effectus juris gentium consuetos, tradit *Grot. de jur. bell. & pac. lib. 3. c. 3. §. 6. in fin. & §. xi.* ubi hanc causam proponit indicationis ut cerè constare possit non privato ausu sed voluntate utriusque regis vel populi geri bellum, quo intuitu factum est ut per publicas legatorum personas aut peculiarium nunciorum, quos caduceatores vel fœciales antiquitas vocabat, sequior ætas haraldos, bellum indiceretur. formulas porrò indicationis belli è priscis Romanorum & Latinorum moribus, refert *Grot. d. c. 3. §. 7.* verum istæ solennitates indicendi belli moribus gentium hodiernis in defuetudinem venerunt, quantum ipsa indictio adhuc necessaria utique sit, plane arbitrarium nostro tempore



51 pore est num bellum indicatur per lega-  
 tos vel aliter veluti per scripta publica;  
 quæ bellum, ut indictionis vicem sub-  
 eant, declarare ac præcedere debent,  
 vulgò manifesta vocamus, in quibus  
 causæ belli iustificæ plenius solent, ex-  
 primi ac deduci, necessarium tamen om-  
 nino est ut indictio aut ipsi capiti Re-  
 publicæ, aut his penes quos summa re-  
 rum est, in notitiam perveniat, aut  
 saltem probabiliter pervenire potuerit,  
 quale quid accidit eo casu, quo si for-  
 te copia non sit personaliter indicendi  
 belli ipsis rebus vel patribus rerum-  
 publicarum, proximo præfecto vel præsi-  
 di indicitur, ut in bellis Philippi Macedo-  
 nis & Antiochi regum olim ex consilio  
 fecialium proditum observatumque est,  
 nec destituitur ea res ratione; quia si-  
 militer in privatis causis, si non sit facul-  
 tas personaliter insinuandæ citationis,  
 sufficit si ea fiat ad domum & novissi-  
 mæ per edictum *l. dies §. prator & toties.*  
*ff. de damn. inf. clem. 1. de jud. clem. un.*  
 52 *de for. comp.* atque hinc etiam receptum,  
 ut quandoque per publicos tubici-  
 nes denunciatur bellum, quæ res vice  
 indictionis est, & quemadmodum ali-  
 quod spatium conceditur citato ad se in-  
 struendum & respondendum de causa,  
 ita æquitas deposcere videtur, ne quasi  
 in momento indictionis, bellum actu in-  
 choetur, sed aliquali interjecto tempo-  
 re, quod olim, cum in terris Imperii  
 dissidationes adhuc obtinerent inter Prin-  
 cipes & Status, Lex nostra Carolina  
 Aur. Bullæ rectè perpendit *tit. 17.* ubi  
 constituit *dissidationem die Befehdung/*  
*non aliter valere nisi per tres dies naturales*

ipsi dissidando personaliter vel in loco, quo  
 habitare consuevit publicè fuerit iniuriata,  
 possitq; de intimatione huiusmodi per testes  
 idoneos fieri plena fides. Cæterum denun-  
 ciatio belli duplex asseritur, pura & con-  
 ditionata, *Grot. d. §. 7.* illa est quæ pu-  
 rè fit & speciali nomine indictionis ven-  
 nit, conditionata, quæ habet conjun-  
 ctam rerum repetitionem, & in specie  
 vocatur clarigatio, prout ex Plinio &  
 Livio declarat *Grot. d. §. 7.* quanquam  
 alio sensu clarigationis nomen idem im-  
 portet, quod vocabulum represaliarum,  
*conf. Gail. de. pignor. observ. 2. n. 8.* de  
 quarum requisitis in VIII. *disp. ad Rec.*  
*Imp. noviss. lib. xi.* & de distinctione à pi-  
 gnorationibus *ibid. lib. 7.* post alios dixi:  
 illud notandum est indicto bello hosti-  
 bus principaliter, censeri illud idem ac-  
 cessorie indictum eorundem sociis, ut in  
 bello Antiochi à Romanis observatum  
 quoad Etolos ceu meminit *Grot. d. c. 3. §.*  
*9.* rationem alibi exponunt Corinthii a-  
 pud Athenienses contra Corcyteos, dum  
 inquirunt: *necesse est si arma feratis inter*  
*hostes, ut simul interficiamini cum eis;*  
 & Philippi Legatis responsum ab Ro-  
 manis: rectè atque ordine fecisse Publ.  
 Cornelium Scipionem, quoddam Phi-  
 lippi milites, qui arma tulerint contra  
 populum Romanum, in acie captos  
 loco hostium in vincula conjecerit, ubi  
 tamen *Grot. d. c. 3. §. 10.* hoc ita verosi-  
 militer existimat intelligendum, ut bel-  
 lo absoluto contra Principalem hostem,  
 nova indictione opus sit, ut hostis ac-  
 cessorius per se bello peti queat hæc  
 hæctenus.

## CAP. XVIII.

De Effectibus bellorum & quantum in illis liceat, specialiter de captivitatibus, captivorum servitute, manumissionibus, redemptionibus & postliminio.

*Summaria.*

*Num. 1. Bella gerentium intentio est suum consequi. 2. & 4. hostilitates quousque continuare liceat? 3. armorum justitia an presumenda sit ex belli victoriâ, vel progressibus? 5. damnum belli & reparatio quatenus correspandant. 6. 7. 8. & 9. bellorum causa subnascentes quid consineant, ubi de belli sumptibus & securitate infuturum. 10. & 11. Licita quadam in bellis sunt indirectè, qua directè illicita. 12. hostem non armis modo, sed & dolo petere quatenus liceat? 13. hostis ministros num liceat corrumpere. 14. Transfugas recipere licet. 15. Latio hostis reciprocè permessa. 16. & 17. senes, fœmina, pueri cœteraque hostium turba inermis haud interficienda. 18. hostes armis resistentes interficere indistinctè licet, non verò aequè post deditiōem vel armorum depositionem 19. Belli auctori- bus parci non solet, sed factius his qui coactè cum hoste arma junxerunt. 20. & 21. dediti sub conditione salutis, sine perfidiâ interfici non possunt. 22. Deditiōem offerentibus regulariter annuendum ac parcendum. 23. & 24. quod dupliciter fallit. 25. usque 28. obsides an possint hoste qui eos dederat fidem violante justè interfici. 29. Grotii distinctio inter impunitatem & licentiam cædis obsidum rejicitur. 30. hosti permessa non sunt adversus hostem moraliter turpia. 31. Hostilis licentia circa res stricto jure gentium major est lege humanitatis. 32. moderationis hostilis exempla. 33. Distinctio hostilis licentia inter res, quarum corruptio momentum affert ad bellum, & quarum non affert. 34. promissa fides pro contributionibus obligat hostem ad desistendum à populationibus non obstante pretextu rationis belli. 35. & 36. templis & rebus sacris, exceptis idolis, eorumque super-*

*superstitionibus, parandum in bello. 37. arbitrium circa exercitium sacro-  
 rum victorie palmarum est. 38. loca religiosa non violanda ab hoste. 39.  
 Servitutum origo ex captivitate & nec. ex commiseratione. 40. manumissi-  
 onum origo ex voluntate dominorum. 41. missores Christianorum inter se  
 mores in bello, servitutem non admittunt, sed lytrum vid. 42. & 50.  
 Secus quoad Turcas, Tartaros, vel alios barbaros bello captos. 43. Chri-  
 stianos à Turcu captos jure gentium servos fieri probatur. 44. & 47. ejus  
 rei effectus circa Legem Corneliam & jus postliminis. 46. Dominorum jus  
 in servos verè tales, quale hodiè. 47. & 48. non tollitur si servus  
 profiteri incipiat Christianam religionem. 49. Servienti tamen conditio to-  
 lerabilior esse debet vel servus professus Christianam religionem etiam ex  
 publico redimi. 50. ut supra 41. 51. 52. 54. item n. 59. 60. & 61. captivi-  
 tatis finiendæ modi quinque referuntur. 55. & 56. Rex vel Princeps captus  
 an teneatur ad duras condiciones obtemperare liberationis? 57. cautio deimplendis  
 tractatibus non sufficit sed ratificatio post liberationem requiritur ex per-  
 sonâ capti Regis vel Principis. 58. Francisci Galliarum Regis exemplum. 62.  
 hostis capto num post fidem datam de non fugiendo, liceat fugere? 63. Res  
 immobiles, item arma, tormensa, quæque ad usum belli directè pertinent,  
 non sunt occupantium. 64. idem in rebus pretiosis & personis insignioribus  
 captis. 65. usque 76: Secus obtinet in cæteris rebus hostilibus ab hoste captis,  
 qua in prædâ sunt rejectâ Grotii distinctione. 77. & 78. postliminis de-  
 scriptio Grotiana insufficientis ostenditur. 79. postliminii jus à Paulo JCo  
 descriptum perpenditur. 80. 81. & 82. postliminis definitio & requisita. 83.  
 postliminium habent Christiani, in quocumque regnum vel provinciam  
 Christiani orbis ex barbaricâ servitute pervenerint. 84. hostes inter Chri-  
 stianos nec postliminii nec fictioni Legis Cornelia locus est. 85. usque 88.  
 postliminium an habeat Christianus ex Turcicâ servitute ad gentem Chri-  
 stianam suæ nationi tunc hostilem refugiens. 89. usque 92. postliminii effe-  
 ctus circa jura personalia, dignitates & officia declarantur. 93. 94. & 95.  
 postliminium an obtineat respectu matrimonii. 96. postliminium habet lo-  
 cum in immobilibus. 97. sed regulariter non in rebus mobilibus. 98. sen-  
 tus. l. si quid bello. ff. de capt. & postlim. 99. ratio ulterior. 100.  
 Covarruvæ distinctio num res hostium capta intra præsidia deducta sit  
 nec*

*nec ne ponderatur.* 101. *postliminii usus in rebus mobilibus juxta Gratianum.*  
 102. *pacis tempore nec captiva personarum aut rerum nec postliminium jure gentium obtinet.* 103. *Seculi Nomadum reliquie.* 104. *capti Christiani à piratis Turcicis, & contra Turca à Christianis piratis postliminium habent, licet de piratis generaliter aliud jure Romano proditum sit.* 105. *postliminium datur etiam gentibus ac populis devictis, si in libertatem vindicentur.* 106. *postliminii juri an prescribatur?*

1 **P**resentis capituli argumentum necessarium subjiciendum est, quia frustra foret omnis belli indictio & justitia causæ, nisi liceret bellum gerenti hinc obtinere justam satisfactionem, verum ut eâ in re excessus vitetur, diligenter considerandi erunt effectus belli in relatione ad suas causas, ut inde appareat, quousque facultas offensionis hostilis justa sit ac licita. 2 **P**resupponendum autem est in frontispicio, inter hostes licentiam sese invicem lædendi, radicaliter provenire à consensu belli vel expresso vel presunto ut supra distinxit; quoniam igitur ille consensus ex mente partium interpretandus est, quæ mens optimè colligitur ab intentione vel scopo consequendi quod sum est, indubiè sequitur, usque dum obtenta fuerit juris sui executio non teneri aliquem ab armis desistere, & consequenter eo usque permessa erit continuatio hostilitatum, rursus cum incerti admodum sint ac varii bellorum exitus, uti apud Thucydidem distinxerit Archidamus, videntur partes beligerantes quodammodò judicium fortis eligere ex consensu belli, cui præest divinum Numen, ut ad eâ illa pars censetur justiore habere cau-

sam, quæ victoriam reportat; *vos læcessisse*, inquit Scipio Africanus, in colloquio Hannibalis, *& tu ipse faceris, & Dei testes sunt, qui & illius belli exitum secundum jus fasque dederunt, & hujus dant dabuntque*, apud Liv. lib. 30. *hystor.* Eandem divini numinis directionem (sed veri) agnovit Carol. v. Imperator ex victoria Papiensi, ut profiteretur: *se hinc videre Deum sibi aperte propitium esse teste Guicciardin. lib. 16. hystor.* 4 **Q**uanquam divini judicii dispar sæpè ratio sit, ex cujus dispositione quandoque justior pars premitur injusto adversarîi bello ad pœnam, quâ de re non est hujus loci pluribus agere; interim hoc constat, usque ad quem terminum concessa sit mutæ hostilitatis usurpatio, videlicet sensu exclusivo vel negativo, usque ad reparationem læsionis, nam ætquam ea causa tollatur, justè continuatur bellum; per inversum non æquè illud est expeditum: an obtentâ reparatione læsionis principalis licitum sit in bello persistere? Si sequimur *Francisc. à Victoriâ, de jur. bell. n. 56.* neganda esse videbitur quæstio, ita enim ille *Si Galli irruentes in terram Hispanorum jussu regis sui paganos incendissent, non idèo fas erit Hispaniâ integrum regnum Gallia occu-*

5 *lia occupare, sed solum quatenus iustitia & equitas permittit Gallorum illam injuriam vindicare adductis etiam belli expensis, hæc Victoria.* Quæ si vera sunt, proportio observanda erit arithmetica inter damnum, quod bello causam præbet, & inter bellicam licentiam, ut non plus liceat armis persequi, quàm consecuti essemus, si bonâ gratiâ foret ab adversario satisfactum, nec plus pœnæ sumamus quàm noxæ commissum sit; certè primâ facie non ad eò improbabili videtur Victoriæ isthæ assertio, surrogatur enim bellum loco iudicii in controversiis regum gentiumque, quemadmodum igitur iustus Iudex parti petenti nil adjudicat, nisi quod pars altera extra figuram iudicii, præstare facere vel restituere debuisset, sic iustitia belli non plus permittere videtur belligeranti quàm semoto bello iustè exigere potuisset; verum quia monente *Grot. d. lib. 3. de iur. bell. &*

6 *pac. c. 1. §. 3.* jus nostrum non ex solo Principio spectandum, sed & ex causis subnascentibus, æquissimum erit & ad ea, quæ durante bello contigerunt haberi respectum in puncto satisfactionis inter quæ in primis numeranda erunt, 1. damna hostilia post indictionem belli illata, 2. sumptus in militiam erogati, quorum iustissima est præter causam principalem restitutio atq; refusio, accedit 3. cautela de futuro, nam qui semel bellum vel iniustè movit vel iniustè suscepit, victus de facto rebellare poterit, itaque victor adimendo illi vires ad nocendum securitati suæ prospiciendi jus habet; Romani in conditionibus pacis ademerunt Pœnis naves & poten-

tiam nauticam, Perseo nondum victo & non aspernandas pacis conditiones offerenti responderunt; ita pacem dari, si de summâ rerum liberum Senatui permittat rex de se deque universâ Macedonâ statuendi jus; nec immeritò, nam & Pœni pacem priorem non servaverant, & Perseus Patris Philippi inita cum 7 Romanis fœdera ruperat, cui nisi vires attritæ essent, tam facile fuerat à novâ pacificatione recedere, atque à priore, quâ equidem specie in primis consideranda est, iusto bello victi mutabilis armorum conditio, ut tantò iustius queat non consentire in pacem, nisi aut loca illa, unde nocere 8 possit victus cedat, aut aliam præstet cautionem arbitrio victoris, & ex bono & æquo sufficientem, quo intuitu Antiocho præcis Romanorum bellis Asia cis Taurum montem fuit adempta, alii hostes aliis regnorum partibus vel provinciis mulctati, ne temerè possent res novas moliri. Bre- 9 viter ergo si præter causam principalem & impensis belli & interim datis damnis re ipsâ hostis paratus sit satisfacere & cessione locorum vel alioquin sufficienter cavere de non offendendo in futurum, rationem habet & ex æquitate amplectenda est Victoriæ sententia, sin minus, non æquè, quia etsi fortè illud præstiturum se offerat hostis, quod ante belli initium meritò eum liberasset, tamen tunc, tempore sc. oblationis res non est amplius integra, & propterea cogitur secundum statum supervenientem & circumstantias præmissas satisfacere alteri parti si iustitiam armorum ex adverso velit interrumpere.

10 rumpere. Observandum verò insuper in genere rectè monet *Victoria d. l. n. 27.* & ex eo *Grot. d. c. 1. §. 4.* in bellis quædam per indirectum & extra agentis propositum esse licita, ad quæ per se jus non esset, ut in nave piratis plenâ, si in eâ sint pauci fortè innocentes, nihilominus enim tormentorum globis peti poterit, etsi periculum immineat etiam innocentibus, quod *d. l. ex lege charitatis* ita temperat Grotius; Si multo majus sit bonum, quo nostra actio tendit, quàm malum id, quod metuitur, cujus rei exempla cernere possumus in obsidionibus fortaliorum, in quibus etsi sint plures personæ innocentes, non tamen idèdè minus tormentorum globis infestari solent, quia ex ratione allatâ multò majus est bonum, quod ex occupatione speratur, v. g. provinciz & circumiacentium terrarum publica securitas, quàm quod ex tormentorum dispositione timetur malum, ad summum enim præter intentionem jactulantium unus vel alter indè interficitur innocens, qui talem mortem non pœnæ loco sed infortunii ducere debet. Quid quod principaliter ipsi subditi belli jure capi possint vel etiam occidi, licet per se sint innocentes, hoc verò accidit non ad pœnam eorundem, sed ad nocumentum Regis vel reip. cui subsunt, qui rex quæve respublica indicendo vel suscipiendo bellum omnes suos cives vel subditos posuit in statum hostilitatis, ut licitè possint offendere hostem & pariter ab eo offendi vel violari. Illud sanè non refert dolo an vi solâ armorum pugnent hostes, si modò dolus non ma-

11

21

nifestè repugnet honestati & sanis gentium moribus, ut sunt v. g. venenorum interficere aut proditoriè ad eadem domini sui, ad rebellionem sollicitare & corrumpere hominum animos putà ministrorum vel subditorum; quâ in re elegantem nobis regulam proponit *Grot. d. c. 1. §. 21.* dum inquit: *quicquid alicui facere non licet, ad id eum impellere aut sollicitare non licet, pro* 13: *exemplis sunt hæc: regem suum occidere subdito non licet, nec oppida sine consilio publico dederè nec spoliare cives, ad hæc ergo subditum, qui talis maneat permovere non licet*, quâ ratione igitur tot exempla insidiarum atque corruptelæ proditoriz ad amissionem juris gentium poterunt non dicam justificari, sed excusari? Diversum obtinere tradunt, si citra sollicitationem aliquis utatur proditione ministrorum vel subditorum adversarii, cum id nullâ lege sit prohibitum. *vid. Grot. d. l. §. 22.* ubi exemplum proponit in receptione transfugarum, quos spontè advenientes admittere justum æquumque sit, planè id ipsum etiam permillum in belli Ducibus vel capitaneis insignioribus, si fortè propter offensam à priore militiâ discedant, & alterius partis arma sequantur; ut quondam Masanissa qui desertis Carthaginensibus ad Romanos & superiore seculo Johannes Medices qui ad Gallosum castra à Cæsareanis partibus, contra Bourbonius Dux & Auria qui ad Carolum Quintum derelictis Gallis accesserunt, & benignè recepti sunt, hodieque id genus exempla studio prætermissa passim obvia, hæc de licentiâ belli genera-

14

liter.

liter; in specie permiffum est: hofti-  
 hostem lædere & in persona & in re-  
 bus, idque ex utraque parte, tam e-  
 jus qui justam habet causam belli,  
 quàm adversarii qui minus probabi-  
 lem, id quod & suprâ jam diximus &  
 15 expresse tradit *Grot. d. l. 3. c. 4. §. 3.* sed  
 hoc utique intelligendum, ut superi-  
 ori capite declaratum fuit de actibus  
 externis juris gentium, non de foro  
 16 interno conscientie, ut *Grot. ipse ex-  
 plicat d. l. 3. c. 10. §. 3.* Porro læsio  
 isthæc hostilis non tantum ad captu-  
 ram personarum sed ad vulnera etiam  
 & eædem usque permittitur, id  
 quod pariter exemplis declararem cum  
*Grotio d. c. 4. §. 7.* nisi res esset per se  
 satis nota; hoc sane durum est: sub  
 eâ interficiendi licentiâ non tantum  
 viros armatos comprehendi sed alios  
 etiam promiscuè & vel infantes atque  
 fœminas quamvis id velit *Grot. d. c. 4.  
 §. 6. & §. 9.* quod sc. non nisi de stricto  
 jure gentium videtur intelligendum,  
 & idem rectius *d. lib. 3. c. XI. §. 9.* pu-  
 eros, fœminas & senes excipit, imò  
*Pontif. Alex. III. in c. innovamus. V. de  
 streug. & pac.* alios in super. expressit, qui  
 tempore guerræ publicæ securitate gau-  
 deant, ut presbyteri, monachi, mer-  
 catores, rustici, &c. quanquam hoc  
 ipsum minus observetur hodiè in bel-  
 17 lis. Hoc amplius notandum est, quod  
 etsi jus gentium generatim permittat  
 occidere hostes, tamen rigor ille non  
 indiscriminatim sit executioni man-  
 dandus, sed servato triplicis rationis  
 temperamento personarum, causarum  
 & temporis; in personis, præter se-  
 nes, mulieres & pueros, quibus ex  
 mitiore sententiâ parcendum esse dixi-  
 mus, imbellis quoque multitudo re-  
 liqua trucidanda non est; quoad ar-  
 matos verò hostes plurimum valet di-  
 stinctio causæ & temporis, nam dum  
 sunt in ipso conflictu vel armis ad-  
 18 huc utuntur, ut nocere possint, justè  
 interficiuntur sine discrimine, post  
 deditionem verò vel armorum depo-  
 sitionem non æque, tunc enim præ-  
 primis causa est distinguenda, quidam  
 enim auctores suère belli suasores vel  
 incitatores, quidam nihil horum per-  
 petrârunt, castra tamen secuti sunt  
 hostilia, illis minimè parci solet, sed  
 ad pœnam à victore justè peti possunt.  
 ita in bello Ætolicò Romani Dicz- 19  
 archum Menetam Epirotam, Aminan-  
 drum regulum & Principes Athama-  
 num sibi dedi petière, in bello Anti-  
 ochi Hannibalem; nec immeritò au-  
 ctiores belli vel incitatores propter  
 exemplum tantæ noxæ pœnas luunt,  
 optandumque hodiernum id genus ho-  
 mines qui reges & republicas Christiani  
 orbis in bella præcipitant, eam subire  
 fortem, quò magis pax publica pos-  
 set aliquando esse facta tecta; reliqua  
 armatorum multitudo diversæ iterum  
 conditionis esse potest, dum nonnulli  
 spontè alii coacti castra sequuntur,  
 quibus facilius promptiusque quàm  
 prioribus illis vita donanda, impetrâ-  
 runt hoc Thebani à Persis victoribus  
 in pugnâ ad Thermopylas eadem de  
 causâ, quòd dicerent, se non spon-  
 te sed coactos cæteris Græcis arma  
 sociâsse, *Herod. in Polymn.* Quotquot 20  
 tamen semel, gratiam obtinue-  
 rint ex promissione, indistinctè securi  
 esse

esse debent de salute & fide promissâ, hinc eos Romanos, qui in prælio ad Thralymenum eruperant suamque salutem & abitum cum singulis vestimentis pacti fuerant cum Maharbale Pæno contra jus gentium postea Annibal in vincula conjici jussit, juxta *Liv. lib. 22.*

21 *hstor.* Quâ barbaricâ perfidiâ Machometes Bassâ Turcicus Lozantium & præsiarios Temesuarenses, quibus vitam & salvum conductum promiserat, interfici jussit, ut est apud *Thuan. lib. 9. hstor.* Planè Annibal factum illud aliquo modo colorare poterat, quòd se inscio liber abitus promissus sit Romanis à Maharbale, sed ne prætextu quidem hoc vel simili uti poterat Machometes qui sub expressâ salutis pactione deditos, perfidiâ Turcis non insuetâ vel occidi, vel in captivitatem abduci jussit.

22 Illud quæritur an & quibus conditionibus dedere se volentibus sit deferendum iisque parcendum? *Grot. d. lib. 3. c. xi. §. 14.* non repudiandam censet deditio- nem sive in prælio sive in obsidione pacilentium vitam salvam, & §. *seq. 15.* his qui sine conditionibus se victori permittunt ac supplices fiunt, quod vocamus auffs Gnad und Ungnad sich ergeben. / parci debere existimat, quæ sententia, ut regulariter humana est propter horrorem sanguinis humani non temerè fundendi; sic fallit dupliciter I. Si dedere se volentes ad extremum restiterint, & tunc demùm cum multo suorum sanguine fuso victoriam in manibus ferè habet pars altera, deditio- nem offerant, quâ specie ad pœnam contumaciæ respui potest serius oblata pactione, præsertim si res isthæc ad exemplum per-

tineat, ut alii à simili ferocità deterrantur, ita Gustaphus Adolphus Succie Rex in expugnatione Francofurti ad Viadrum repudiavisse fertur seram deditio- nem præsiariorum 2. exceptio est, in his, qui aliàs enormiter deliquerunt, absurdum enim propterea eos impunitatem consequi debere, quia ultroneam deditio- nem offerunt sub conditione salutis, quam non merentur, justè igitur deditio repudiari poterit, si hi etiam, qui mortem meruere ex delictis pacisci velint salutem, quod verum est etiam quoad eos, qui pariter rei non sunt, si nolint ad mortem dedere facinorosos, 24 sed ipsis quoddam velut patrocini- um præbere sub expressâ conditione pactionis salutis, unde Joab noluit prius desistere ab oppugnatione civitatis Abelsæ, nisi rebellis Sebz filius Bichri ab oppidanis foret deditus, cui etiam caput amputatum ex voto obsidentium extra muros projectum est. 2. *Samuel. xx. vers. 21. & 22.* De obsidibus quæritur an hoste qui eos dedit fidem violante, justè occidi possint? Rectè id negat *Grot. in d. c. xi. §. 18.* ex ratione 25 quod dominium in vitam hominis Deo exceptum sit neque adimi debeat ex consensu vel pacto privatorum, quam quidem doctrinam ante Grotium tenuere communiter doctores *post. gl. in c. cum homo verb. supplicium 23. q. 5. Felus. in c. cognoscetes n. 2. X. de const. Cyn. & Salycet. in l. ad Commentariensem C. de custod. reor.* Et certè quemadmodum per allegatos Doctores fidejussor pro homine facinoroso, qui post aufugit, puniri non potest pœnâ mortis vel corporis afflictiva reprobato textu

d. c. cum



*d. c. cum homo*, quem *glossa ibid. comm.*  
 26 *recepta* meritò rejecit, ita obses tanquam publicus regis vel civitatis suæ fidejussor interfici non poterit, si rex vel Respublica, cujus nomine datus est, fidem non servet, semper enim sive jus positivum inspiciamus *liber homo ff. ad leg. Aquil. c. contingit. X. de sent. excomm.* sive jus naturæ & gentium, militat eadem ratio, quod sc. nemo sit corporis vel membrorum suorum dominus, atque ita res est satis clara, si de consensu vel pacto simplici privatorum loquimur; plus dubii verò  
 27 quæstio habet, circa eum casum, ubi ex statuto vel consuetudine licitum censetur se obstringere pro alio ad pœnam corporalem, tunc enim multi *glossam in d. c. cum homo*, secuti, quæ hunc casum excipit, existimant, auctoritatem talis legis statutarie vel consuetudinis conjunctam consensui privati alicujus, ipsum etiam extra pactum innocentem ad pœnam istiusmodi obligare posse *ita Dec. in d. c. 2 n. 1. Roch. Curt. in c. fin. X. de consuet. Angel in l. 2. vers. est tamen C. de exhib. reis. Menoch. de arb. jud. quæst. cas. 304. n. 4.* Quæ si vera est sententia videtur & fidejussor pro alio ad pœnam mortis, quæ ipsa capitalis est, obligari, & sic ducto hinc argumento idem affirmabitur de obside, nimirum inter reges vel populos, apud quos hæc tales leges vel consuetudines obtinerent; sed post *Felin. d. l. rectè Didac. Covarruv. var. resôl. lib. 2. cap. 8. num. 8.*  
 28 ab eâ sententiâ discessit, ex ratione, quod nullâ lege humana caveri aut consuetudine introduci possit, ut vita

pro alieno crimine ex pacto alicui adinatur, unde nec in fidejussore nec in obside aliud dicendum eo casu, quo lex aut consuetudo obligationem ad pœnam corporalem pro alio approbat, idem sc. obtinet quod in casu, quo obligatio ad talem pœnam merito consensu aut privatorum pacto nititur, quia ex legibus vel consuetudinibus nihil introduci potest, quod repugnet legi divinæ *d. c. fin. & ibi Canonista X. de consuet.* Ex quibus consequenter arbitrator hoc in passu nec Grotii distinctionem *in d. §. 18.* admittendam dum distinguit inter impunitatem & licentiam cædis obsidum, quasi illa concedenda sit de jure, non verò hæc: nam quia leges humanæ vel consuetudines legem divinam tollere nequeunt in personis obsidum *per not. d. c. fin. add. Covarruv. d. cap. 8. num. 7.* etiam pœnam legis divinæ non tollent, quæ interfectores obsidum affici queant, vel alterâ parte postulante licet in facto ipse probabilius putem, si talis casus contingeret apud diversas nationes interfectum iri obsides. Illud indubium puto à nemine hostium ea licite exerceri, quæ turpitudinem moralem involvunt, ut stupra, adulteria &c. quamvis forsan per conniventiam non animadvertatur in talia perpetrantes, quod enim divinâ æternâque lege morali prohibitum est, jure gentium aut ex constituto humano licitum fieri non potest. Quod porro attinet temperamenta hostilitatis circa res hostium, species quidem virtutis est, his aliquo modo parcere, sed alia quæstio, quæ  
 d 3. inquit

inquirimus quid liceat jure gentium? quemadmodum si v. g. de avaro loquimur, in multis quidem evenire potest ut injustus non sit rigidè exigendo, quæ sibi debentur, sed tamen nec vitiosus ea in re est, dum jure suo strictè ex avaritiâ & promiscuè utitur; sic in casu nostro hostis, utendo pervasandoque terras hostiles injurios quidem per se non est, & facit quod sibi permittitur de stricto jure gentium, sed laude dignum & gloriosum non est.

32 hoc summo jure uti, quin Alexandri Magni factum Asia agro olim parcentis & Gustaphi Adolphii, regiam Electoralem Bavaricam, quæ Monachii est haud destruentis & similia aliorum moderationis exempla in ævum celebrantur, licet Alexandro Magno incendium Persepolitanum, quod suavis Thaidis ebrius fieri jussit, gloriam moderationis haud parum deformet. Planè, ubi opus est vastatione agri hostilis, direptione, & similibus malis, quin ad diminuendas hostium vires cuncta isthæc jure permittuntur sint non dubito, unde illud Onesandri: *hostium terram perdere, urere, populari meminere, nam & pecuniarum & frugum penuria bellum minuit, quantum auget copia*, Grot. d. lib. 3. c. 12. in princ. Distinguendum igitur omnino est inter ea, quæ perditâ, aliquod momentum ad victoriam belli afferre possunt, & quæ nullum possunt; illa in rebus hostium committere non tantum per se licitum, sed & omnis vituperii expertus est, hæc contra refragante, si non jure saltè humanitatis lege nec in hostiū rebus usurpare decorum, quo in numero sunt fru-

giferas arbores excindere, palatia & alia magnifica opera destruere, villas insontes comburere, &c. unde nihil tuis rebus adjumenti afferas, barbarum sanè est, etiamsi nihil pepigerimus promiscuis uti incendiis, juxta illud Ovidii; *Exremat insontes hostica turba casus*; illud verò etiam injustum, imò injustissimum, postquam hostis ex contractu promissit non laedere terras vel ædificia quorundam locorum pro certis contributionibus, si eas receperit, & nihilominus pergat incendiis aliisve belli cladibus terras populari, id quod nullâ belli ratione defendi potest, neque enim hoc pratextu uspiam licebit fidem fallere; & quod contrà sit, facti est non juris gentium. Quæro quid de templis vel aliis divino cultui dedicatis rebus sentiendum, an liceat hostibus easdem perdere? Et negativa hîc quoque est humanior ex Numinis reverentiâ, maximè inter eos, qui eundem Deum ex eadem lege colunt, etiamsi fortassis sententiis quibusdam aut ritibus dissideant, ut Grot. d. c. 12. §. 6. Certè reges vel Principes pontificiæ religionis non debent

35 templa Evangelicorum bello capta, nec contrà hi illorum profanare, & sic etiam de bello inter Turcas & Persas stante illo Mahometanæ religionis dissensu idem dicendum videtur, imò in universum rectius dixerim, ut loca, ubi verus Deus cæli & terræ Creator omniumque rerum Conservator colitur, haud profanentur, quamvis cultus per se improbatum sit, tolerabilis est enim, ut gentilis quidam Imperator censuit, vel Deum qualitercunq; coli,

36 **Q**uam loca talia profanari, & multò minus, si rectior sit cultus veri Numinis templa capta vel res sacra profanari debent; sæda igitur est barbaries cum Turcæ Tartarique templa Christianorum bello occupata inæquilia convertunt, diverso jure arbitror esse delubra idolorum, modò sc. id fiat à gentibus veri Numinis conscisci, nisi fortè quibusdam pari superstitione dementatis conscientia erronea, quã idolorum cultum verum putant, quodammodò impedimento sit, quò minus quod per se estlicitum, tali specie exequantur; Israëlitz in sacris læpè leguntur gentilia delubra atque idola destruxisse, quorum exempla secuti Lusitani in Congo Africæ regno & Hispani in Indits occidentalibus idolorum simulacra meritò concremarunt & sacella ipsa superstitionis diruerunt; planè illud dubium non est, quin liceat jure gentium uti etiam in templa hostium, non ad profanandum, sed congruè moderandum, quo intuitu victor plerumque solet suæ religionis cultum introducere, quã de re alibi. Quid de locis religiosis Idem ex humanitatè legibus de his quoque, videlicet extra vim & spoliationem hostilem esse debere cum Grotio sentiendum d. c. 12, §. 7. Scythæ exprobranti Dario Persarum Regi cur in aciem non prodirent, viros ipsum mox inventurum responderunt, 37 si tumulos & sepulchra majorum haud procul inde sita violasset, ut suprã ex Herodoto retulimus, quasi sc. ea res, præ cæteris justam hosti exacuat iram. Verum missis hisce de cæteris captis

nostri specialioribus materiis & magè propriis, velut de captivitatibus, servitutibus & similibus dicendum est: cum igitur durum esset atque truculentum, pomiscuè omnes, qui in manus ho- 39 stium pervenissent occidere, communi gentium jure placuit capere hostes & in servitutem redigere justum æquumque esse §. sed jus. *Inst. de ju. n. g. §. crv. §. servuus cum seq. Inst. de jur. person.* nam pro eo beneficio quod servati essent, par fuit, ut obstricti esse crederentur ad ministrandum, quale quid de Gibeonitis legimus in historiã sacrã *Jos. 9. vers. 23. & 27.* idque ministerium servile tamdiu duravit, quamdiu dominus, qui servasset, quive in ejus locum successerat, voluisset; ex contrariã igitur voluntate domini natæ 40 sunt manumissiones, quibus servilis libertas data est *l. manumissiones. 4. ff. de just. & jur.* hæc ita per multa secula fuère gentes inter belligerantes observata, sed posterior ætas in bellis Christianorum inter se mitior fuit, ut capti non amplius in servitutem redigerentur, sed 41 amissis rebus, quas secum habuissent tantisper detinerentur, dum aut lytrum præstitum esset aut forè facta captivorum permutatio; quod quidem jus inter Christianos diversarum nationum ante trecentos circiter annos introductum fertur; Cæterum quod ad bella Turcica aliorumvè barbarorum attinet nondum planè exolevit jus priscum gentium circa servitutes, namq; 42 illi nostræ partis homines captos in servitutem redigunt satis duram; ergò vicissim à nostris capti eadem conditione habentur. *Angel. Aret in §. ea qua.*

que *Inst. de rer. divis. Alc. in l. hostes ff. de verb. signif. Mysf. in §. servi autem 4. n. 5. Inst. de jur. person.* & illud quidem absque dubio est, Turcas Tartaros vel similes hostes

43 à nostris captos fieri servos; an verò id similiter contingat ex adverso, ubi nostri ab illis capti fuerint, non pariter expeditum est; censent quippe nonnulli hoc casu contrarium sc. nostros idèdè haud fieri servos, quod Turcarum & Barbarorum bella injusta sint contra Christianos, unde fiat ut non habeant quoad captivitatem & similia, antiqui juris gentium effectum, sed ut verum fatear, ea sententia mihi vix sustineri posse videtur (1.) quia non omnia bella Turcarum contra Christianos de jure gentium & ex necessitate injusta sunt, ut docet exemplum belli Amurathis, adversus Vladislaum Hungariæ regem, nam Turca tunc se defendit contra Hungaros posthabitâ priore pace jurejurando obfirmatâ arma inferentes, quis non igitur dicat illud bellum à parte Turcarum fuisse justum? Deinde posito (2.) ex regula Turcarum bella semper esse injusta, jam suprâ ostendimus etiã ex bello materialiter injusto resultare posse effectus juris gentium; quanquam in foro Poli aliud dicendum videatur, sed hîc est sermo de effectibus juris gentium, ergò eo sensu

44 Christiani à Turcis in bello capti videntur utique fieri servi; unde talis homo captus testamentum condere non posset, nec alios actus civiles exercere, tanquam existens in servitute, qui contrarium asserunt sc. testamenta ab existentibus in partibus barbariæ confecta va-

lida esse & jure gentium æstimari, uti & contractus eorundem, intelligendi sunt de ibi existentibus fortè in legatione vel aliàs extra schema captivitatis, quamvis tunc etiã rectius dicatur, testamenta (idem de contractibus) debere fieri secundum leges patriæ & loci, unde missi sunt, eò, quod legati cum hominibus legationis, fictione juris gentium, in regno vel territorio mittentis vivere videantur ut suprâ diximus *cap. de leg.*

Ex præmissis verò sequitur in captivis Turcarum locum esse legi Corneliæ & juribus postliminii; quæ res non parvum habet effectum in delationibus hereditatum & aliis actibus, v. g. ponamus esse tres fratres, Titium, Caium, Sempronium, è quibus Caius decedat primus relictis liberis, Sempronius liberos non habens à Turcis capiatur, Titius verò vivente adhuc Sempronio moriatur liberis itidem relictis, si quæstio sit de successione filiorum Titii & Caii fratrum per capita succedent in hereditate Sempronianâ, quamvis Sempronius supervixerit Titio naturaliter loquendo, si modò in servitute Turcicâ idem Sempronius moriatur, quia ex fictione legis Corneliæ censetur jam in primo captivitatis momento, adeoque ante Titium decessisse, ut propterea Titiani & Caiani filii fratrum concurrere existimentur soli in hereditate patrii & per consequens successuri sint in capita, cum si Sempronius demum post mortem Titii ut verè mortuus considerandus aut ex servitute Turcicâ jure postliminii reversus fuisset, successissent in stirpes & idem in similibus *l. bona 22. in pr. §. 1. ff. de capt. §. postlim.* Illud porò consequens est tali

est tali casu, ubi capti ab hoste, adhuc sunt servi capientis, licere domino de iis ut de aliis rebus suis disponere sive inter vivos sive per speciem ultimæ voluntatis, sic Principes & magnates hos tales homines quandoque emunt quandoque donationis titulo accipiunt, sed & iisdem captis utpote verè servis, vera manumissio conferri potest. Quæritur tamen an ex subsequente professione Christianæ religionis capti Turcæ, Tartari, vel alii Barbari, ipso jure censeantur manumissi? Quod mihi non videtur, quia 1. jus quæsitum ex captivitate hostis, domino invito auferri non debet, eoque minus, 2. quod ipsa lex Evangelii non tollat jura dominorum in servos ut patet ex multis locis. *Epistol. ad Ephes. 6. v. 5. ad Colos. 3. v. 22. ad Tit. 1. v. 9. prior. Petr. 2. v. 18. Ec.* Accedit 3. quod servi judæorum conversi ad fidem Christi redimendi sint, & sic ipso jure non censeantur liberi *c. 1. X. de jud. quævis dominus eos ultra non possit habere in commercio l. 1. C. ne Christ. mancip. heret. vel jud. multò magis ergò dicendum est in casu, quo prior dominus non fuit incapax commercii in servo, haud ipso jure eum ad statum libertatis perducere ex professione religionis Christianæ, sed tunc etiam manumissionem vel redemptionem esse necessariam; certè illud humanitatis intuitu asserendum, quòd quibus in locis, velut in Hungariâ, Turcæ vel Tartari capti frequentioribus subjiuntur fustium ictibus, si ad Christi fidem conversi fuerint, i. hæc vel similis alia durior serviendi conditio remitti debeat & mutari in tolerabilio-*

rem, usque dum plenam ex manumissione vel redemptione consequantur libertatem, cum melioris conditionis, ut inquit *Alex. III. in c. Judæi 5. X. d. 1.* esse oporteat ad fidem convertos, quam antequam fidem susceperint, habebantur; imò humanitati congruum fuerit, hos tales homines protinus ex publico redimere. Cæterum captivitas hostium, quæ hodiè inter Christianos non inducit præscam servitutem, salkem petendi lytrum ut dixi, vel captum tantisper in carcere aut custodiâ detinendi jus tribuit, quo præstito redemptionis pretio captivus dimittendus est, atque adèd hodiè captis Christianis ab hoste Christiano licet salva maneat libertas, tamen exercitium ejusdem per custodiam talem restringitur, ut captivus non liceat frui plenâ libertate. Nunc de modis tollendæ captivitatis dicamus, qui in univèrsum quinque sunt. 1. mors captivi, quæ ut alia humana solvit, ita etiam, carceres, vincula, & captivitates. 2. manumissio sive dimissio de manu, quæ vel fit ad eum scopum ut manumissus in novâ gente tanquam civis vel liber homo in postcrum agat, vel ut ad suos revertatur, quò in specie pertinet gratiosa remissio, quâ reges & magni principes uti consueverunt, vel ex virtute, ut Alexander Magnus dum Porum Indiæ regem in regnum remisit solo titulo regio adempto, vel ad captandam benevolentiam ut Antiochus Asiæ Rex, dum filium Scipionis Africani à se captum patri remisit. Tertius modus finiendæ captivitatis & ipse vetustissimus est, redemptio pretio facta, quem morem etiam haud negaverit à patribus traditum Man-

lius Torquatus, auctor tamen senatui fuit, ut capti ab Hannibale in prælio Cannensi certis de causis non redimerentur *Liv. lib. 22. histor.* Quid ergo tali casu? poterunt hostes vendi ex defectu redemptionis, quod & postea fecit Annibal. sed quaeritur an hodie id liceat inter Christianos, ubi vera non est servitus captivorum? Puto nihilominus id hodiernum permillum, non quidem ut captivi tali casu vendantur tanquam servi, sed ut transferatur jus in eos competens tanquam debitores lytri, ut quemadmodum donec de eo satisfecerint à venditore detineri poterant, sic eodem etiam jure ab emptore, hinc & jure Romano redemptori jus pignoris competit in redemptum licet interim non veri servi titulo idem habeatur *l. postulminium §. 9. ff. d. capt. & postulm. l. ab hostibus l. commercia l. fin. C. d. postulm.* Quantum autem pretium redemptionis esse debeat, & cujus arbitrio determinandum, ulterioris est quaestio- nis 2. Et jure gentium illud à parte victrice statui congruam tamen moderatione, ne fortè in immensum extendi licitum putetur, verius est, plerumque tamen in magno captivorum numero vilius statuitur: ab Eryce, gloriatur Publius Scipio Scipionis Africani pater, emissos Carthagenenses duodevicens denariis aestimatos fuisse apud *Liv. lib. 21. hist.* quod si tamen certum aliquid utrinque conventum sit, ut hodie fieri assolet, pro tenore conventionis pretium est solvendum ad liberationem, verum in regibus, Principibus, ducibus vel ejusmodi personis celsioribus jure belli capti pretium redempti-

onis pro conditione maius est, quae res tota ex bono & æquo pendet captivum tenentis arbitrio, quaeri autem posset an teneatur Rex vel Princeps captus ad duras condiciones obtentae liberationis? Ratio dubitandi, quia promissio talis non videtur libera, sed metu captivitatis extorta, qualis neque de jure civili cum effectu valet. *l. qui in carcerem ff. quod met. caus.* atque ita superiori seculo Franciscus primus Galliarum Rex in prælio Papiensi captus valde conquestus fuit de durioribus liberationis suae conditionibus apud *Guicciardin. lib. 17. histor. circa princ.* Ratio decidendi in eo potest poni, quod custodia hostis capti non sit injusta, sed jure gentium permilla, at jura ubi promissiones in carcere factas irritant, intelligunt carcerationem injustam ut patet ex *l. continet §. 1. ff. eod. tit & naturalis quoque ratio idem suadet, ergo non debet hæc res ad eum casum porrigi, quo jure captus & custoditus aliquid promittit, præsertim si custodia humana sit & talis in rege vel Principe capto, qualis obtigerat Regi Francisco, scribit enim *Guicciard. lib. 15. histor. sub fin. Rex postero victoria die in Picghitinis arcem est perductus, ubi libertate excepta (summam enim diligentiam custodiebatur) in ceteris omnibus regio more honoreque afficiebatur. Quod magis tamen hæc tales promissiones effectum sortiantur, & ab omni scrupulo concussionis & violentiae immunes sint, dux solent condiciones adhiberi (1.) ut Rex vel Princeps liberandus ante liberationem præstet cautionem de implemento tractatum (2.) ut post liberationem já inter suos**

constitutus tractatus habeat ratos, idque se facturum antè promittat, hæc conditiones & in regis Francisci liberatione sunt observatæ, sed eventus docuit cautelam non fuisse sufficientem, quia pacis tractatibus Rex in libertate constitutus subscribere recusabat, sed nova potius fœdera contraxit, novumque ac difficile bellum adversus Carolum Quintum movit, ut filios pro liberatione suâ obsides datos reciperet, igitur cautela est, ut captivus hostis eò usque maneat in custodia, donec tractatus pacis fuerint impleti, aut præter obsides de pace implendâ idoneè caveat, veluti sponsores, qui statim cogi possint, vel pignori tradito insigniori aliquo loco præsertim munito, sed hæc relinquamus politicis quæstionibus à jure gentium, ut & suprâ dictum, distinctis.

59 Quartus principalis modus solvendæ captivitatis est permutatio, si etenim hinc inde captivi habeantur solent in loco tertio ex utraque parte pari numero & conditione dimitti, quæ res hodieque non est infrequens, præprimis verò captivi duces generales militiæ aut Chiliarchæ valdè solliciti sunt, ne cum minus æquali permutatio fiat, veriti scilicet id vergere in suum dedecus; neque dubitandum in ipso illo loco permutacionis, quamvis durante bello, permutatos vim hostilem sibi inferre non debere, conveniunt enim publicâ fide ad recuperandam plenam libertatem, quamvis extra illum mutua sese invicem liberandi facultas haud sit interclusa. Denique quintus modus, quo captivitas tollitur, est fuga captivorum, quâ ad suos revertuntur, sanè primâ fronte du-

bitet aliquis, an liceat homini capto ab hostibus refugere ad suos exemplo servi fugitivi, cui fuga de jure adedè permissa non est, ut sui censeatur furtum facere aufugiendo; verum respondetur: disparem esse conditionem servi fugitivi, & hostis capti ad suos refugientis; illius enim fuga per se & quâ talis, non est jure gentium pariter permissa, quia non est necesse, ut fugitivi ad distinctam gentem libertatis recuperandæ gratiâ confugiant, tum quia fugitivi sæpè ver- 61  
næ sunt scilicet quibus alia gens non est, ad quam se recipiant, tum etiam, quia ut plurimum intra fines ejusdem Imperii permanendi seque dominorum servitiis subtrahendi intentionem habent, tum denique, quia captivi hodie nisi inter Christianos & barbaros bello existente, captivorum servi non sunt, & propterea etiam sui furtum non committunt fugiendo, absurdum autem fuerit extolerabiliore captivitate Christianorum licere fugere, non verò ex duriore barbarorum, accedit quod in jure Romano, hujusmodi fuga hostium tanquam juri gentium conformis satis approbetur in l. nihil interest. ff. d. i. de cap. & possim. Quid 62  
tamen si quis expressè promiserit se non arrepturum fugam? Tunc eertè præclusisse sibi dicendus est facultatem fugæ, pacto enim stare debet, & propterea Atilius Regulus sanctâ fide reversus est ad Carthagenenses, licet non ignoraret summis cruciatibus se afficiendum; contra qui ex Romanis ad Cannas captis præstitum de revertendo juramentum fallaci reditus interpretatione eluserat, judicio Senatus visus est ad Annibalem custodibus publicè datis reducendus esse, hæc de perso-

- personarum captivitate, manumissione itidem, redemptione, permutatio-  
ne & fugâ, de quâ ultimâ specie tamen  
infra in materiâ postliminii adhuc ali-  
qua superaddi poterunt. Cæterum  
capiuntur & res hostium, capientiumque cedunt dominio, ut jam supra  
63 dixi ubi tamen observanda differentia  
est, quæ enim res immobiles sunt non  
jure occupationis ad privatos per se per-  
tinent, sed ad illum cujus auspiciis  
bellum geritur, idem de mobilibus  
quibusdam veluti tormentis, pulvere  
tormentario & similibus ad usum bel-  
li pertinentibus dicendum, hoc ampli-  
us eo jure etiam res mobiles valdè  
pretiosæ percensentur. *Bruning discurs.  
Palast. Imp. v. th. 3. lib. 6. & eum se-*  
64 *cutus Harprecht. ad §. item ea 17. n. 8.  
Instit. de rer. divif. id quod etiam in per-*  
sonis insignioribus captis obtinet, ut  
nempe domino belli extradi debeant,  
quibus tamen casibus capiens pro la-  
bore vel præmio virtutis remuneratio-  
nem aliquam accipere solet. *Hugo Grot.*  
65 *lib. 3. de jur. bell. & pac. c. 6. §. 8. & seq.*  
de hoc bellicæ acquisitionis puncto a-  
git fufius & conatur contra receptio-  
rem interpretum juris sententiam o-  
stendere: capta in bello non fieri ca-  
pientium utique eo casu si actu belli  
eo capta sint. sed tunc acquiri popu-  
lo, cujus auspiciis bellum geratur. *ita*  
*idem d. c. 6. §. 14. cui sententiæ etiam*  
*patrocinium præbet Anton. Merenda.*  
66 *lib. 2. controu. c. 22. quod si verò actu*  
privato capiantur licet occasione belli  
publici, concedit ipse Grotius priva-  
tis res queri primò ad directè *ibid. §. 10.*  
idquæ declarat *ibi §. 12. ut si quid mili-*
- tes capiunt non in procinctu aut in eo,  
quod facere jubentur sed in eo quod  
promissio jure aut solo permisso fa-  
ciunt, id statim sibi acquirant; bre-  
viter si justâ acie configitur, si veli-  
tando certatur jussu ducum, si urbes ob-  
sidentur, actus bellorum publici sunt  
& consequenter ex mente Grotii cap-  
ta non sient singulorum capientium  
sed Reip. in aliis verò actibus ut dimi-  
cationibus singularibus, liberis ex-  
cursibus & similibus, privatorum do-  
minio acquirantur. Contrarium ta-  
67 men, quod sc. etiam per publicos bel-  
lorum actus capta ab hoste, sient sin-  
gulorum capientium puto verius esse,  
(1.) quia Resp. bl. utitur ministerio  
singulorum militum ad finem victoriæ  
nom verò ex directâ intentione ad fi-  
nem promiscuæ capturæ rerum hosti-  
lium, quicquid enim capiunt sit me-  
rè occasionaliter si hostes aliquas res  
vel in acie & conflictu vel urbibus  
habuerint, quarum capiendarum da-  
tur facultas, imò ipsa illa captura ut-  
plurimum est actus privatus sive in  
prælio sive in urbium expugnationibus  
neque enim Resp. vel duces principa-  
liter jubent militem prædas agere sed  
68 ex occasione permittunt, jubent verò  
hostes vincere, urbes expugnare &c.  
per consequens corruiat prætextum fun-  
damentum Grotii à publico militum  
ministerio petiitum. (2.) res hostiles  
capi solent per speciem violentiæ, &  
ut plurimum non sine capientium pe-  
riculo, sicut ergò periculum ad eos  
pertinet, quâ singulos, ita & com-  
modum pertinere debet, ut videli-  
cet singuli res captas sibi acquirant



arg. l. secundum naturam. ff. de reg. jur. accedit autoritas Justiniani Imp. in d. §. item ea & Gaius in l. naturalem §. fin. ff. de acq. rer. dom. generaliter & sine distinctione actuum belli asserentium; res ab hoste captas fieri capientium quod & pertinet responsum Celsi in l. transfugam §. 1. ff. eod. ubi res hostiles, 69 quæ jam apud nos sunt negantur publicæ esse & dicuntur fieri occupantium utique etiam togatorum civium, cur ergo deterioris conditionis censeamus cives armatos in præliis aliisque bellicis actibus, ubi multò majora pro Rep. sustinent pericula? add. respons. Pomponii §. 2. & Tryphonius in l. in bello. pr. ff. de capt. & posth. idem demique probat (4.) observantia militaris & usus nostræ ætatis, nam quas res milites in acie aliisque bellicis actibus ceperint, veluti equos, pecuniam, vestes &c. non minus sibi acquirunt & retinent, quàm quas alibi in excursionibus liberis occupaverint, ergo eo ex capite non debet esse distinctio. Nec str. ngunt ex adverso allata diversarum gentium exempla, quæ Grotius loc. cit. ex Romanis, Græcis, Francicis aliisque historiis congestit, atque ex illis probare satagit, prædam vel Reipublicæ relictam vel inter milites quondam fuisse divisam, nam quod ad testimonium Scipionis Africani attinet ex Liv. lib. 30. histor. sciendum est eum loqui de Syphace jam debellato, tunc sanè ubi hostis principalis jam se dedit, vel planè debellatus in potestate venit dubium nõ est. quin omnes res ejus in prædâ sine regis vel populi. cujus auspiciis bellum gerebatur, nec cedant privatorum occupantium dominio prout bene perpen-

dit Hugo, Donell. lib. 4. commenti jur. civ. c. 21. vers. postquam autem & seq. cujus distinctionis ratio, inter occupata scilicet bello durante & post deditionem vel debellationem hostis, licet de eâ dubitare videatur Harprecht. d. l. certè optima est, quia nimirum pro eo statu res non amplius est hostilis, quemadmodum enim hostis conditio tunc mutatur, ut ex adversario fiat subiectus, ita quoque rerum ejus jure gentium eadem fors est, ut incipiant esse regis vel populi victoris, aded ut amplius à privatis singulis ex occupatione acquiri nequeant, sed vel peculatus exinde committatur veluti surreptâ pecuniâ publicâ l. pen. ff. ad. l. jul. pecul. Et ex his pariter responderi potest ad cætera historiarum Romanarum exempla nominatim verò ad ea, quæ de illatione prædæ in ærarium, adducuntur, dicendum, prædam vel ex conditionibus pacis vel aliâ nomine Reip. à duce captam quæstoribus, ut in publicas rationes eam referrent, traditam fuisse, ut aded capta à privatis ut singulis sub prædâ tali haud propriè comprehendantur, nisi fortè ob magnum valorem vel peculiarem qualitatem rei captæ secundum supra, expositas circumstantias aliud obtineat, 74 Dices verò r. ita Ducis militiæ conditionem deteriorem fore quàm gregarii militis. si hic ex occupatione res hostiles sibi acquirere possit, Dux verò acquirat Reip. id quod objicit Donello. Dn. Zigler in not. ad Grov. d. c. 6. §. 8. sed responsio jam est quodammodò anticipata, nempe. res illas hostium vel personas, quæ captæ non possunt nisi regis, aut populi vincens cedere dominio vel

vel dispositioni, præsumptione quadam capi nomine victoris, cujus auspiciis certatum est, cæteras res posse utique ducem capiendo si velit etiam sibi acquirere durante bello adeoque non esse deterioris conditionis milite gregario; quod si talia fortè extant præcæ continentiar exempla, quibus duces quicquid hostilium rerum in bello captarum ad eos pervenerit, ærario publico similiter intulerint, hos duces existimo magis singulari virtute & studio amplificandæ Reip id fecisse quàm mero jure gentium, quibus vereor ut nostra tempora pari ducum belli abstinentiâ respondeant. Repones. 2. Sic frustraneam fore promissionem prædæ quam duces interdum facere solent militibus, ad augendam in certamine fortitudinem, præcipuè in oppugnationibus urbium, frustraneam nimirum fore, si per se & citra promissionem eadem facultas capiendi res hostiles, ipso jure gentium militibus competiisset; respondeo iterum negando consequentiam, quia diversitas nihilominus manet in modo, quando enim Dux expressè concessit militi prædam in eventum victoriæ, firmiter jure facultatem diripiendi res hostium habebit, quàm extra promissionem, dum nimirum Dux quodammodò ex contractu obligatus, non potest pro lubitu interdiceret & adimere prædam, sicut aliàs pro circumstantiis in arbitrio fuisset, & hæc de capturâ rerum hostilium. Tractemus nunc aliqua de jure postliminii, quo non personæ tantum captæ, sed res etiam priorem statum recipiunt; Ab Hugone Grotio *d lib. 3. c. 9 §. 2.* postliminium definitur: *ius quod nascitur ex reditu in limen id*

*est sine publico, quæ descriptio nominalis magis est, quàm ut naturam postliminii intrinsicam exprimat, ac tria præsertim in eadem non immeritò desideres 1. quòd simpliciter, & nudè ponat jus postliminii nasci ex reditu, cum non ex quolibet reditu, sed eo tantum, qui ex verâ captivitate hostili contigit, tanquam ex causâ proximâ & immediatâ jus postliminii originem trahat, hinc capti à piratis latronibus, vel aliis in bellis civilibus si revertantur postliminium non habent prout docuere Paulus in l. postliminium §. 2. Ulpianus in l. si quis ingenuam §. 1. & in l. hostes. ff. d. iur. de capt. & postlim. 2. cum duz sint postliminii Species, una personarum, quæ revertuntur, altera rerum, quæ recipiuntur, ut habetur apud Pomponium in l. cum dua. pr. ff. eod. non repugnante Grotio d. c. 9. §. 3. in fine deprehendi videtur in eo quoque defectus quod solius reditus sit facta mentio secus ac Paulo observatum in d. l. postliminium princ. 3. redargui etiam potest Grotiana isthæc descriptio, quòd non declaret naturam postliminii, quale se. jus in se sit, quod ipsum certè in definitionibus politicarum rerum omittendum non est & sollicitè etiam à Paulo d. l. factum dum ait: postliminium est jus amissa rei recipienda ab extraneo & in statum pristinum restituenda; inter nos ac liberos populos regesque, moribus, legibus, consuetudinibus. Verum hæc quoque Pauliana descriptio prætermisit mentionem reditus ex verâ captivitate, quæ prærequiritur tamen in jure postliminii, ut modò ex Ulpiano & ipso Paulo diximus, deinde jus postliminii in genere gentium moribus*

moribus originem debet, quod verò nititur legibus, speciale est certæ gentis, atque ad eò legum nomine videtur intellexisse Paulus pacta Romanorum publica cum exteris regibus vel gentibus de postliminio conventa; hinc ex omnibus postliminium in genere definendum arbitror: *jus, quo amissa per capturam hostilem vel gentis non sociæ ex reditu vel receptione recuperamus moribus gentium introductum*, ut tria sint, quæ ad substantiam postliminii pertinent, (1.) gentium auctoritas, quæ moribus hoc jus introduxit (2.) vera captivitas vel detentio hostilis, personarum vel rerum, quæ ex prædictis tres habet conditiones, sc. respectu capientium, ut sint veri hostes, reges nimirum vel respublicæ beligerantes vel certè, ut sint exteri non fœderati *l. 3. §. 2. ff. d. t. respectu personæ captæ ut civis sit vel homo hostilis non de gente neutrali vel amicâ; item respectu modi, ut captivitas sit violenta, non voluntaria, text. in l. pen. C. de postlim. unde nec transfuga liber nec deditivus armis victus postliminium habet l. postliminio. C. d. l. postliminium. §. 4.* Sicut nec ille, qui violenter quidem captus, ex post facto verò suâ voluntate apud hostes remanet, *l. si captivum. in pr. ff. d. t. in deditio tamen id juris est, ut si receptus fuerit apud suos, gaudeat postliminio, aliàs sc. ius, ut habetur apud Modestinum in l. eos qui ff. eod. quem textum ita conciliandum arbitror, cum d. l. postliminio; verosimilius autem puto sufficere etiam tacitum consensum populi arg. l. de quibus. ff. de h. ac benignius dicetur receptum videri deditivum, ex quo pro cive, ut antea se gessit, nec*

contrario regis vel gentis suæ iudicio fuit repulsus, quem quidem repelli iustè posse atque in eo deterioris esse conditionis capto per violentiam planè affirmandum est. Denique (3.) ad substantiam postliminii pertinet reditus ex captivitate nimirum in personis, rerum enim intuitu receptio locum habet; & reditum quidem declarat Paulus in *d. l. postliminium §. 3.* tunc contingere, si captus ab hoste in fines nostras intraverit, vel ad civitatem sociam amicamve aut ad regem socium vel amicum venerit; quæ res procedere hodiè regulariter ita poterit, si quis à Turcis, vel Tartaris aliisve barbaris captus fines Christiani alicujus Imperii revertendi gratiâ ingressus fuerit, jam tunc enim postliminio reversum dixerim, quia supremæ potestates Christiani orbis jure societatis & amicitiæ merito invicem junctæ censentur ac intuitu religionis Christianæ mitiore assuetudine censeri debent, cumque inter eos locus non detur captivitati servili in bello, quis non æquum censeat refugientem ex barbaricâ servitute, si fines cujuscunque regni vel provinciæ Christianæ animo ad suos revertendi intraverit, hoc ipso etiam tunc j. is pristinum libertatis recepisse videri, adeoque si moriatur, antequam ad gentem suam vel fines patriæ pervenerit, in articulo successionis & aliis considerandum esse vi juris postliminii, ut vivum, non ex fictione legis Cornelie, ut initio captivitatis mortuum; hinc simul & hoc intelligimus, reversum ex Christianâ servitute Christianam jure postliminii propriè non gaudere vel opus habere, quia sc. verè liber permanit nec interim fuit in ser-

in servitute, quò collimat *text. l. non du-  
bwo pr. ff. d. t.* quæ res facit, ut apud ho-  
stes Christianos mortuo Christiano in  
captivitate cesset fictio legis Cornelie,  
cum cesset ratio nempe servitus ex capti-  
vitate; Illud majoris est indaginis, an  
refugus ex barbaricâ servitute ad gentem  
aliquam Christianam, cui bellum sit  
cum gente refugientis habeat jus post-  
liminii? Ponamus proximo bello Gal-  
85 lum aliquem ad Hispaniæ fines refugisse  
ex Turcicâ servitute, vel contrâ, num-  
quid isto tempore, quo inter Hispanos  
Gallosque bellum erat, locus detur  
postliminio? puto & ad hanc casum  
porrigendum esse jus postliminii, quan-  
quam enim, quæ ratio dubitandi esse  
poterat, câ specie captus ex servitute  
non refugerit, ad gentem suæ natio-  
ni sociam vel amicam, sufficit tamen  
eum confugisse ad gentem Christianam,  
inter quam & suam illam nationem,  
ad cujus fines reverti desiderat etiam  
durante bello illa manent communia  
ac recepta jura Christianitatis, ne capti  
siant capientium servi, utique igitur  
fugiens ille jam tunc libertatem jure  
postliminii recepisse videri debet, ex  
quo ad talem gentem pervenit, à quâ  
etiam denuò captus servus non fiat,  
quod enim jure Romano oportuit post-  
liminio reversos pervenisse vel in ipsos  
86 Romanorum fines, vel ad reges po-  
pulosve socios atque amicos, idèd  
obtinuit, quia alii Reges vel gentes  
homines Romanos etiam pacis tempo-  
re capere poterant ad effectum veræ ser-  
vitudinis, & contra Romani illos *l. postli-  
miniu jus §. in pace ff. d. t.* Verum obji-  
ciat aliquis responsum Pauli *in d. l. post-*

*liminium §. 3.* qui in fine ibidem aliam  
hujus juris reddit rationem, quod se-  
reversus ibi primum nomine publico tu-  
tus esse incipiat, quæ ratio non videtur  
quadrare casui nostro, nam qui ad gen-  
tem Christianam hostilem ex barbaricâ  
servitute pervenit, propter intentionem  
revertendi ad suos tunc illius gentis ho-  
stes, denuò capi poterit, adeoque ju-  
re publico tutus nondum est & per con-  
sequens eo tempore nec postliminii ju-  
re videbitur reversus; ast verò sufficit jam  
tunc illum tutum esse saltem de libertate,  
idque jure gentium inter Christianos, 88  
diversum obtinuerat priscis illis tempori-  
bus, quibus ratio Pauli adducta bene  
convenit, siquidem Romani ex servili  
captivi a te non prius publicè tuti erant  
ne de libertate quidem, quàm vel in fi-  
nes Romanos vel sociorum amicorum-  
ve agros pervenissent, à reliquis genti-  
bus poterant iterum & denuò in servi-  
tutem redigi, *juxta d. §. in pace*, id  
quod planè aliter se habet hodie in gen-  
tibus Christianis seu bello seu pacis tem-  
pore. Consideremus nunc postliminii ef-  
fectus ex personarum reditu, *generaliter*  
inquit Pomponius *in d. l. postliminiu jus*  
§. 1. *reverso perinde omnia jura restitui. ac* 89  
*si captus ab hostibus non esset*, hinc non  
tantum bona sua recipit, sed & perso-  
nalia jura veluti patris potestatis, & fi-  
liationis, ut vocant *l. non ut à patre, l.*  
*apud hostes ff. eod.* Nec dubito, quin &  
statum dignitatis recipiat, an & publi-  
ca officia? Utique si adhuc vacaverint, 90  
sed si interim alteri sint concessa ab ha-  
bente potestatem dispar ratio est, quia  
sine injuriâ tertii & publicæ fidei re-  
tractatione tunc restitui nequeunt, nisi  
fortè

Fortè salvis legibus publicis & obser-  
 vantia possint officia simul pluribus  
 competere, vel nisi alteri sub condi-  
 one collatum sit officium ex captivita-  
 te vacans, si nimitum captivus officii  
 antecessor haud reversus fuerit, vel  
 quo usque reversus fuerit, vel denique  
 si officium sit hereditarium, nam de  
 officio temporali & mero jure magi-  
 stratus competente procedit quod dixi,  
 ut eo pro tempore captivitatis alteri  
 collato, cesset postliminium, & est  
 diversitatis evidens argumentum, quod  
 officia hereditaria tribuant proprium  
 quodammodò jus, in quod non mi-  
 nus restitutio ex postliminio locum  
 habere poterit, quàm in alia bona vel  
 jura captivi reversi, hinc si quis pro-  
 cetum Imperii nostri eam calamitatem  
 incurteret, ut caperetur ab hoste Tur-  
 ca, postliminio reversus officia feudis  
 Imperii connexa indubiè reciperet,  
 etsi alter intetum vel spe successionis  
 sanguinis vel novà collatione eadem  
 obtinisset, ex quibus apparet hoc  
 omnino etiam de feudis asserendum,  
 quod in illis locus sit postliminio, in-  
 detur hinc sive interim alteri collata sint  
 sive non; Ratione matrimonii pris-  
 cae leges Romanae non admisserunt  
 postliminium, nisi ex redintegratio-  
 ne consensus conjugalis intetum cum  
 alià personà nonsecutis nuptiis *d. l. non ut à patre*, cujus juris ea fuit ratio  
 quòd matrimonium per captivitatem  
 conjugis tanquam superinductà servi-  
 tute solveretur, adeò ut si ambo con-  
 juges capti fuissent, non perstitisset  
 conjugium *d. l. in bello. §. 4.* hinc etsi  
 mulier in captivitate enixa sit ex ma-  
 rito captivo, partus patre non reverso  
 ex captivitate, habebatur spurius. *di-  
 vi. d. 1. l. 1. C. eod.* Hodie hæc aliter  
 obtinent, tam in bellis Christianorum  
 inter se quàm bellis eorundem contra  
 Turcas & barbaros, in illis enim li-  
 bertas personarum per se illibata ma-  
 net, ut postliminio opus non sit sive  
 quòd vinculum conjugii, sive quo-  
 ad legitimationem partus; in his, et-  
 si servitus personis captis inducatur,  
 non tamen inde tollitur vinculum ma-  
 trimoniale, 1. propter constitutiones  
 Justiniani posteriores, quibus voluit  
 mulierem ob captivitatem viri nubere  
 non posse quòusque certum sit, eum vi-  
 vere, idem è contratio in viro, juris,  
 captivà muliere existente *Nov. 22. c. 7.* 94  
 in casu autem ubi incertum est con-  
 jugem captum vivere, licet ibi Impera-  
 tor statuere post quinquennium per-  
 missas novas nuptias, recentiore ta-  
 men lege *Nov. 117. c. 10.* expectandum  
 censuit tempus, donec de morte con-  
 stet, per consequens matrimonium hoc  
 jure Justiniano durat 2. idem jure na-  
 turæ ac gentium persuadet ratio, quò  
 conjuges omnis fortunæ debent esse  
 participes, et quò etiam in fortunis capti-  
 vitatis. 3. eò minus hæc res hodie  
 dubia est, quod conjugum quoque ser-  
 vorum permessa sint. *l. 1. x. de conjug.  
 serv.* hæc de effectu postliminii ex redi-  
 tu personarum, ubi vicissim & aliis  
 contra reversos ex captivitate jura sua  
 restituntur. Res quod attinet primò  
 indubium est postliminium locum ha-  
 bere in immobilibus, idque clarè asserit  
 Pomponius *in d. l. si captivus §. 1.* ubi ait:  
*ex præf. hostibus ex agris, quòs ceperint domi-  
 nia*

*nia eorum ad priores dominos redire, ve-*  
*rum in mobilibus rebus quid obtine-*  
*at non æquè est expeditum. Hugo Do-*  
*nell. d. c. 21. vers. nec minus, generaliter*  
*tradit in rebus ab hoste receptis*  
*postliminium esse, ut jurè redeant ad*  
*veteres dominos non autem fiant ca-*  
*pièntium, quò referri solet text. l. ab*  
*hostibus C. de postlim. Sed difficile est,*  
*ut ea sententia generaliter admittatur,*  
*etsi enim sint nonnullæ res mobiles, ut*  
*tormenta bellica eorumque plaustra,*  
*naves oneratiæ ac similia, in quibus*  
*ius postliminii procedit l. navibus pr. C.*  
*§. 1. ff. d. 1. Salic. in d. l. ab hostibus n. 4.*  
*regula tamen mobilium rerum per se*  
*contraria est, ut videlicet receptæ ab*  
*hostibus postliminio careant, quod*  
*certè satis exprimit Labeo. in l. si quid*  
*bello. ff. cod. Paulus quidem ibid. dis-*  
*sensit videtur à Labeone, sed subji-*  
*cit tantum casum specialem, sc. servi*  
*hostilis capti & pace factâ ad suos re-*  
*fugientis, postèaque renovato bello*  
*iterum capti quem asserit postliminio*  
*reverti ad priorem dominum, quod*  
*etiam convenit textui d. l. ab hostibus*  
*itaque Paulus à Labeone non dissentit*  
*in regulâ, sed regulæ tantum subne-*  
*dit exceptionem, quod & aliis in lo-*  
*cis fecit ut in l. pen. C. l. fin. ff. cod. De-*  
*inde cum res hostium captæ, fiant ca-*  
*pièntium, ex verò res, quas hostes*  
*prius ceperunt, eorundem factæ sint,*  
*aut non pariter ut aliæ res mobiles*  
*hostium, cedent capienti juxta d. l.*  
*naturalem §. fin. præsertim cum ex hoc*  
*ipso colligi videatur ratio speciali-*  
*tatis d. l. si quid bello, nam fugiens*  
*servus pacè factâ ad suos, cum inte-*  
*rim libertatem recepit pro te hosti-*  
*haberi nequit, sed specie quâdam ser-*  
*vi fugitivi, si iterum capiatur priori*  
*domino est restituendus. & hanc sen-*  
*tentiam sequuntur Cuiac. lib. 19. obs. c.*  
*7. Covarruv. in reh. cap. peccatum p. 2. §.*  
*XI n. 7 qui tamen ex aliis ibidem di-*  
*stinguit inter res mobiles statim &*  
*priusquam in hostium præsidia dedu-*  
*cerentur iterum captis, vel ex inter-*  
*vallo recuperatis, quanquam si consi-*  
*deremus, illud nondum verè & cum*  
*effectu in potestatem hostium perve-*  
*nisse, quod deductum non est intra*  
*præsidia arg. d. l. postliminii §. 1. isthac*  
*distinctione opus non sit, quia loqui-*  
*mur de his quæ verè in potestatem*  
*hostium pervenerunt. Grov. in d. c. 9. §.*  
*14. de jure veteri concedit, res mo-*  
*biles postliminio non redire exceptis*  
*his, quæ in bello usum habent,*  
*qualium rerum paulo antè feci mentio-*  
*nem, subjicit verò in §. 15. ibid. hanc*  
*mobiliùm rerum distinctionem mori-*  
*bus non obtinere, cum generaliter*  
*periti morum tradant, res mobiles*  
*non redire, secundum quam senten-*  
*tiam, postliminium rerum hodiè tan-*  
*tom in immobilibus poterit locum in-*  
*venire, idque Grotius auctoritate su-*  
*premi Auditorii Parisiensis specialiter*  
*in navibus captis & postèa recuperatis*  
*cessante postliminio ostendit, ibid. §.*  
*19. quanquam hosce mores gentium*  
*esse & universales non satis liqueat.*  
*Illud ex juris gentium Principiis non*  
*improbabiliter dici arbitror, extra bel-*  
*lum nec capturæ personarum vel re-*  
*rum diversæ gentis nec postliminio lo-*  
*cum esse, propter eam quam natura*  
*inter*

inter homines instituit cognationem, unde contrarium morem veteris juris gentium, Romanis olim quoad exteros & his reciproce erga illos usitatum, cujus meminit Pomponius *in d.*

103 *l. postliminium* §. 2. Grotius probabili conjectura adscribit seculo Nomadum, unde ejus juris barbari velut reliquæ remanserint *d. c. 9. §. 18.* à quo jure neque; hodie prorsus recessum est; & vestigia ejus extant in Hungariâ, nam bello actu etiam non existente Christianis licet capere Turcas, resque eorum, & contra, non dubito tamen quin inter Christianos ipsos jus illud captivæ & postliminii in pace cesset, quod & de Mahometanis inter se procedit, *vid Gros. quem sic intelligo in d. §. 19.*

204 Ex hac verò re insignis effectus notari meretur, nam capti Christiani à piratis Turcicis habent postliminium, & contra capti Turcæ à piratis Christianis, secus ac generaliter de piratis visum *Paulo in d. l. postliminium* §. 2. & *Ulpiano in d. l. hostes*, & est ratio quia tales piratæ utuntur jure gentis suæ, ergò sicut cuilibet Christiano licitum est etiam extra bellum capere Turcas eorumve res & contra, ita etiam his idem permittitur erit, qui exercent piraticam, Icti igitur *in dd.*

*sex.* intelligendi sunt de piratis vel latronibus, quæ talibus sive de manu aliquâ collectitiâ hominum prædæ terræ marive agentium, qui nec ipsi gentem constituunt, nec jure gentis alicujus, cui homines vel res diversæ gentis capere liceat, utuntur. De<sup>105</sup> cetero, ut singulorum hominum, ita populorum quoque devictorum postliminium cum Grotio *d. c. 9. 106* §. 12. admitto, si nimirum à Rege vel populo socio, hostis imperio eripiantur, ut quondam Saguntini, jugo Carthaginensium à Romanis & Græci ab iisdem Philippi Imperio fuisse exempti atque in libertatem vindicati, cujus rei recentissimum etiam exemplum præbent Geldrienses, Transsilulani & Ultrajectini, qui post Gallicam occupationem postliminii jure libertatem recuperaverunt. Denique<sup>107</sup> quæro, an jus postliminii aboleatur præscriptione? Quod non puto, est enim restitutio in priorem statum ex jure postliminii, habenda pro re meræ facultatis, cui non præscribitur. *Dd. in l. viam. ff. de via publ.* nisi fortè aliud appareat ex subsequenti pace vel aliis signis, quibus constare possit jus hoc in rebus suis anteriorem dominium remissibile, hæc de capite nostro,

## CAP. XIX.

DE  
INDUCIIS ET JURE ARMISTITII.*Summaria.*

*Inducia quid sint ? 2. induciarum conventio publica est respectu causa efficientis & materiae objectiva. 3. induciarum species declarantur. 4. ad inducias illimitatas auctoritas Ducum belli per se non sufficit. 5. secus in induciis restrictis. 6. Quid in induciis restrictis loco non verò tempore ? 7. & 8. induciarum tempore quid liceat vel non ? 6. animus derelinquendi unde colligatur in hoste, ut per tempora induciarum loca vacua occupare liceat. 10. armistitium generale quomodo in effectu differat ab induciis limitatis. 11. per inducias limitatas non interim prohibitum est continuare munitiones ? 12. secus ferire muros globis aut actu oppugnare. 13. hostes inter inducias illimitatas capti non sunt ferri nec tunc locum habet jus postliminii. 14. hostes tempore induciarum capti anteneantur ad lytrum ? 15. postliminii jus num obtineat in rebus tempore induciarum captis ? 16. inducia limitata habent presumptionem contra se secus at generales. 17. induciarum duo termini à quo & ad quem, declarantur ex mente Grotii. 18. 19. & 20. induciarum ante publicationem persona vel res capta à civibus vel militibus an & quatenus restituende ? 21. induciarum & legum ratione obligationis differentia. 22. induciarum terminus tam à quo, quam ad quem comprehenditur, sub induciis, licet in priore dissentiat Grotius. 23. 24. & 25. inducia an & quatenus obligent à tempore conventionis vel ratificationis ? 26. ratihabitio an retrotrahatur in actibus publicis jurisgentium ad tempus rei gesta ? 27. induciarum terminus ad quem determinatè vel indeterminatè est exprimendus. 28. 29. & 30. inducia an & quatenus salva natura sua in longum tempus possint conveniri ? 31. 32. & 33. induciarum finiendarum tres modi referuntur. 34. 35. & 36. induciarum ruptura parti laesa jus tribuit vel resiliendi ab induciis, vel iisdem inbarendi cum reparatione damni.*

Belli



**B**elli finis pax est, hunc verò finem sæpenumero ob dissensum partium in rebus plerumque arduis, non ita facile est obtinere, quò major tamen spes sit bellum sopitum iri pace, interim convenire solent de suspensione hostilitatum ad tempus per inducias, quod pacti genus ab effectu proprio hodiè usitatus dicimus. armistitium *Ein Stillstand der Waffen* hinc scitè, *Grot. lib. 3. de j. b. § p. c. 21. §. 1.* inducias definit, quòd sine conventio, per quam bello manente ad tempus bellicis actibus abstinendum est, cui in effectu paria scribit Paulus in *l. postliminium §. 1. ff. de capt. & postlim.* inducias esse inquit: *cum in breve & præsens tempus convenit, ne invicem se la cessant, excepto eo quod brevitatis temporis, ut infra dicemus, non sit de essentiâ induciarum.* Est verò conventio isthæ sine dubio publica, nam & Duces belli inter se paciscuntur de induciis, secundum quod publicas conventiones Ulpianus considerat in *l. conventionum ff. de pact.* vel legati aut planè ipsæmet potestates belligerantes, & materia quoque objectiva subest nempe temporalis cessatio mutuz hostilitatis, ac quemadmodum in privatis causis se habet pactum de non petendo intra certum tempus ad obligationem, sic ad belli jus pactum induciarum, ut se. exercitium saltem suspendatur, non ipsum jus arma persequendi post tempus conventum per inducias auferatur; antequam verò argumentum hujus loci magis proprium tractemus, quid nimirum per tempus induciarum liceat vel

non liceat, penitus considerandæ sunt & species & causæ efficientes; sunt igitur induciæ vel totius belli, quas non malè illimitatas dixeris, iis que propriè convenit nomen armistitii, vel certi bellici negotii, veluti, si respiciant captivorum permutaciones, cælorum tumulationes, urbium obsellarum suspensas oppugnationes, cujusmodi inducias dicere possumus restrictas, prioris generis induciæ majus momentum habent ad summam rerum, præprimis si sunt longiores quibus se pars altera denud ad bellum comparare & novas vires colligere possit, hinc superiori seculo Franciscus I. Rex Galliarum longiores inducias recusavit, nec Carolus Quintus, cujus tunc res aliquod otium & respirationem belli requirere videbantur, breviores, utpote sibi inutiles admisit, quæ cum ita sese habeant, ut ex talibus induciis totus belli status interim mutari possit, sola Ducum belli auctoritas non sufficiet ad inducias illimitatas, sed requiretur regum vel populorum consensus, quorum auspiciis bellum geritur, etenim quia Duces, de quibus loquimur administratores belli sunt non domini haud poterunt commoda belli regibus aut populis, à quibus præstituti sunt bellicæ administrationi, intempestivâ hujusmodi induciarum pacto intervertete, nisi vel liberum iisdem concessum sit belli gerendi, sitendi, aut pace finiendi arbitrium, quale fertur à Ferdinando secundo Imperatore Fridlando Duci antehac permissum vel ex post facto id genus inducias

Rex populifve ratas habeat; diverfo jure utimur quoad inducias reſtrictas, quæ tanti ponderis non ſunt, an etenim urbi obſeſſæ bidui forſan vel tridui ſpatium ad deliberandum detur, num ſe velit dedere nec ne, non aded magnum habere poteſt momentum, ut ſuperioris generis induciæ, unde in ejuſmodi minùs ponderoſis Ducum auctoritas per ſe videtur ſufficere; planè & induciæ ſi tantum ſunt reſtrictæ reſpectu certæ provinciæ, aut inferioris urbis, illimitatæ verò temporis intuitu, eodem numero habendæ ſunt. quo priores, idque propter ſimile præjudicium & pondus circa ſummam totius belli, quales (ſi è re viſum eſſet concedere) fuiſſent induciæ reſpectu diœceſcos Utrajectinæ quas præſectus Gallicus ibidem ſpecie neutralitatis non à ſolo Duce belli ſed ab ipſis ordinibus confœderati Belgii efflagitaſſe fertur. Veruntamen declarationem prædicta admittunt, ut Duces belli ad diſpendium ſui Regis vel reipublicæ inducias illimitatas, quæve earum vices ſubeunt, ſine conſenſu ſuperiori paciſci quidem nequeant, benè verò ad commodum, nam Regis vel rei publicæ cujus ſtatu expedit laxamentum aliquod vel interſtitium belli, jam præſumitur adeſſe conſenſus ore & auctoritate Ducis belli expreſſus in hiſ quæ favorabilia ac profutura ſunt, ergo ex eâ parte induciæ non erunt irritæ. Præmiſſis hiſce de eo, quod interim liceat vel non liceat, regula ſumenda ex definitione induciarum, omnes nimirum bellicos actus ſive in perſonas ſive in res illicitos eſſe, ce-

teros permitti *Grot. d. c. 21. §. 6.* idque dubio procul procedit de actibus belli tam doſoſis quàm violentis, nam ut juſtum bellum ſecundum tradita cap. proximo, facultatem tribuit lædendi hoſtem ſive violentiâ ſive dolo, ſic induciæ eandem facultatem in utroque illo actu genere ſuſpendunt, hinc per induciarum tempora non magis licet hoſtium loca corruptis præſidiariis capere, quàm apertâ vi expugnare *Grot. d. l. §. 8.* an & loca ab hoſtibus interim derelicta occupare permiſſum? Uti que ſi modò verè derelicta ſint, aliàs ſecus *Grot. d. §. 8.* qui ibid. ex *Procopio lib. 2. Goth.* Bellifarium redarguit prætextu derelictionis urbes Gothorum per inducias invadentem, ſed unde ſumemus conjecturam derelictionis? Si hoſtis ex toto diſtrictu vicino diſceſſerit & loca aliqua planè vacua reliquerit, maxime ſi quod proximo bello Galli fecerunt in Leodiensî civitate, fortalitiu ipſum deſecerit, concludens inde ſignum animi dereliquentiſ colligitur, ex hiſce igitur vel ſimilibus circumſtantiis nec tempore induciarum illicitum erit loca deſerta ab hoſte occupare. Planè ſuperius induciarum diſcrimen huc applicandum venit, armiſſitium enim generale vel illimitatæ induciæ effectum habent ceſſationis ab omni hoſtilitate, ſed reſtrictæ non extra tenorè limitatæ conventionis, hinc induciæ urbium obſeſſarum non obſtant, quo minus auxilia & commætus intercipientur, & quo minus cæteræ copiæ hoſtiles inter inducias obſeſſi fortalitiu, jure belli capiuntur vel occiduntur

dantur, solis sc. præsidariis pro tempore induciarum parcendum intra terminos loci, quem præsidio tenent. *add. Grot. d. c. 21. §. 8.* Sed anne munitiones jure continuari hinc inde possunt, ab obsessis ad defendendum, ab obsidentibus ad oppugnandum? Puto ante omnia inspicendum quid inter partes placuerit, et idque observandum, si id vero evidenter non appareat, permissam censeri debere durantiis induciis munitionum continuationem, eo nimirum jure, quo præparare bellum, militem conscribere & in castra ducere permittitur, ergo similiter in urbium oppugnationibus solis producere, aggeres extruere, cuniculos agere, uti vicissim obsessis, reparare muros vel nova munimenta obsidentibus adversa perficere inter inducias licebit, cum hi & similes actus sint tantum præparatorii futuræ vel oppugnationis vel defensionis; aut verò muros ferire globis tormentariis, vel scalis admotis transcendere, turres pulvere nitrato subvertere, vel omninò eorum aliquid agere, quæ in ipso certamine ad lædendos hostes sunt, nisi nominatim per inducias exceptum fuerit, non licet, quippe cum hi tales actus bellici, per se & immediatè cum naturâ induciarum pugnent. Ex hisce sequitur, quod capti inter inducias generales sive illimitatas, non fiant servi capientium hostium, unde etiam postliminium cessat, quò sine dubio respexit Paulus in *l. postliminium §. 1. ff. de capt. Et post.* ut rectè perpendit Grotius *d. c. 21. §. 6.* neque enim textus ille ita intelligendus est quasi

velit lectus, captis ab hoste, ex subsecutis induciis intercludi facultatem refugiendi ad suos, cum id gentium jure factum sit & induciæ jure bello lædendi sistant, non verò facultatem se ipse in libertatem vindicandi; ut prior illa interpretatio omninò sit verior; hoc amplius, capti per induciarum tempora neque ad lytrum tenentur hosti, ac si quid iisdem nihilo minus extorqueatur, viâ facti contingit, non permissu juris gentium, id quod intelligo respectu hostium ipsorum, non respectu tertii pecuniâ suâ redimentis libertatem hominis de facto captivi præsertim in illam redemptionem consentientis, quo casu non injusta videri poterit pecuniæ repetitio, licet in personâ hostis injusta fuisset exactio, negotium nempe gessit redemptor vel potius mandatum executus est consentientis, ex quo meritò ei actio datur; in rebus tempore generalis armistitii captis pariter cessat postliminium cum hostes dominia ex impedimento induciarum acquirere non potuerint, quæ ratio pervincet etiam, quòd si postea ab alterâ parte res hosti iterum fuerint ereptæ, haud quaquam cedant prædæ sed priori domino sint restituendæ. Quod attinet limitatas inducias ita persona aut res hostilis malè capitur, si sub induciis comprehenditur, unde in generalibus induciis præsumptio est pro allegante sibi ex capturâ injuriam fieri; in restrictis non æquè, nisi constet vel doceatur qualitas personæ vel rei captæ ex tenore pactiois v. g. nisi doceatur vel constet captum esse præsidarium mili-

militem, quem vi induciarum nefas fuerit ab hoste obsidente capi, & idem in similibus. Tractemus nunc de tempore induciarum, quod duobus terminis includitur, termino a quo & ad quem, prior quoad contrahentes est dies conventionis perfectæ, quoad subditos verò juxta Grotium dies factæ induciarum publicationis *d. c. 21. §. 5.* Quæ sententia si in subditis indistinctè obtinet, dicendum, quod ea quæ medio tempore inter conventionem & publicationem induciarum hostiliter fiunt à subditis vel militibus, contra inducias non intelligantur facta, adeoque res interim captæ dominio cedant capientium, nec sint restitutioni obnoxie, ex subsequenti induciarum publicatione, nisi fortè aliud conventum fuerit; putat tamen Grotius *d. l.* teneri contrahentes ad refarcienda damna, quod mihi ex præsuppositâ illâ assertionem non apparet verosimile, nam qui spondent invicem inducias, non videntur aliquid promittere vel se obligare ultra naturam earum, nisi hoc ipsum nominatim expresserint, sed ea est juxta Grotium induciarum natura, ne obligent subditos vel milites ante publicationem, consequenter ergò hostiles actiones, quæ ab his fiunt intermedio tempore permissæ erunt, nec vel iidem vel alii propter illas hinc verè obligabuntur; excipiendus autem sine dubio casus contrariæ conventionis expressæ, quem non tantum intelligo de eâ specie, ubi contrahentes formalibus verbis invicem repromiserunt, omne damnum post conventionem induciarum illatum refundendum esse, sed et si terminum, à quo induciæ conventæ vim roburque suum obtineant, expresserint diem conventionis; hoc amplius si pars altera sit in morâ publicandi inducias, æquissimè etiam tenetur ad præstanda damna, quæ exinde contigerunt, etiam si ponamus, ante publicationem induciarum indistinctè non obstringi ad earum observantiam subditos; Grotius equidem *in d. §. 5.* immunes tantum eos facit à pœnis, si medio isto tempore hostilia fecerint, de captis autem personis vel rebus nihil dicit, verum sunt ea ex Grotii assertionem consecutaria, quæ diximus; nam si subditos induciæ prorsus non obligant ante publicationem, ergò etiam quoad subditos non suspendent exercitium belli, sed iidem permissum erit personas & res hostium capere, ut prius; Vereor autem, ut hæc opinio subsistat, nam Reges, Principes, quive eam potestatem gerunt, spondent publico nomine inducias, ita ut singuli cives, subditi, milites, ore Regis inducias pepigisse intelligantur, ergò non minus eo casu, quàm si proprio ore de induciis convenissent, à die conventionis obstricti erunt, quod enim in publicis faciunt potestates civiles, per repræsentationem censentur fecisse singuli, quare verius existimo, etiam subditos à die conventionis induciarum teneri actus belli intermittere, licet si aliquos exercuerint ante publicationem, non incurrant pœnam inducias frangentium vel aliam sc. ob probabilem ignorantiam, adeoque capta interim eatenus restituenda erant vel extorquenda capientibus quatenus in lucro versantur, quæ bonâ fide consumpta sunt non restituenda

21 *mittenda à privatis, nam & ea res haberet speciem pænz, sed publico nomine, atque in casibus quos paulò ante adduxi. Ex quibus apparet disparẽ esse rationem legis & induciarum, quoad vinculum obligandi cives, licet in contrariam partem inclinet Grotius d. §. 5. nam lex non publicata haud obligat cives, induciz non publicatz eisdem obligant saltem modo jam dicto, cujus diversitatis causa est, diversa mens legislatoris & paciscentis inducias, ille enim vult cives suos obligare non nisi per legem manifestam sive publicatam, quippe cum absurdum sit eos vivere ex præscripto legis incognitæ, quæ absurditas in legislatore præsumenda non est; hic verò nempe promissor induciarum, interpositâ fide publicâ obstringit cives suos etiam ignorantẽs, nimirum ut vel non faciant hostilia post conventionem illam, vel si fecerint, pro rei qualitate, atque ex bono & æquo fiat restitutio. Quæro an terminus induciarum comprehendatur sub induciis? Afirmat hoc Grotius d. l. §. 4. de termino ad quem, idque ob favorem induciarum, quibus abstinetur cædibus & humani sanguinis profusione, negat verò de termino, à quo, propter vim significativam præpositionis à, cujus sit discernere, non conjungere, verum & hoc casu militat eadem favoris ratio non repugnante vocum significatione, adeoque idem dicendum quod priore casu includi nimirum etiam terminum à quo sub induciis, ut rectè contra Grotium defendit dn. Puffendorff. lib. 8. de*

*jur. nat. & gent. v. 7. §. 8. dices hanc quæstionem superfluum proposuisti, cum jam ante ostensum sit à die conventionis inducias obligare; et respondeo, quid importent illa verba: à die conventionis, dubium relictum fuisse, utrum sc. habeant sensum inclusivum vel exclusivum illius diei, quæ res alterâ quæstione determinata est. Quæro ulterius an induciæ obligent à tempore conventionis inter duces belli, an verò à tempore ratificationis regis vel reip.? Et si tales sint, quæ per se ex auctoritate Ducis juxta superiorẽ distinctionẽ valere possint, non dubito valere à tempore conventionis, quia subsequens ratificatio regis vel populi ad bene esse tantum pertinet, idem si Duci permissum sit liberum pacis arbitrium, ut possit quascunque illimitatas etiam & longas inducias inire, sin tales fuerint, quæ intuitu qualitatis suæ & mandati decalis à ratificatione pendeant, aut expressum est inducias à tempore conventionis intelligi debere, & tunc ab eo termino cessare debent hostilitates, idque non tantum si à ratificante expresso illa facta sit, sed etiam si placuerit expressè inter convenientes, & est ratio, quia ratificatio generalis trahitur ad omnia induciarum capitula, ergò etiam ad capitulum termini, à quo expressi, ut perinde sit ratificantem regem aut populum exprimere conceptis verbis; quòd induciæ spe ratificationis conventæ statim obligent à die conventionis, vel antea hoc ipsum in tenore induciarum expressum ratificando approbare; aut verò planè nihil hæc de re expressum, & tunc de jure gentium videntur induciæ*

demum

demum à tempore ratificationis valere, ut actus bellici intermedium inter tempus conventionis & ratificationis rescindi non debeant nec capta interim restitui, quod n. alias dicitur rati habitationes retrahere.

26 ad tempus rei gestæ, inventum est juris civilis, ut apparet ex. l. *donationes. in fin. C. de don. int. vir. & n. & l. fin. in princ. C. ad Sct. Macedon.* non juris gentium; sustineri tamen posset ratificationis retrahitio ex tacitâ voluntate partium, si forsân utrinque observare consuevisent jus civile, atque etiã ex eo in publicis actibus desumere interpretationem declarativam, ut in dubio etiã tunc viderentur ad jus civile ratione termini, à quo induciarum respexisse: sed hæc non aliter dicenda sunt nisi manifestè de illis constet. Terminus ad quem induciarum est ille dies mensis &c. ad

27 quem usque conventionem placuit inducias durare, ergò regulariter necesse est, ut exprimat terminus ad quem, non vero terminus à quo, quia hæc tacitam habet interpretationem à tempore conventionis, non verò ille similis nititur coniectura voluntatis, cum igitur oporteat inducias esse temporales ex his, quæ prius dixi, certè terminus ad quem, dum præsumptione & coniecturâ eum assequi non licet, partium paciscentium voluntate exprimi debet, ubi tamen notandum, expressionem termini ad quem induciarum esse duplicem, nempe determinatam, veluti ad hunc vel illum usque diem, mensem, annum &c. ac indeterminatam, veluti in armistitio inter tractatus pacis, quod durare solet usque ad finem tractatum, & tunc vel in pacem vertitur, vel bello resolvitur, quò casu videtur etiã terminus ad quem tacitè comprehendi vel subintelligi posse, si modo constet inducias propter pacis tractatus expressè conventas, etenim durantibus his tractatibus, tanquam causâ induciarum verosimilius est voluisse partes ipsum quoque manere armistitium vel inducias. Quæritur hoc loco, an induciæ possint in longum tempus conveniri, putâ decem aut viginti annorum &c. Negandû hoc videri poterat auctoritate Pauli JCI in d. l. *postliminium §. 1.* quo loco ait, *inducias esse cum in presens & breve tempus conveniuntur*, alit verò exempla non desunt concessarum per longa tempora induciarum, qualia ex Livio, Dionysio Halicarnasseo, ac Diodoro Siculo referunt *Grot. d. c. 21. princ. & dn. Puffendorff. d. c. 7. §. 4.* Sanè Grotius vellicat descriptionem Paulinam ex hæc re, & omninò ita est, si de jure gentium loquimur, inducias non necessariò coarctari brevistemporis intervallo, idque hodiernum docent exempla longioris temporis induciarum. Putem tamen hæc in re, si tempus centum annorum vel majus comprehensum sit sub induciarum nomine, quòd tunc induciæ in pacis naturam concedant, sicut quando Romulus Vejentibus concessit centum annorum inducias apud *Liv. lib. 1. histor.* est enim absurdum & generi humano perniciosum antiquas integri unius vel plurium seculorum belli causas refricare, quod quidem in sacris objicit Jephtha Ammonitarum Regi *Jud. xi. 26. & 27.* idem sentio, etsi minus tempus centum annis induciis adjiciatur, quod tantum tamen sit, ut metam vitæ belligerantium juxta

com-

communem hominum modum, probabiliter excedat, nec enim tunc vero simile est pacificentes de induciis voluisse causas belli sibi tempore velut intercludere, & relinquere posteris, hinc & Turcarum induciis cum Christianis gentibus ad longissima tempora conventis ea vis esse solet, ut Turcæ non nisi ex novis causis vel saltem prætextibus bellum denuò moveant quasi  
 31 jus prioris belli hujusmodi longævus admodum induciis interciderit. Superest, ut paucis consideremus modos finiendarum induciarum, qui tres sunt lapsus temporis adjecti, contraria conventio, & raptura alterius partis; quam primum igitur tempus induciis præfinitum excesserit; sine novâ indictione belli, repeti arma possunt, quippe cum belli jus non remissum per inducias, sed ad tempus suspensum; hinc *Halsiaci Anno. 1638.* jure gentium usi sunt, nec eo ex capite redarguendi, quod præterlapso induciarum tempore, & quasi in ipso induciarum expirationis puncto, uti censorio stylo loquitur *Wassenberg. de bell. Franc. p. m. 500.* armatâ manu Westphalam ingressi Paderbornam & Camium expugnaverint. Contraria quoque partium  
 32 conventio induciastemporis intuitu adhuc duraturas interrumpit atque finit, cum uti pacto armistitium introducitur, ita pacto in contrarium finiri iterum debeat. *arg. l. nihil. tam naturale ff. de reg. jur.* Denique ruptura induciarum justissimam tribuit causam, ex  
 33 alterâ parte læsâ resiliendi ab induciis conventis, juxta illud vulgatum: fran-

genti fidem, fides frangatur eidem. Ita Romani in Africâ propter naves à Carthaginensibus per induciarum tempora expugnatas, non amplius obstringebantur induciis, unde Publ. Cornelius Scipio cum pòst de pace à legatis Carthaginensium esset sollicitatus, *ita se inquit inducias daturum, si per priores inducias naves oneraria capte, quæque fuissent in navibus restituerentur, aliter nec induciarum nec spem pacis ullam esse.* Dependet igitur omnino ab arbitrio  
 34 partis læsæ, velit ne post rupturam, adhuc durare inducias, nec ne, & quidem si prius eligat, pars rumpens sine dubio obstricta manebit induciis, & quòd porrò contra eas fecerit pro contraventione illicita habendum non jure permissio, nec enim ruptura induciarum rumpendi jus tribuit, sed electionem, uti dictum, parti læsæ; sin posterior eligat repetendo bellum, induciæ censentur ruptæ ex utraque parte,  
 35 cum jam utraque animum ab induciis discedendi, factis aut verbis declaraverit, & licet parti contravenienti non sit justum initium repetitionis armorum, sc. ob rupturam illicitam, quo nomine etiam ad omnia damna illius actus adversi obstringitur, tamen ob subsequenter electionem alterius partis, postmodum cæteris paribus non injustè bellum repetet, eo argumento, quòd violenta & jam facta ex conventionem & consensu alterius partis recentiore purgentur, nec in futurum talia moveant juxta *Paulum in l. vi facis §. 36 tamdiu ff. quod vi aut clam*, sed hæc de materia nostri capititis.

# CAP. XX. DE PACE ET EJUS MEDIATORIBUS.

## Summaria.

*Num. 1. Pax natura humana magis convenit, quàm bellum 2. Paci re-  
ducenda tempore belli opera danda. 3. & 4. Pacis dua significationes de-  
clarantur. 5. Pacis tempore homines alterius partis capere barbarum esse  
& contra jus gentium nisi foret ex reciprocatione. 6. Pacis definitio.  
7. 8. 9. & 10. Pacis potestatem quinam habeant vel non? 11. Pacem va-  
lere mero jure pacti & in vim legis quid intersit. 12. Pacis Osnabr. &  
Monasteriensis instrumentum diversâ consideratione utroque modo va-  
let. 13. Pacis consensus obligat regem minorem exclusâ restitutione in in-  
tegrum; imò 14. & 15. etiam regem infantem vel furiosum accedente mi-  
nistrorum deliberatione ac tutorum auctoritate. 16. & 17. Rex capti-  
vus an possit facere pacem? 18. 19. 20. & 21. Rex vel Princeps existit  
an & quatenus jure gentium possit facere pacem? 22. & 23. item 25.  
26. & 27. Rex vel Princeps an possit pro pace publicâ alienare bonâ  
corona? 24. majoratus possessor non est merus usu fructuarius. 28. Rex  
vel Princeps an possit pro pace alienare bona subditorum? 29. & 30. Pa-  
cis impetranda gratiâ provincia vel membrum an & quatenus à rebus  
quo corpore civili separari possit? 31. 32. & 33. pacis tractatibus annua  
in vasallum competens eo ignorante vel invito transferri possit in alium?  
34. & 35. Pacis causâ num subditi invito alienari possint? 36. Pax à  
quo tempore obliget? 37. & 38. Pacificationi adjunctus terminus ad  
quem salvâ pacis substantiâ obligare requirit. 39. & 40. Pacis interpre-  
tatio quatenus extensiva sit vel restrictiva. 41. 42. & 43. Pacis inter-  
pretanda jus quatenus competat omnibus pacificantibus vel non? 44. af-  
que 49. pacificatio num per se includat restitutionem in priorem statum  
& quid de auctoribus belli captivis vel transfugis. 50. mediatoris in pa-  
ce persona qualis & qua ejus requisita? 51. mediationis integritas duo  
requirit. 52. 53. & 54. mediationis recusatio jure gentium permissa &  
quare? 55. mediationis consensus jure gentium compulsus esse non debet.  
56. mediatorum ministri ex causâ possunt rejici. 57. mediationem per  
ministros expedire solent praesertim Resp. mediatrices. 58. mediatoris of-  
ficium describitur. 59. & 60. mediatoris sententiâ de pace rejectâ num  
praebeat justam bellâ causam. 61. mediatio suspecta redditur ex proelatione  
negotii. 62. utruq. nomine quid veniat?*



**G**entes humanæ sicut in pace vivunt, sicut in bello, illa conditio naturæ humanæ admodum convenit, & ex eo quidem principio, quo hominem homini insidiari, nefas esse monet Florentinus in *l. utrum. ff. de just. & jar.* quod certè jus non tantum inter singulos quàm privatos vel cives ejusdem Reip. observare æquum est, sed quàm maximè etiam inter Reges & populos; hæc igitur altera se belli conditio ut plurimum detrimentosa est & quodammodò juri naturæ adversa, à quo tamen permissum gentium moribus recedere, si justa causa subit, & non locus detur amabili satisfactioni, quàm de re in superioribus. Postquam igitur Reges & gentes ab illo jure, quo invicem se lædere ex cognatione naturali prohibitum est, factà belli indictione recesserint, quantum fieri potest. opera danda est, ut pacto publico injuriarum vel causarum belli remissivo, in illum statum revertantur, id quod contingit per pacem, operam huic saluberrimæ rei plerumque adhibentibus pacis mediatoribus. Ex his apparet pacis esse duas significaciones, accipitur enim (1.) pro vinculo naturalis cognationis inter homines, cujus intuitu homo homini & genti obstringitur ad communia humanitatis officia, & imprimis ad abstinentiã violentorũ actuum, hoc sensu pax ex simplici dictamine rectæ rationis provenit, & inact illas intercedit gentes, quæ statum istum naturalis cognationis bello non ruperunt licet invicem publicis negotiis haud innocuas sint, quod his maximè accidit, qui

agunt in partibus remotis, ac longis terrarum intervallis inter se distant, huc pertinet Salustii locus de Bocho Mauritaniz rege in bello Jugurthino, dem inquit: *Mauris omnibus Rex Bocchus imperitabat præter nomen cætera ignarus populo Romano idemque nobis neque bello neque pace antea cognitus*; sic & hodie de Germanis, Italis, &c. dicere possumus respectu Perfarum, Indorum atiarumque nationum Orientalium (2.) pacis vocabulum propriè sumitur pro pacto publico bellum finiente seu potius pro statu securitatis tale pactum sequente, quàm significatione hîc de pace loquimur, notandus autem hinc est insignis effectus, nam pax priore modo accepta prout supra diximus usu gentium non proflus impedit jus captivæ & postliminii, ut que autem pax posteriore modo intellecta, juxta Pomponium in *l. postliminus §. 2. ff. de capt. & postlim.* Unde barbarum & à jure gentium alienum haberi debet, quod gentibus nonnullis veluti Turcis & Tartaris in usu est, ut nimirum pax etiam rectè conventa, alterius partis homines ubicunque deprehensos capiant atque in servitutem adducant, pacificatione enim ea facultas remissa est adeoque quod in contrarium sit juri gentium repugnat, cum tamen illi erga Christianos ita se gerant, jure gentium nostri iis vicem meritò reddunt, Grotius sanè *loc. cit. proximo al. leg.* hujusmodi captivam in pace etiam priore sensu seculo Nomadum magis, quam juri gentium adscribit, sed tolerabilior tamen ea res est quam in pace posterioris significationis, habet

enim quodammodo quod sibi quis imputet, si ignota gentis terras ingressus fuerit, cum id existimare possit fecisse studio proditoris, vel scrutandi arcana alieni regni, quâ ratione alibi utitur Imperator Justin. contra externos mercatores, quod minus illis liceat fines Romanos ingredi *l. mercatores. C. de commerc. & merc.* alii verò qui contra pactum pacis publicum capiunt, manifestas patitur injurias, videlicet cum debuerit esse tutus jure suæ nationis, præsertim si intra fines ejus executione ac depredatione alterius gentis hominum, quod Turcis perusitatum referunt, captus fuerit. Ex quibus jam facile arbitror, colligere pacis propriè sic dictæ definitionem, quæ ita concipi poterit ut

6 *pax sit status mutua securitatis publica, inter Reges Principes vel populos pacto firmatus*, unde duo sunt pacis substantialia requisita, 1. publica pacificantium potestas. 2. consensus in mutuam illam securitatem, quâ pacificantes eorumque cives, homines subjecti cum universis rebus suis perfrui debent; pacis potestatem habent iidem, qui & belli jus non privati quâ tales, itaque reges, Principes & respublicæ superiorem non recognoscetes suo jure ut bellum gerere ita pacem facere possunt, qui magistratum tantum gerunt etsi amplissimum & maximæ dignitatis pacis negotium perficere non possunt sine commissione vel jussu regis aut potestatis cui subsunt, sic olim Romanorum Consules non faciebant pacem cum hostibus nisi jussu populi, quod si populus non jussisset, neque pax Rem publicam obligabat, nisi ex ratificati-

one, quâ deficiente nullius existeret valoris, uti exemplum præbet pax Claudia à Spurio Posthumio & Tito Venturio Consulibus injustè populi conventa, sic hodiè Hispanorum præces vel provinciarum ut vocant gubernatores Venetorum ac Genuensium similesque Duces vel Principes dignitate tantum nec potestate tales arbitrium pacis non habent, sine mandato vel commissione, & omnino hæc applicandum est ad pacis materiam, quod supra circa personas bella gerentium fuit dictum; quare vasalli quamvis dominum feudi recognoscetes, ex quo jus armorum habent pacis etiam obtinent arbitrium v.g. Hispaniarum Reges respectu Siciliæ et Neapolitani regni; Duces antehac Mediolanenses, & hodiè Florentini Duces & Sabaudi alique per Italiam Principes, qui vel ab Imperatore vel à Pontifice principatus suos in feuda recognoscunt, quâ in re plura extant exempla in primis superioris seculi, ubi Itali Duces varia bella pace finierunt, & est specialiter notabilis pax Constantiensis tempore Friderici primi Imperatoris cum Lombardiæ civitatibus conventa; præsertim verò in Imperio Germaniæ pax Monasteriensi & Osnabrugensis; Unde constat Principes Germaniæ habere potestatem condendæ pacis, cum in istis pacificationibus ut confederati vel Imperatoris vel Galliæ & Suediæ regionum considerentur; de constitutione tamen pacis publicæ, quæ religiosæ quâ profanæ dicendum puto, non eam æstimari debere mero jure pacti, quia habet naturam legis positivæ ac fundamentalis, inter quæ non leve in-

tercedit discrimen, nam pacificatio ut  
 est pactum juris gentium non adimit fa-  
 cultatem belli de futuro, quin id liceat  
 ex causâ superveniente, ut post dicemus,  
 sed aliud obtinet, si pax constituitur  
 communi consensu per modum legis,  
 lex etenim maximè respicit futura ne-  
 gotia, & ideo proceres Imperii nostri ut  
 præcise inter se considerantur non vi  
 & armis, sed vel amicabile ratione, vel  
 judiciali disceptatione controversias di-  
 rimere debent, sive sint veteres sive no-  
 væ post illas sanctiones pænales exortæ,  
 idq; sub pænâ fractæ pacis publicæ jux-  
 ta literam *Instr. pac. art. 17. §. 1. & nulli om-*  
 12 *nino.* Verum hæc ex re defensio cum sit  
 juris naturæ, haud censeri debet inter-  
 clausa, planè instrumentum illud pacis  
 Germanicæ valet & in vim pacti juris-  
 gentium, quatenus inter Imperatorem  
 & Reges externos, eorumque confæde-  
 ratos cum omnimodâ remissione causa-  
 rum belli, ex conventionem mutuâ redu-  
 xit publicam quietem, rursus etiam in vim  
 legis valet, quatenus de rebus Imperii  
 varia disponit in judiciali controversia-  
 rum disceptatione observanda. *conf. d. e. t.*  
 12. §. *pro majori* de quâ re tractavi plura  
 in collegio juris publici privatissimo.  
 Circa consensum pacis queri solet, (1.)  
 13 an obliget regem minorem? Et non  
 dubium esse puto si loquimur de mi-  
 nore adulto, cui etiam non andâ est  
 restitutio in integrum, ad latum bel-  
 li prætextu læsionis in tractatibus pacis,  
 tum quia hæc talis causæ publicæ ma-  
 tiori consiliatorum judicio tractan-  
 tur, ut allegata casio probabilis non  
 sit, tum quia bellum subjacet fortuitis  
 casibus, & belli injuriæ pace remittun-  
 tur, quibus præsertim ad calamitatem  
 generis humani restitutio danda non  
 est. *fac. r. x. h. m. p. r. v. 7. §. 2. & l. auxi-*

*lium. pr. ff. de min.* Potior est questio de  
 rege adhuc infante, de quo Grot. *de jur.* 14  
*bell. & pac. lib. 3. c. 20. §. 3.* astruit, eum pa-  
 cem facere non posse, & aliquantò ge-  
 neralius loquitur de ætate regis, quæ  
 judicii maturitatem non habet, cujus-  
 modi verba ad majorem infantiam æta-  
 tem porrigi possunt, si eandem juxta le-  
 ges septennio circumscribimus *l. si in-*  
*fanti. princ. C. de jur. de lib.* Putem tamen  
 etiam tali casu, pacem factam valere, si  
 non à solo Rege, sed regiis fortè tutori-  
 bus atq; ministris deliberata & conclusa  
 fuerit ut enim pupillus in privatis causis  
 obligari potest ex contractu tutoris ritè  
 facto, sic multo magis rex infans aut im-  
 maturi judicii in causâ publicâ, præser- 15  
 tim, quia magis interest generis humani,  
 ne tali specie cum publico gentium da-  
 mno pax usq; ad maturiorem regis Prin-  
 cipis ætatem, suspendatur, sanè moder-  
 nus Galliarum *Rex Ludov. XIV.* vix de-  
 cimum annum excesserat, cum pax inter  
*Ferdin. III. Imperatorem & ipsum Mona-*  
*sterii conclusa esset.* Eadem est respon-  
 sio in Rege furioso vel mente capto, quæ  
 enim interim ab administratoribus regi-  
 ni gesta fuerint bello aut pace rata ha-  
 benda sunt pari publici commodi rati-  
 one. Queritur autem, (2.) quid de Re-  
 ge captivo sentiendum, an possit pacem  
 facere? Grotius *d. l.* similiter negat ut in  
 Rege puero, si modò regnum ex consen-  
 su populi ortum habeat, istâ conjecturâ 16  
 voluntatis, quod credibile non sit à po-  
 pulo imperium eâ lege delatum, ut & à  
 non libero exerceri possit, certe in Fran-  
 cisco I. Galliarum rege captivo circa  
 negotium pacis cum Carolo Q. expres-  
 sè conventum est, ut Rex è custodiâ di-  
 missus atq; in libertate constitutus ca-  
 pita pacis confirmaret, idem & Delphi-  
 nus

mus post decimum quantum aetatis annum, & statim Galliarum ordines facerent, adeoque tacite indigitatum fuit non sufficere Regis captivi promissionem; quod  
 17 ego quidem praetermissâ Grotii distinctione verum arbitror in quâcunq; specie regni, nam captus Rex ab hoste, amissum jus administrandi, & consequenter pro eo statu nihil potest disponere vel statuere de rebus Regni, voluerat profecto etiam Rex Franciscus, ut durante captivitate sui tanquam mortui quantum ad regni administrationem nulla haberetur ratio in Galliis; atque hæc ita obtinent, si rex sit captus integro regno, nam si cum Rege perveniat regnum in potestatem hostium, non superest quaestio faciendæ pacis, quia rex talis omne jus regni profusus amisit, ut ex historiâ Romanâ, exemplis Jugurthæ Syphacis & Persei regum elu-  
 18 cescit. Queritur (3) de rege exule, an retineatur jus pacis? Grotius *d. l.* distinguit utrum Rex exsul obnoxius vivat nec ne? Illo casu, regem in exilio censet captivo similem, & sic tacite innuit, eundem jus pacis non habere; hoc verò quaestionem affirmat, ego ut supra in materia belli distinguendum censeo utrum Rex profugus exilio jus regni amisserit fortè ex delicto, an retineatur, & injustis de causis in exilium compulsus sit per seditionem, tyrannidem aut vim hostilem; priori specie nego regi exsuli jus pacis, adeoque  
 19 Tarquinius Superbus, cum exul suo delicto ageret apud Porsetnam Hetruriam regem, non potuisset cum hostibus Romanorum pacem facere jure gentium validam, posteriori specie affirmo, quamvis enim in statu exsiliis rex vel Princeps aliquis non magis habere

videatur actuslem regni administrationem quam in captivitate, diversitas tamen superest quoad jus administrandi quod captivus amittit ex captivitate, exsul non æque exilio injusto, seditione vel tyrannide, & ex eo perspicitur momentum hujus quaestionis, nam si v. g. Britanniarum Rex modernus tempore exsiliis fecisset pacem cum Batavis, potuisset Britannos suos obstringere ad pacis observantiam, licet eidem pressis jugo Cromwellianæ tyrannidis de facto tunc non paruisent. sunt enim gesta publica regum non tyrannorum consideranda, quod Nabidi Lacedæmoniorum tyranno in Livianâ historiâ objicit Quintius Consul. Sed dices, cui bono cederet hæc talis pacificatio, si Regis exulis auctoritate populus vel ordines rebelles aspernarentur? At ne sic quidem sine effectu esset, primum quia revera rebelles ordines vel subditi ex præmissis obstringuntur, ac si non pareant, faciunt contra obligationem, semper autem oportet in quaestionibus juris gentium, jus à vero facto distinguere, deinde subest spes restitutionis, quo casu non tantum rex ab exilio in regnum restitutus teneretur iam à tempore conventionis ex pace anteriori, sed cum effectu ipse etiam populus retro, ad minimum ab eo tempore quo ista pax publicè intercessisset; ergo capta interim deberent restitui perinde ac alias factâ pace à rege actu administrante. Queritur (4) an pro bono pacis publicæ possit rex vel Princeps alienare bona coronæ? Respondeo indubium hoc esse in regno patrimoniali, sed in regno non patrimoniali contrarium velle nonnullos, & inter illos Grot. *d. l. 20. §. 5.* qui nititur præsumptâ populi voluntate, cum egi delatû sit regnû quodammodo per speciem usus fructus & alibi *lib. 2. c. 6. §. 8.* vult nec publicâ utilitatè vel necessitate facere exceptionem à regulâ prohibitiæ alienationis regni vel partium eius; contrarium tamen defendi posset ex his, quæ tradunt. *Rom. conj. 332. n. 13. cum seq. & Corf. de civil. pac. n. 244.* quod nimirum pro bono pacis retinentur jura, & publicum hæc veretur interesse, unde etiam alienatio rerum aliàs impermissâ pro bono pacis permittitur ut scribit in terminis *abr. de jur. quas. non toll. quas. §. 8. h. m. 5.* necesse videtur conjecura voluntatis populi, & ordinum, qui

ordinum, qui Regi præsumi debent jus regni concessisse sub supremâ lege salutis publicæ, sed ea salus verifatur in alienatione partium regni pro commodo pacis; Ergò ad eum quoque casum præsumptis ex voluntate ordinum vel populi trahenda est, nec expedita planè apparet comparatio juris Regii cum usufructu in specie regni non patrimonialis, quia & in privatis causis, id sæpè fallit, ut verus Dominus certis de causis nequeat rem suam alienare, cujus tamen jus sine dubio majus est jure usufructuarii, quod cum personâ interit. Quòd pertinet, quòd possessor majoratûs per tempus vitæ suæ verus sit dominus, non merè usufructuarius, prout defendunt *Molin. lib. 1. de primog. c. 19. n. 4. & seq. Gutierrez. pract. quest. 17. n. 2. Mar. Giurba. decis. Sicil. 69. n. 37. & n. 40.* sed Rex in regno etiam non patrimoniali maximè successivo gentium moribus se habet ut possessor majoratûs; regna enim ad primogenitum regulariter deferuntur; & licet in regno electivo nulla fiat devolutio ad filios, vel agnatos, jus tamen Regium per se idem est, atque aded Rex electivus verus dominus regni, perinde ut Rex regni successivi non patrimonialis; cur non igitur favore causæ publicæ possit alienare aliquid ex prohibitis alienare, pariter ut privatus dominus ex eadem ratione id potest, in re ex legis dispositione alienare prohibita, per *Nov. 37. c. 1.*

24. & *aust. res qua C. comm. de leg. Puto tamen, omnibus bene perpensis esse*

faciendum discrimen, an Rex in ipso negotio pacis, & alienationis partium regni pro pace per leges expressè restringatur ad consensum populi vel ordinum nec ne? priore casu non valeret alienatio populo vel ordinibus exclusis ex defectu potestatis & formæ alienandi; sed posteriore casu videtur subdistingendum; nam vel adest urgentissima causa pacis, aded ut probabiliter appareat ex continuatione belli majus damnum Reip. illatum iri, vel facile inferri posse, quàm per voluntariam illam pro pace alienationem, quarundam partium, urbium, provinciarum, &c. quod ipsum dijudicari poterit ex periculis impendentibus, ex viribus adversariorum, concurrente inprimis ex adversâ parte causæ justitiâ; vel non ita adest causa relevans &urgens pacis sub conditione alienandi partes regni. Primâ specie censeo Regem aliàs regulariter alienare prohibutum, nihilominus posse ex fortiori conjecturâ voluntatis in populo vel ordinibus partes aliquas regni alienare pro pace; ratio, quia collata est ei potestas regia, sub verosimili clausulâ, ut rempublicam omni meliore modo administraret; sed illa est tali casu melior administratio ex prædictis; igitur Regi permissa. Nec certè publicis rebus bene consulunt illi, qui ut aliqua non perdant, omnia exponunt manifestis periculis; sed interdum illi consiliiarii melius, qui temporum necessitatibus, etsi cum aliquo damno rerum imperii, parendum monent;

h

uti-

utrique tamen in dubio tutius est, ut pacificatio sub istis capitulis de consensu perficiatur populi vel ordinum; sicut in pace Caroli Quinti cum Francisco I. Galliarum Rege, & in pace Germanicâ Osnabrugensi & Monasteriensi res conventa est; etsi in priore exemplo non ad executionem perducta. Alterâ specie subscribo Grotii sententiæ, quia Rex vi  
 27 regis administrationis non bene consulit regno, si cum sperare meliora liceat, nec res ejus sic ad angustias sint redactæ, pacem redimat vel accipiat cum publico damno partium imperii. Quæritur, (5) an Rex  
 28 pro pace obtinendâ possit alienare bona subditorum? Respond. affirmando, si pax necessaria aliter obtineri nequeat; idque ex fundamento domini supereminentis; quo casu tamen æquitas suadet, his, quibus bona adempta fuere, ex publico refarciri damnum concessio aliquo æquivalente; quod si de præsentis non sit, unde damnum illud privatis compensetur vel reparetur, quandoque copia suppetit, idem præstabitur. *Vasq. lib. 1. conser. 5. Grotius d. c.*  
 29 20. §. 7. Quæro (6) quid de consensu dicendum casu quo pro pace membrum ex corpore aliquo alienandum veniret, utrùm corporis totius requiratur in alienatione consensus? Et partis vel provinciæ alienandæ h. e. populi vel ordinum eam representantium, & totius simul corporis requiri consensum, vult Grot. d. c. 20. §. 5. quæ sententia hanc pro se habet rationem, quod intersit & par-

tis alienandæ propter novum subjectionis statum, & totius corporis, cujus potentia hinc debilitatur; Verum non aliter admitti poterit, quam  
 30 si res sit integra respectu partis alienandæ; ita sc. ut ex possessione vel quasi libertatis transferri velit in conditionem subjectionis; non si jam tunc armis victa vel subacta fuerit, & tantummodò ex parte victoris pactitia desideretur abdicatio pristini juris à corpore; tunc enim verius arbitror consensum partis alienandæ jam servientis non requiri. Quod pertinet Reguli exemplum, cujus meminit Cicero *lib. 2. de offic.* qui sententiam in Senatu Romano dicere recusavit, quod quamdiu hostium jure jurando teneretur, non habendus esset pro vero senatore; nec igitur etiam provinciarum, quæ se vel hostibus dederunt vel armis fuere subjectæ, vota audienda sunt, dum jam & quamdiu versantur in eo subjectionis statu. Quæro (7) utrùm à domino jus in vasallum per tractatus pacis possit alienari, eo invento?  
 31 Quæstio hæc olim agitata fuit in magnâ causâ, inter Franciæ Regem & Britanniæ Ducem, quorum illi per capitula pacis cessurus erat Angliæ Regi jus in hunc suum vasallum, sed invitum nec consentientem; consultus desuper Azo respondit pro Duce, & sic in partem negativam, ut post alios refert *Nevin. inter conf. feud. Brun. vol. 1. conf. 12. n. 109.* Idem tenuit *Ignens in repet. l. quas divus. C. de don. int. vir. & ux. aliq. relati à Nevino d. 1.* Fundamentum autem hujus nega-

32 negativæ sententiæ bonum est, si infpicimus jus feudale, cum eo jure dominus & vasallus æstimentur ad paria in hoc puncto, ut quemadmodum vasallus feudum alienare nequit sine consensu domini, sic nec dominus jus suum possit alienare invito vasallo, *per text. 2. F. 26. S. domino & 2 F. 47.* Verùm quia feudalia jura non passim ab omnibus recepta sunt, & specialiter in Galliis non videntur valere pro legibus, ex his, quæ post Molinam scribit *Duar. de feud. c. 1. n. 5.* ad jus gentium in hujusmodi casibus inter Reges & Principes extra Imperium controversis, recurrendum erit. Sed certè etiam jure gentium alienationem juris in vasallos invitos & repugnantes, haud procedere verius arbitror; Nam vasallus ex contractu feudali obstringitur non alii, quàm domino auxiliium præstare vel servitium feudale; quæ obligatio mutari non debet per surrogationem novi domini; inprimis cum interesse possit vasalli, quò minus dominum surrogatum recognoscat, sive quoddam durior ejus inde futura sit conditio, sive quoddam jura anterioris alicujus feudi ab alio concessi, qui hostis sit surrogato, non verò surroganti, hujusmodi translationem impediunt. Quid de subditis, utrùm inviti alienari possint pro pace nec ne (8) quæritur? Et licet in negativam hęc etiam inclinet *Neviz. d. conf. n. 107.* contraria tamen sententia, & quidem extra terminos pacis, placuit *Alexandro Raudensi vol. 1. conf. pis. 4. n. 20.* ubi refert Ro-

tam in causâ Terraconensi sic pronunciatse; villam nempe cum universitate posse in vitis hominibus dismembrari & alienari. Quo sanè jure in praxi utimur; nec enim domini territoriales, si quam sui territorii partem unà cum subditis, sive jure in eos, alienare volunt consensum subditorum ullatenus requirunt; certè non hominum vel incolarum plebejorum, qui propriè sunt subditi; ordines enim alicujus provinciæ, quandoque alienationi reclamare possunt, si fiat contra pactum vel privilegium; neque potest argumentum, quod in vasallorum personis modò adduxi, pari efficacità ad subditos applicari, quasi & horum interfit, ne durior ipsorum reddatur conditio propter personam novi domini; quia subditi (nisi fortè sint homines proprii, servis similiores, quòrum consensus èd minùs desiderandus) migratione in alia loca faciliùs sibi in eventum consulere possunt quàm vasalli; hi enim tales manent ubicunque locorum consistant, nisi perdere velint aut refutare feuda; nec parem habent bona feudalia vendendi facultatem, ut subditi sua alodialia. Quæro (9) à quo tempore pax incipiat obligare? Et remitto me ad ea, quæ proximè dicta sunt de induciis: hęc tamen declaratione annexa, quòd pax similem habeat terminum à quo obligationis, si aliud non sit nominatim conventum; planè nullum verò terminum ad quem, cum forma pacis in eo consistat, ut sit perpetua hostilitatum

remissio. Quid tamen si partēs adje-  
 cerint pacificationi terminum ad-  
 37 quem; Respondeo, aut pro non ad-  
 jecto habendum, aut inducias fore  
 non pacem; certè non pacem simpli-  
 cem, sed talem, cujus capita aliud  
 negotium complectantur. Eo nume-  
 ro censeo habendam pacem, quæ an-  
 no decimo quarto superioris seculi  
 inter Ludovicum XII. Galliæ, &  
 Henricum VIII. Angliæ Reges con-  
 venta est, de quâ Guicciard. l. 12. *hisor.*  
*initio Augusti*, inquit, *pax inter utrumq;*  
*Regem dum viverent, postq; annum unum*  
*confecta est, in legibus, ut Tornacum Anglus*  
*retineret, moxque idem auctor subjicit,*  
*conventum; ut alter alterum ad suum*  
*Imperium defendendum, si bellum terrâ ge-*  
*reretur, decem pedum millibus, si mari, sex*  
*juvare teneretur.* Ecce pax ista compre-  
 hendit quoque negotium fœderis, &  
 propterea terminus adjectus non ad  
 punctum pacis sive simplicis cessatio-  
 nis ab hostilitate, sed conventi fœ-  
 deris, intelligi debet pertinere; ac  
 consequenter superstiti ex illis Re-  
 gibus non fuisset licitum alterius de-  
 functi regnum vel successorem regni  
 bello adoriri, ex causâ pristinâ post  
 illum terminum; maxime quia Tor-  
 naci possessio & summa pecuniaria,  
 quàm Galli solvebant pro obtentâ  
 pace, non temporali, sed perpetuo  
 jure ad Anglum deferebatur. Quò  
 38 pertinet quod consuluit *Petrus de An-*  
*char. conf. 75. incip. viso diligenter in princ.*  
*& num. 5. vers. etsi dicatur;* pactum vi-  
 delicet retinens rancorem ut loqui-  
 tur, in pace repelli & non valere, cum  
 sit contra naturam pacis; sequuntur

idem *Morôn. de Freng. & pac. q. 187. &*  
*Cardin. Tusch. tom. 6. concl. pract. 171. n. 21.*  
*lit. P. ubi plures refert.* Cùm igitur  
 pacis interpretatio ea sit sumenda,  
 quâ subsistat potius, quàm pereat tam  
 utile, tamquæ necessarium negotium,  
 clausula termini ad quem, vel non  
 attendenda erit in pace, vel reflecten-  
 da ad capitula fœderis aut similia  
 inserta. Tractemus autem punctum 39  
 interpretandæ pacis aliquantò pe-  
 nitius; ubi primò tenenda regu-  
 la, quòd pax latam interpretatio-  
 nem exigat; secundùm ea quæ ex  
*Baldo Signorolo & aliis scribit Tusch. d. tom.*  
*6. concl. pract. 178. n. 1. 4. & seq.* qui  
 tamen in sequentibus more suo sub-  
 jicit limitationes, ut tota illa asser-  
 tio de latâ & favorabili pacis in-  
 terpretatione videatur fluctuare:  
 Inter alia ex eodem Baldo dicit, pa-  
 cem & capitula pacis esse stricti juris,  
 sicut transactio, & idèd omissum ha-  
 beri pro omisso; exemplo adhæren-  
 tium sive confœderatorum; quorum  
 si in pace non sit facta mentio, eos  
 censet haud comprehendi sub securi-  
 tate pacis. Quid ergò? Pax nimi- 40  
 rum habebit latam interpretatio-  
 nem, si adsint verba, quæ in dubio  
 possent latè extendi vel etiam re-  
 stringi; & hoc omninò censeo, quan-  
 tum ad punctum securitatis publicæ,  
 quæ per se est favorabilis; sed quan-  
 tum ad capitula pacis conventa, num.  
 v. g. Rex vel Princeps unus alteri  
 tantum vel tantum pro pace conce-  
 serit, eatenus pax est stricti juris; ha-  
 bet enim speciem translationis ac  
 sufficiens causa est, quâ repellat il-  
 le,



le, qui plus prætendit ex instrumento aut tabulis pacis, quàm in illis expressè fuit comprehensum, imputet enim sibi cur non per clariora verba sibi prospexerit, hoc tali igitur casu pax firma erit, sed minùs iusta intentio petentis amplius ex legibus pacis, quàm in illis est expressum.

41 Quæro penes quem sit facultas interpretandæ pacis? Videtur penes eòdem esse qui pacem fecerunt, quod quidem Rex Sueciæ ante paucos annos in Comitibus nostris urgebat circa interpretationem instrumenti pacis; sed distinctio tamen nonnulla hac in re observanda, inter pacificationem simplicem mero jure gentium æstimandam, & inter pacificationem, quæ simul habet vim legis, ut suprâ dixi; priore consideratione sc. si pax vel prorsus simplex sit, vel certè quibusdam in capitulis ad merum jus gentium pertineat, omnium pacificantium est interpretatio pacis, ad regulas nimirum æquitatis restricta;

42 sed posteriore consideratione secus est, nam quæ legibus alicujus Reip. vel Imperii permissa sunt per pacis tractatus, eorum interpretatio propriè pertinet ad illam Reip. vel Imperium, non ad pacificantes communiter, e. g. in pace secundâ Romanorum cum Pœnis caput erat, ut Carthaginenses ipsi suis legibus viverent, nulla verò competeat ex istâ pace Romanis potestas interpretandi leges Carthaginensium, ratio est optima, quia nulla est lex alicujus Imperii vel Reip. quam suprema illius potestas non possit communi

jure interpretari, restringere, vel ex causâ abrogare; quando igitur pacificantes exteri aliqua complectuntur in capitulis pacis, ut valeant per modum legis in Imperio vel Republicâ compacifcente, respexisse videntur ad communem legis naturam, quæ valet tamdiu, quamdiu aliud non fuerit à potestate civili illius Imperii vel Republicæ ex interpretatione, restrictione vel abrogatione constitutum, qui plus prætendunt, debent niti aliquâ speciali & expressâ reservatione. Quandoquidem igitur ex præmissis constat strictam esse pacis interpretationem, in capitulis extra securitatem publicam, sequitur quoddam restitutio in priorem statum, quo partes erant ante bellum, non intelligatur tacitè conventa in pace, sed indigeat speciali expressione, id quod factum in illâ pace Germanicâ. Sequitur ulterius nisi nominatim cautum fuerit de reddendis captivis vel transfugis, haud intelligi partem alteram ad redditionem obstrictam, idque Romani non semel expressâ pactione observârunt, uti notum ex Carthaginensium, Philippi & Antiochi pacificationibus; quoddam si nihil conventum esset de captivis, pace confectâ haud obstante, remanebant iidem in pristinâ servitutis conditione; cujus rei manifestum argumentum suppeditat Tryphoninus in l. in bello. princ. ff. de capt. & postlim. ubi scribit. in pace postliminiam esse bello captis, de quibus nihil in pactis erat comprehensum; quia enim hi tales postliminium habent in pace, adeoque servi manent

postea, ergo per pacem non fuere exempti conditioni servitutis. Sed  
 46 dubius est ille casus, si expressè conventum sit de reddendis captivis, transfugis, aut belli auctoribus; plerumque enim hi deposcuntur in pace; an obstringatur pars promittens, etiamsi eorundem vel alicujus eorum copiam non haberet? Acerba fuit hac de re disputatio inter Ætolorum legatos & Acilium Glabronem Consullem Romanum, poscentem sibi varios dedi defectionis auctores, & inter illos Animandrum Regem, cujus tradendi non erat facultas Ætolis, *Liv. lib. 36. histor.*  
 47 Mihi videtur distinguendum, utrum deditio fiat per modum conditionis expressæ, sine qua pars altera in pacem non consentiat; an verò tantummodò ponatur simpliciter inter capitula pacis; priori specie, pacem conventam non valere existimo, quia conditio impossibilis in contractibus, vitiare solet actum, *J. si impossibilis Inst. de inut. stip. l. non solum ff. de oblig. & act.* idque ex defectu veri consensûs, quem pro ratione hujus regulæ allegat Mæcianus *in d. l. non solum.* & juri gentium conveniens esse arbitror; cum illud, quod in ultimis voluntatibus conditio impossibilis adjecta ipsa vitietur, nec vitiet actum, magis adscribendum  
 48 sit soli juri constituto. Posteriore specie contrarium puto, pacem sc. valere, quia tunc ex benignâ interpretatione adjuvari potest, ut in dubio pars spondens ita se intelligatur ad deditioem obstrinxisse, si deden-

dos auctores belli, captivos, transfugas in manu aut potestate habuerit, ut dedere possit; adeoque per rationem, quâ constat, pacem semper ita interpretandam in dubio, ut valeat magis quàm pereat, negotium pacis tunc subsistet, licet actualis deditio nulla fiat. Exemplo sit  
 49 pax Antiochi cum Romanis, in qua inter pacis leges ante omnia expressè deposcebant Romani Annibalem, & alios, quosdam, pax tamen constitit absque deditioe Annibalis, quia ille se post fractas Antiochi res ad Prusiam Bithyniæ Regem contulerat, atque aded non erat in potestate Antiochi; quale quid & antea in pace Punicâ Secundâ poscenti Annibalem Scipioni responsum à Carthaginensibus: *Annibalem in Africâ non esse*, ex quorundam scriptorum sententiâ commemorat *Liv. lib. 30. histor.* Hæc de pace, ejus causis efficientibus, objectis, formâ ac interpretatione, diversisque effectibus. Confide-  
 50 remus nunc breviter personas mediatorum & officium, sine quibus pax rarè perficitur. Quod igitur in privatis causis est arbitrator, de voluntate partium ad componendam amicabili ratione controversiam assumptus, hoc in publicis est mediator pacis, in cujus personâ consideranda auctoritas & justitia. Unde mediatoris partes in pacis negotio inter Reges & Principes, nemo suscipit, nisi qui ipse sit de eo gradu, ut possit arma movere; nec mirum, cum mediationis negotium publicum sit, etiam talem desiderari pu-

publicæ auctoritatis respectum in personâ mediatoris ; Justitia etiam eo sensu necessaria est, in primis ut mediator neutri partium belligerantium magis minusve sit addictus, sed communis amicus qui studeat publicam reducere quietem; unde sequitur, quod nemo consors belli possit ritè fungi munere mediatoris. Ar-

51 que ex hoc eodem capite, uti constat nupero bello Suecica mediatio à confederatis fuit rejecta. Cæterùm ad integritatem mediationis duo requiruntur, voluntas nempe mediatoris sese ad hoc negotium offerentis, deinde ipsius mediationis acceptatio à parte controvertentium; ubi quaeritur, an necessariò acceptari debeat oblata mediatio? sic dicendum videtur, cum mediatores tam sanctum propositum præ se ferentes præfractè rejicere, summa foret inhumanitas, ut ait *Dn. Puffendorff. de jur. nat. & gens. lib. 5. c. 13. §. 7.* & addit ibidem: ne quidem ex eo solùm prætextu rejiciendos, quod alterâ parte ipsis peculiaris quædam conjunctio videatur intercedere, *nam penes me, inquit, utiq. est, quantum ea, qua ab istis offeruntur velimmittere;* Non dubito tamen,

52 quin contrarium benè defendi possit, recusationem sc. oblatae mediationis esse jure gentium permiffam, utique eo casu, quo suspecta futura est propter conjunctionem mediatoris oblata cum alterâ parte; nemo enim tenetur consentire in personam mediatoris suspectam; & cum in privatis causis judices, arbitri vel arbitratores suspecti rectè recusentur,

nec agnoscantur, quis hoc non etiam æquum censebit in causis publicis, quæ majoris sunt momenti? Deinde melius est recusare inter initia mediationem, quam propositiones pacis ad favorem fortè alterius partis à mediatore conjuncto factas, cum dispendio sumptuum ex intervallo rejicere; ac si hoc licet, frustranea esset obligatio acceptandæ mediationis, probabiliter sine spe vel effectu futuræ. Imò hoc amplius, si mediatoris persona planè suspecta non sit, pro temporum circumstantiis libera est mediationis recusatio; maximè si fortè spes sit propinqua victoriæ, & pars altera judicet rebus suis nocere, commodum belli ex interjectâ mediatione sistere vel impedire; aut si non existimet ex dignitate suâ esse mediatoris oblatae sententiæ obtem-

54 perare. Quâ de re notabile exemplum rejectæ vel potiùs contemptæ Rhodiorum mediationis inter Romanos & Persea Regem apud *Liv. extat lib. 44. histor.* Aliam causam prætexerunt Veneti, dum in personam Herculis Ferrariæ Ducis, quamvis in ipsos propensioris, non aliter, quàm ut in arbitrum compromissarium, minimè verò ut in mediatorem consentire voluerunt; nempe id se facere aiebant, sumptuum intuitu, qui facile frustranei esse poterant in actu mediationis, *conf. Guicciard. lib. 4. histor.* Fateor interdum compelli aliquos ad consentiendum, ut Floren-

55 tinis accidit in illo compromisso Herculis Ducis, *Guicciard. d. l.* vel planè ad desistendum ab armis, ut Antiocho

cho Ptolomæum impugnantem ex denunciatione Senatûs Romani, de quâ Liv. d. l. 44. hoc ipsum tamen non fit à compulsis ex obligatione aliquâ juris gentium, sed metu majoris potentiae, & gravioris mali inscaturi, ni pareatur. Quid de ministris mediatorum dicendum, an & illi possint rejici? Ita sc. ex justâ suspicionis ratione; exemplum nuper præbuit Galliarum Rex Ludov. XIV. qui Pontifici mediatoris partes in tractatibus pacis Noviomagensibus subituro per legatos remonstravit, ne hominem à Cardinale Altieri ejusque nutu dependentem ad eos tractatus mitteret, sed prælatum aliquem insignioris auctoritatis; ecce Regem magnum non adversus mediatorem sed ministrum mediationis, in eventum protestantem. Unde sequitur, consensum in mediatorem ipsum, non esse consensum in ejus ministros; & certè videri poterat personæ industria electa, ne alius eâ in re substitui vel actu mediationis fungi possit; quo spectant tradita *Doctorum in c. fin. d. is* autem. extr. de off. & pot. jud. deleg. Quoniam tamen id genus negotia regulariter expediri solent per ministros, & quod quis per alium facit ipse fecisse videtur, poterit utique mediatio per ministros expediri; idque in rebus publicis mediaticibus ferè est necessarium, ne totus Senatus vel totus populus ad locum mediationis venire debeat; temperanda tamen erit hæc sententia ita, ut ministri non suspecti assumantur, ac regulariter tantum in consilium rei adhi-

beantur; illæ autem tantum propositiones ut propositiones ipsius mediatoris accipiantur, quæ de ipsius jussu vel sententiâ processere. Hinc nisi aliud ex voluntate partium & commissione mediatoris constet, legatus functurus mediationis vice nomine alterius, stricto jure utitur; nec alia proponere debet nomine mediationis, quàm quæ demandata fuere. Pauca de mediatoris officio subjiciamus, quod est merè amicabile, neque igitur placita mediatoris vinculum sententiæ habent; interest tamen partium, ne ex publicâ famâ dicantur boni viri officium non agnoscere; ut propositiones mediatoris, si eas non in rem fore duxerint, prius rationibus allatis, propter quas illi haud deferre queant, enervent, quid ergò tandem? Mediator debet omnes nervos intendere, ut rationibus sua foriis hinc inde partes ad compositionem amicabilem permoveat; quod feliciter consequi poterit, si prætensionum ex utràque parte merita perpenderit, & quid ex bono & æquo alterum alteri præstare conveniat vel pacis amore remittere monstraverit. Sed quid si mediator partibus suis dextrè sit functus, pars tamen una vel altera paci reluctetur, an ipse ex hoc solo capite, possit parti justiori arma jungere contra renitentem? Non semel hoc fecerunt Romani, & in illâ quoque denunciatione belli dehortatoriâ inter Antiochum & Ptolomæum his verbis: *ni abistatur bello, per utrum stetisset, cum non pro amico nec pro socio habituros esse.*

Sed non omnia eorum auctoritate pro  
jure gentium habenda sunt; multa  
enim ex ratione status contingere,  
quas quaestiones à jure gentium di-  
versas esse supra ostendi; In veritate  
60 igitur neganda venit nostra hæc qua-  
estio, nisi peculiare interesse habeat  
mediator in pacis perfectione, quod  
præbeat justam causam belli contra  
recusantem; tunc enim poterit qui-  
dem partijustiori arma jungere, ve-  
rùm non propter mediationis placita  
contempta, sed ex accidenti, pro-  
pter interesse periculi vel damni im-  
pendentis. Diversum puto, si nomi-  
natim conventum sit aliud, quale  
in guarantiâ pacis Osnabrugensis &  
Monasteriensis, uti videre est *ex Instr.*  
61 *pac. art. 17. §. verumamen.* Quid si me-  
diator segniter procedat, aut studio  
controversiam in suspenso relinquat?  
Tunc mediatio suspecta est, vel ob  
propensionem alterutrius partis, vel  
ob proprium interesse; Romani hoc

artificium scitè adhibuerunt contro-  
versiae Masanissæ & Carthaginensi-  
um, dum legati Publ. Scipio Africa-  
nus, Cajus Cornelius Cethegus, &  
M. Minutius Rurus, (quod censet  
tempori aptum fuisse Livius) partes  
controvertentes integro certamini  
reliquerunt, *vid. id. lib. 34. histor. in fin.*  
Tandem non prætereundum puto, 62  
treugam, barbaram vocem, paci af-  
finem esse, de qua rubrica juris Pon-  
tificii extat in libro decretalium Gre-  
gorii IX. Definiri solet à glossâ *in c. l.*  
*extr. de treug. & pac. securitas præstita per-*  
*sonis & rebus guerrâ sive bello & discordiâ*  
*nondum finitâ.* Unde Zoëf. *in comment.*  
*decretal. ad. d. 1. n. 3. & Valleng. n. 1. & 2.*  
treugas accipiunt pro induciis; sed  
putarem non malè accipi etiam posse  
pro salvis guardiis quas vocamus, si-  
ve protectoriis, quæ dantur tempo-  
re belli; nam & his quadrat præmis-  
sa treugæ descriptio: atque hæc de  
capite nostro sufficient.

## C A P. XXI.

DE RATIFICATIONE EXECUTIONE  
ET GUARANTIA PACIS.

## S U M M A R I A.

*Nam. 1. 2. & 3. Pacis ratificatio an & cur necessaria sit ultra specialia  
legatorum mandata? 4. & 5. pax vel expresse vel tacitè rata ha-  
beri potest. 6. pacis tacitè approbata signa. 7. pacis terminus ad  
quem propriè non datur. 8. & 9. pacis intentio adjecto termino  
ad quem quibus ex circumstantiis colligatur? 10. pacis executio  
que*

qua complectatur consideranda? 11. pacis exequenda commissio est strictè intelligenda. 12. pacis executor contentionalis, adhibita vi si opus sit munus suum peragere potest. 13. & 14. pacem an & quatenus pars adversa possit exequi? 15. & 16. pacis exequenda objecta varia. 17. Transfuga sine speciali pacto non comprehenduntur sub pace. 18. pace facta num liceat animadvertere in milites adversæ partis exautoratos? 19. pace cessa transeunt ad cessionarium eo jure quo fuere penes cedentem. 20. pacis exsequenda ordo declaratur. 21. pacis Germanica Osnabrug. & Monasteriensis ordo exequendi circa punctum restituendorum refertur. 22. & 23. pacis executio in liquidis procedere debet. 24. pacis executio praepostera num retractari debeat? 25. guarantia pacis vel assicuratio duplex. 26. & 27. paci observanda an & quatenus obligetur assicurator tertius. 28. pacis servanda remedia qua nam assicuratori competant? 29. guarantia pacis verbalis declaratur. 30. & 31. pax jurata num sit simplex vel guarantigiata? 32. clausula: rato manente pacto, quid operetur in pace? & 33. ac 34.

**A**Nte omnia videndum est, quo sensu ratificationem in pacis negotio requiramus; nam si verum est, quoddam mandatum speciale intervenire debeat ad conficiendam pacem per legatos, ut voluit *Rom. cons.* 115. n. 2. & eum secutus *Card. Fusch.* tom. 6. *conclus. practic.* 171. n. 34. non videtur necessaria ulla ratificatio propter sufficientiam mandati specialis anterioris; nihilominus tamen constat posito etiam speciali mandato in negotio tanto subsequi ratihabitionem; exemplo Scipionis Africanæ, qui licet jussu populi Romani cum Carthaginensibus arbitrio suo fecerit pacem, nihilominus pax ista postmodum auctoritate Senatûs specialiter est approbata & confirmata; quod & factum à partibus pacificantibus in con-

ventionem Osnabrugensi & Monasteriensi, uti videre est ex *Instrum. pac. Casareo-Suec.* art. 17. *S. pacem & Casareo-Gall.* *S. eod. junct. Rec. Imp.* de anno 2 1654. *S. Setzen demnach / ordnen* &c. Nec ea res ratione carer; nam legati & plenipotentiarîi regum & potestatum, etsi habeant mandatum speciale de pace inveniendâ, ut olim Bellisanius à Justiniano, qui ei commisit negotium pacis cum Totilâ Gothorum Rege, & Lanocius Prorex Neapolitanus, cui idem arbitrium concessit Carolus Quintus Imperator componendæ pacis cum Clemente Septimo Pontifice; tamen varia possunt esse pacis capitula specialiter non demandata; quemadmodum & Carolus Quintus ipse pacem illam à legato suo conventam in diversis capitulis

pitulis ratam habere noluit; quod & jure poterat, nam mandatum pacis speciale non includit parem specialitatem quoad omnia pacis capitula; in quibus, quia partium principalem summè interest, cuncta tenore instructionis actitata esse, haud immeritò specialis desideratur ratihabitio, cum & in privatis causis mandatum cum liberà non præcisè inferat donandi potestatem *l. 7. in pr. ff. de don. sed* quomodo ratihabitio fiet?

- 4 Verbis pacem ratam haberi posse, ac per solennia Instrumenta invicem extradenda, dubium est nemini; isque modus in pace etiam Germanicà antehac fuit observatus, *vid. d. S. pacem.* an verò & quatenus factis pacis ratihabitio procedat, ulterioris esse potest quæstionis? Cajus Pontius Samnitium Dux, pacem Caudinam quamvis injussu populi Romani conventam, tamen putat obligare Romanos vi tacitæ ratihabitiois, quàm ex factis defendere laborat: *non est æquum*, inquit, *ut tu tot cives salvos habeas, ego pacem non habeam*; quasi Romani eo ipso approbaverint pacem, quodd non restituerint nec restituere vellent legiones suas à Samnitibus circumventas intra saltum. Verùm
- 5 ut de regulâ dubitandum non est, posse nimirum pacem tacitè & factis ut expressè verbis, ratam haberi, cum asserente *Scio in l. de quibus. ff. de h. in effectu* & quantum ad vim obligandi nil intersit suffragio, an factis suam populus declaret voluntatem; sic facta non quælibet ejus sunt virtutis, sed illa demum, quæ tacitum

consensum concludentèr inferunt; quæ res diligenter discernenda est, cum momentum tacitæ ratihabitiois ab eâ pendeat; Itaque si post pacem conclusam, capitula Rex vel populus non ignarus pro suâ parte impleat atque observet, censeri potest pacem tacitè ratam habere; non si commodo aliquo utitur, haud ex suo facto sed hostium errore; Idèò absurdum erat petere ab Romanis, ut nisi pacem servare vellent, legiones restituerent intra saltum, quas non populus Romanus ex angustiis Caudinis facto aliquo pacem approbante expediverat, sed per imprudentiam vanæ pacis, ut Posthumius in Senatu Romano differuit, ab hoste dimissas fato velut aliquo receperat. Quantum ad terminum obligandi, eadem obtinent, quæ supra de induciis diximus, utique si quæstio sit de termino à quo; nam terminus ad quem in pace non habetur, quia pax omnis naturâ suâ est perpetua, usque aded, ut terminus ad quem in pace etiam expressus habeatur pro non adjecto; nec id sanè mirum, nam pactum appositum contra substantiam negotii ipsum vitiatur, non viciat negotium *l. cum precario. ubi gl. dd. ff. de prec.* Dummodò igitur de verâ pacis intentione constet inter partes, etsi addant terminum ad quem, pax valet etiam post terminum, perinde ac termino tali non adjecto. Sed quæris, unde colligamus intentionem pacis, si partes terminum ad quem expresserint? Respondeo primò, id colligi ex verbis

utique tamen in dubio tutius est, ut pacificatio sub istis capitulis de consensu perficiatur populi vel ordinum; sicut in pace Caroli Quinti cum Francisco I. Galliarum Rege, & in pace Germanicâ Osnabrugensi & Monasteriensi res conventa est; etsi in priore exemplo non ad executionem perducta. Alterâ specie subscribo Grotii sententiæ, quia Rex vi  
 27 regie administrationis non bene consulit regno, si cum sperare meliora liceat, nec res ejus sic ad angustias sint redactæ, pacem redimat vel accipiat cum publico damno partium imperii. Quæritur, (5) an Rex  
 28 pro pace obtinendâ possit alienare bona subditorum? Respond. affirmando, si pax necessaria aliter obtineri nequeat; idque ex fundamento domini supereminentis; quo casu tamen æquitas suadet, his, quibus bona adempta fuere, ex publico resarciri damnum concessio aliquo æquivalente; quod si de præsentis non sit, unde damnum illud privatis compensetur vel reparetur, quandoque copia suppetit, idem præstabitur. *Vasq. lib. 1. contr. 5. Grotius d. c.*  
 29 20. §. 7. Quæro (6) quid de consensu dicendum casu quo pro pace membrum ex corpore aliquo alienandum veniret, utrum corporis totius requiratur in alienatione consensus? Et partis vel provinciæ alienandæ h. e. populi vel ordinum eam representantium, & totius simul corporis requiri consensum, vult Grot. d. c. 20. §. 5. quæ sententiâ hanc pro se habet rationem, quod interfit & par-

tis alienandæ propter novum subjectionis statum, & totius corporis, cujus potentia hinc debilitatur; Verum non aliter admitti poterit, quam  
 30 si res sit integra respectu partis alienandæ; ita sc. ut ex possessione vel quasi libertatis transferri velit in conditionem subjectionis; non si jam tunc armis victa vel subacta fuerit, & tantummodò ex parte victoris passiva desideretur abdicatio pristini juris à corpore; tunc enim verius arbitrator consensum partis alienandæ jam servientis non requiri. Quod pertinet Reguli exemplum, cujus meminit Cicero *lib. 2. de offic.* qui sententiâ in Senatu Romano dicere recusavit, quod quamdiu hostium jure jurando teneretur, non habendus esset pro vero senatore; nec igitur etiam provinciarum, quæ se vel hostibus dederunt vel armis fuere subjectæ, vota audienda sunt, dum jam & quamdiu versantur in eo subjectionis statu. Quæro (7) utrum à domino jus in vasallum pertractatus pacis possit alienari, eo invento?  
 31 Quæstio hæc olim agitata fuit in magnâ causâ, inter Franciæ Regem & Britanniæ Ducem, quorum illi per capitula pacis cessurus erat Angliæ Regi jus in hunc suum vasallum, sed invitum nec consentientem; consultus desuper Azo respondit pro Duce, & sic in partem negativam, ut post alios refert *Nevin. inter cons. feud. Brun. vol. 1. cons. 12. n. 109.* Idem tenuit *Ignæus in repet. l. quas divus. C. de don. int. vir. & ux. aliq. relati à Nevinnæ d. l.* Fundamentum autem hujus nega-



32 negativæ sententiæ bonum est, si inspicimus jus feudale, cum eo jure dominus & vasallus æstimentur ad paria in hoc puncto, ut quemadmodum vasallus feudum alienare nequit sine consensu domini, sic nec dominus jus suum possit alienare invito vasallo, *per text. 2. F. 26. S. domino & 2 F. 47.* Verum quia feudalia jura non passim ab omnibus recepta sunt, & specialiter in Galliis non videntur valere pro legibus, ex his, quæ post Molinam scribit *Duar. de feud. c. 1. n. 5.* ad jus gentium in hujusmodi casibus inter Reges & Principes extra Imperium controversis, recurrendum erit. Sed certè etiam jure

33 gentium alienationem juris in vasallos invitos & repugnantes, haud procedere verius arbitror; Nam vasallus ex contractu feudali obstringitur non alii, quàm domino auxilium præstare vel servitium feudale; quæ obligatio mutari non debet per surrogationem novi domini; inprimis cum interesse possit vasalli, quò minus dominum surrogatum recognoscat, sive quòd durior ejus inde futura sit conditio, sive quòd jura anterioris alicujus feudi ab alio concessi, qui hostis sit surrogato, non verò surroganti, hujusmodi translationem impediunt. Quid de sub-

34 ditis, utrum inviti alienari possint pro pace nec ne (8) quæritur? Et licet in negativam hinc etiam inclinet *Neriz. d. conf. n. 107.* contraria tamen sententia, & quidem extra terminos pacis, placuit *Alexandro Raudensi vol. 1. conf. pis. 4. n. 20.* ubi refert Ro-

tam in causâ Terraconensi sic pronuntiassè; villam nempe cum universitate posse invitis hominibus dismembrari & alienari. Quo sanè jure in praxi utimur; nec enim domini territoriales, si quam sui tertorii partem unà cum subditis, sive jure in eos, alienare volunt consensum subditorum ullatenus requirunt; certè non hominum vel incolarum plebejorum, qui propriè sunt subditi; ordines enim alicujus provinciæ, quandoque alienationi reclamare possunt, si fiat contra pactum vel privilegium; neque potest argumentum, quod in vasallorum personis modò adduxi, pari efficacità ad subditos applicari, quasi & horum interfit, ne durior ipsorum reddatur conditio propter personam novi domini; quia subditi (nisi fortè sint homines proprii, servis similiores, quorum consensus èd minùs desiderandus) migratione in alia loca faciliùs sibi in eventum consulere possunt quàm vasalli; hi enim tales manent ubicunque locorum consistant, nisi perdere velint aut refutare feuda; nec parem habent bona feudalia vendendi facultatem, ut subditi sua allodialia. Quæro (9) à quo tempore pax incipiat obligare? Et remitto me ad ea, quæ proximè dicta sunt de induciis: hæc tamen declaratione annexâ, quòd pax similem habeat terminum à quo obligationis, si aliud non sit nominatim conventum; planè nullum verò terminum ad quem, cum forma pacis in eo consistat, ut sit perpetua hostilitatum

remissio. Quid tamen si partēs adje-  
 cerint pacificationi terminum ad  
 quem; Respondeo, aut pro non ad-  
 37 jecto habendum, aut inducias fore  
 non pacem; certè non pacem simpli-  
 cem, sed talem, cujus capita aliud  
 negotium complectantur. Eo nume-  
 ro censeo habendam pacem, quæ an-  
 no decimo quarto superioris seculi  
 inter Ludovicum XII. Galliæ, &  
 Henricum VIII. Angliæ Reges con-  
 venta est, de quâ Guicciard. l. 12. *hisor.*  
*initio Augusti*, inquit, *pax inter utrumq;*  
*Regem dum viverent, postq; annum unum*  
*confecta est, iis legibus, ut Tornacum Anglus*  
*retineret, moxque idem auctor subjicit,*  
*conventum; ut alter alterum ad suum*  
*Imperium defendendum, si bellum terrâ ge-*  
*reretur, decem pedisum millibus, si mari, sex*  
*juvare teneretur.* Ecce pax ista compre-  
 hendit quoque negotium fœderis, &  
 propterea terminus adjectus non ad  
 punctum pacis sive simplicis cessatio-  
 nis ab hostilitate, sed conventi fœ-  
 deris, intelligi debet pertinere; ac  
 consequenter superstiti ex illis Re-  
 gibus non fuisset licitum alterius de-  
 functi regnum vel successorem regni  
 bello adoriri, ex causâ pristinâ post  
 illum terminum; maximè quia Tor-  
 naci possessio & summa pecuniaria,  
 quàm Galli solvebant pro obtentâ  
 pace, non temporali, sed perpetuo  
 jure ad Anglum deferebatur. Quò  
 38 pertinet quod consuluit *Petrus de An-*  
*char. cons. 75. incip. viso diligenter in princ.*  
*& num. 5. vers. etsi dicatur;* pactum vi-  
 delicet retinens rancorem ut loqui-  
 tur, in pace repelli & non valere, cum  
 sit contra naturam pacis; sequuntur

idem *Moron. de Tring. & pac. q. 187. &*  
*Cardin. Tusch. tom. 6. concl. pract. 171. n. 21.*  
*lit. P. ubi plures refert.* Cum igitur  
 pacis interpretatio ea sit sumenda,  
 quâ subsistat potius, quàm pereat tam  
 utile, tamque necessarium negotium,  
 clausula termini ad quem, vel non  
 attendenda erit in pace, vel reflecten-  
 da ad capitula fœderis aut similia  
 inserta. Tractemus autem punctum ; 9  
 interpretandæ pacis aliquantò pe-  
 nitiùs; ubi primò tenenda regu-  
 la, quòd pax latam interpretatio-  
 nem exigit; secundùm ea quæ ex  
*Baldo Signorolo & aliis scribit Tusch. d. tom.*  
*6. concl. pract. 178. n. 1. 4. & seq.* qui  
 tamen in sequentibus more suo sub-  
 jicit limitationes, ut tota illa asser-  
 tio de latâ & favorabili pacis in-  
 terpretatione videatur fluctuare:  
 Inter alia ex eodem Baldo dicit, pa-  
 cem & capitula pacis esse stricti juris,  
 sicut transactio, & idèd omissum ha-  
 beri pro omisso; exemplo adhæren-  
 tium sive confœderatorum, quorum  
 si in pace non sit facta mentio, eos  
 censet haud comprehendi sub securi-  
 tate pacis. Quid ergò? Pax nimi- 40  
 rum habebit latam interpretatio-  
 nem, si adsint verba, quæ in dubio  
 possent latè extendi vel etiam re-  
 stringi; & hoc omninò censeo, quan-  
 tum ad punctum securitatis publicæ,  
 quæ per se est favorabilis; sed quan-  
 tum ad capitula pacis conventa, num.  
 v. g. Rex vel Princeps unus alteri  
 tantum vel tantum pro pace conce-  
 serit, eatenus pax est stricti juris; ha-  
 bet enim speciem translationis ac  
 sufficiens causa est, quâ repellatur il-  
 le,

le, qui plus prætendit ex instrumento aut tabulis pacis, quàm in illis expressè fuit comprehensum, impu-  
ret enim sibi cur non per clariora ver-  
ba sibi prospexerit, hoc tali igitur  
casu pax firma erit, sed minùs justa  
intentiõ petentis amplius ex legibus  
pacis, quàm in illis est expressum.

41 Quæro penes quem sit facultas in-  
terpretandæ pacis? Videtur penes  
eosdem esse qui pacem fecerunt, quod  
quidem Rex Sueciæ ante paucos an-  
nos in Comitibus nostris urgebat circa  
interpretationem instrumenti pacis;  
sed distinctio tamen nonnulla hac in  
re observanda, inter pacificationem  
simplicem mero jure gentium æsti-  
mandam, & inter pacificationem,  
quæ simul habet vim legis, ut suprâ  
dixi; priore consideratione sc. si pax  
vel profus simplex sit, vel certè qui-  
busdam in capitulis ad merum jus  
gentium pertineat, omnium pacifi-  
cantium est interpretatio pacis, ad re-  
gulas nimirum æquitatis restricta;  
42 sed posteriore consideratione secus  
est, nam quæ legibus alicujus Reip.  
vel Imperii permissa sunt per pacis  
tractatus, eorum interpretatio prop-  
riè pertinet ad illam Remp. vel Im-  
perium, non ad pacificantes commu-  
niter, e. g. in pace secundâ Romano-  
rum cum Pœnis caput erat, ut Car-  
thaginenses ipsi suis legibus vive-  
rent, nulla verò competeat ex istâ  
pace Romanis potestas interpretan-  
di leges Carthaginensium, ratio est  
optima, quia nulla est lex alicujus  
Imperii vel Reip. quam suprema il-  
lius potestas non possit communi

jure interpretari, restringere, vel ex  
causâ abrogare; quando igitur paci-  
ficantes exteri aliqua complectuntur  
in capitulis pacis, ut valeant per mo-  
dum legis in Imperio vel Republicâ  
compacifcente, respexisse videntur  
ad communem legis naturam, quæ  
valet tamdiu, quamdiu aliud non  
fuerit à potestate civili illius Impe-  
rii vel Reipublicæ ex interpretatio-  
ne, restrictione vel abrogatione con-  
stitutum, qui plus prætendunt, de-  
bent niti aliquâ speciali & expressâ  
reservatione. Quandoquidem igitur  
ex præmissis constat strictam esse pa-  
cis interpretationem, in capitulis ex-  
tra securitatem publicam, sequitur  
quoddam restitutio in priorem statum,  
quo partes erant ante bellum, non in-  
teligatur tacitè conventa in pace, sed  
indigeat speciali expressione, id quod  
factum in illâ pace Germanicâ. Se-  
quitur ulterius nisi nominatim cau-  
tum fuerit de reddendis captivis vel  
transfugis, haud intelligi partem al-  
teram ad redditionem obstrictam,  
idque Romani non semel expressâ  
pactione observârunt, uti notum ex  
Carthaginensium, Philippi & An-  
tiochi pacificationibus; quoddam si ni-  
hil conventum esset de captivis, pace  
confectâ haud obstante, remanebant  
iidem in pristinâ servitutis conditio-  
ne; cujus rei manifestum argumen-  
tum suppeditat Tryphoninus in l. in bello.  
45 princ. ff. de capt. & postlim. ubi scribit.  
in pace postliminiam esse bello captis, de  
quibus nihil in pactis erat comprehensum;  
quia enim hi tales postliminium ha-  
bent in pace, adeoque servi manent

postea, ergò per pacem non fuere  
 46 exempti conditioni servitutis. Sed  
 dubius est ille casus, si expressè con-  
 ventum sit de reddendis captivis,  
 transfugis, aut belli auctoribus, ple-  
 rumque enim hi deposcuntur in pa-  
 ce; an obstringatur pars promit-  
 tens, etiamsi eorundem vel alicujus  
 eorum copiam non haberet? Acer-  
 ba fuit hac de re disputatio inter Æ-  
 tolorum legatos & Acilium Gla-  
 brionem Consullem Romanum, po-  
 scientem sibi varios dedi defectionis  
 auctores, & inter illos Animandrum  
 Regem, cujus tradendi non erat fa-  
 cultas Ætolis, *Liv. lib. 36. histor.* Mi-  
 47 hi videtur distinguendum, utrum  
 deditio fiat per modum conditionis  
 expressæ, sine quâ pars altera in pa-  
 cem non consentiat; an verò tan-  
 tummodò ponatur simpliciter inter  
 capitula pacis; priori specie, pacem  
 conventam non valere existimo,  
 quia conditio impossibilis in con-  
 tractibus, vitiare solet actum, *S. si*  
*impossibilis Inst. de inut. stip. l. non solum*  
*ff. de oblig. & act.* idque ex defectu  
 veri consensûs, quem pro ratione  
 hujus regulæ allegat Mæcianus *in d.*  
*l. non solum.* & juri gentium conveni-  
 niens esse arbitror; cùm illud, quod  
 in ultimis voluntatibus conditio  
 impossibilis adjecta ipsa vitietur, nec  
 vitiet actum, magis adscribendum  
 48 sit soli juri constituto. Posteriore  
 specie contrarium puto, pacem sc. va-  
 lere, quia tunc ex benignâ inter-  
 pretatione adjuvari potest, ut in du-  
 bio pars spondens ita se intelligatur  
 ad deditioem obstringisse, si deden-

dos auctores belli, captivos, trans-  
 fugas in manu aut potestate habue-  
 rit, ut dedere possit; adeoque per  
 rationem, quâ constat, pacem sem-  
 per ita interpretandam in dubio, ut  
 valeat magis quàm pereat, negoti-  
 um pacis tunc subsistet, licet actua-  
 lis deditio nulla fiat. Exemplo sit 49  
 pax Antiochi cum Romanis, in quâ  
 inter pacis leges ante omnia expressè  
 deposcebant Romani Annibalem, &  
 alios, quosdam, pax tamen constitit  
 absque deditioe Annibalis, quia  
 ille se post fractas Antiochi res ad  
 Prusiam Bithyniæ Regem contule-  
 rat, atque aded non erat in potesta-  
 te Antiochi; quale quid & antea in  
 pace Punicâ Secundâ poscenti An-  
 nibalem Scipioni responsum à Car-  
 thaginensibus: *Annibalem in Africa non*  
*esse*, ex quorundam scriptorum sen-  
 tentiâ commemorat *Liv. lib. 30. histor.*  
 Hæc de pace, ejus causis efficienti-  
 bus, objectis, formâ ac interpretatio-  
 ne, diversisque effectibus. Confide- 50  
 remus nunc breviter personas me-  
 diatorum & officium, sine quibus  
 pax rarè perficitur. Quod igitur in  
 privatis causis est arbitrator, de vo-  
 luntate partium ad componendam  
 amicabili ratione controversiam as-  
 sumptus, hoc in publicis est media-  
 tor pacis, in cujus personâ conside-  
 randa auctoritas & justitia. Unde  
 mediatoris partes in pacis negotio  
 inter Reges & Principes, nemo susci-  
 pit, nisi qui ipse sit de eo gradu, ut  
 possit arma movere; nec mirum,  
 cùm mediationis negotium publi-  
 cum sit, etiam talem desiderari  
 pu-

publicæ auctoritatis respectum in personâ mediatoris ; Justitia etiam eo sensu necessaria est, imprimis ut mediator neutri partium belligerantium magis minusve sit addictus, sed communis amicus qui studeat publicam reducere quietem ; unde sequitur, quòd nemo consors belli possit ritè fungi munere mediatoris. Atque ex hoc eodem capite, uti constat nupero bello Suecica mediatio à confederatis fuit rejecta. Cæterùm ad integritatem mediationis duo requiruntur, voluntas nempe mediatoris sese ad hoc negotium offerentis, deinde ipsius mediationis acceptatio à parte controversentium ; ubi quæritur, an necessariò acceptari debeat oblata mediatio ? sic dicendum videtur, cum mediatores tam sanctum propositum præ se ferentes præfractè rejicere, summa foret inhumanitas, ut ait *Dn. Puffendorff. de jur. nat. & gent. lib. 5. c. 13. §. 7.* & addit ibidem: ne quidem ex eo solùm prætextu rejiciendos, quòd alterâ parte ipsis peculiaris quædam conjunctio videatur intercedere, *nam penes me, inquit, miq. est, quantum ea, qua ab istis offeruntur velimmittere*; Non dubito tamen, quin contrarium benè defendi possit, reculationem sc. oblatae mediationis esse jure gentium permisam, utique eo casu, quo suspecta futura est propter conjunctionem mediatoris oblata cum alterâ parte; nemo enim tenetur consentire in personam mediatoris suspectam; & cum in privatis causis judices, arbitri vel arbitratores suspecti rectè recusentur, nec agnoscantur, quis hoc non etiam æquum censebit in causis publicis, quæ majoris sunt momenti? Deinde melius est recusare inter initia mediationem, quàm propositiones pacis ad favorem fortè alterius partis à mediatore juncto factas, cum dispendio sumptuum ex intervallo rejicere; ac si hoc licet, frustranea esset obligatio acceptandae mediationis, probabiliter sine spe vel effectu futurae. Imò hoc ampliùs, si mediatoris persona planè suspecta non sit, pro temporum circumstantiis libera est mediationis recusatio; maxime si fortè spes sit propinqua victoriæ, & pars altera judicet rebus suis nocere, commodum belli ex interjectâ mediatione sistere vel impedire; aut si non existimet ex dignitate suâ esse mediatoris oblatae sententiæ obtemperare. Quâ de re notabile exemplum rejectæ vel potiùs contemptæ Rhodiorum mediationis inter Romanos & Persea Regem apud *Liv. extat lib. 44. histor.* Aliam causam prætexuerunt Veneti, dum in personam Herculis Ferrariæ Ducis, quamvis in ipsos propensioris, non aliter, quàm ut in arbitrum compromissarium, minime verò ut in mediatorem consentire voluerunt; nempe id se facere ajebant, sumptuum intuitu, qui facile frustranei esse poterant in actu mediationis, *conf. Guicciard. lib. 4. histor.* Fateor interdum compelli aliquos ad consentiendum, ut Florentinis accidit in illo compromisso Herculis Ducis, *Guicciard. d. l.* vel planè ad desistendum ab armis, ut Antiocho

cho Ptolomæum impugnantem ex denunciatione Senatûs Romani, de quâ Liv. l. 44. hoc ipsum tamen non fit à compulsis ex obligatione aliquâ juris gentium, sed metu majoris potentiae, & gravioris mali insécuri, ni pareatur. Quid de ministris mediatorum dicendum, an & illi possint rejici? Ita sc. ex justâ suspicionis ratione; exemplum nuper præbuit Galliarum Rex Ludov. XIV. qui Pontifici mediatoris partes in tractatibus pacis Noviomagensibus subituro per legatos remonstravit, ne hominem à Cardinale Altieri ejusque nutu dependentem ad eos tractatus mitteret, sed prælatum aliquem insignioris auctoritatis; ecce Regem magnum non adversus mediatorem sed ministrum mediationis, in eventum protestantem. Unde sequitur, consensum in mediatorem ipsum, non esse consensum in ejus ministros; & certè videri poterat personæ industria electa, ne aliuseâ in re substitui vel actu mediationis fungi possit; quo spectant tradita *Doctorum in c. fin. S. is* 57 *autem. extr. de off. & pot. jud. deleg.* Quoniam tamen id genus negotia regulariter expediri solent per ministros, & quod quis per alium facit ipse fecisse videtur, poterit utique mediatio per ministros expediri; idque in rebus publicis mediatricibus ferè est necessarium, ne totus Senatus vel totus populus ad locum mediationis venire debeat; temperanda tamen erit hæc sententia ita, ut ministri non suspecti assumantur, ac regulariter tantum in consilium rei adhi-

beantur; illæ autem tantum propositiones ut propositiones ipsius mediatoris accipiantur, quæ de ipsius jussu vel sententiâ processere. Hinc nisi aliud ex voluntate partium & commissione mediatoris constet, legatus functurus mediationis vice nomine alterius, stricto jure utitur; nec alia proponere debet nomine mediationis, quàm quæ demandata fuere. Pauca de mediatoris officio subjicimus, quod est merè amicabile, neque igitur placita mediatoris vinculum sententiæ habent; interest tamen partium, ne ex publicâ famâ dicantur boni viri officium non agnoscere; ut propositiones mediatoris, si eas non in rem fore duxerint, priùs rationibus allatis, propter quas illi haud deferre queant, enervent, quid ergò tandem? Mediator debet omnes nervos intendere, ut rationibus suaforiis hinc inde partes ad compositionem amicabilem permoveat; quod feliciter consequi poterit, si prætensionum ex utràque parte merita perpenderit, & quid ex bono & æquo alterum alteri præstare conveniat vel pacis amore remittere monstraverit. Sed quid si mediator partibus suis dextrè sit functus, pars tamen una vel altera paci reluctetur, an ipse ex hoc solo capite, possit parti justiori arma jungere contra renitentem? Non semel hoc fecerunt Romani, & in illâ quoque denunciatione belli dehortatoriâ inter Antiochum & Ptolomæum his verbis: *ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico nec pro socio habituros esse.* 58

Sed non omnia eorum astitata pro jure gentium habenda sunt; multa enim ex ratione status contingere, quas quaestiones à jure gentium diversas esse supra ostendi; In veritate igitur neganda venit nostra hæc quaestio, nisi peculiare interesse habeat mediator in pacis perfectione, quod præbeat justam causam belli contra recusantem; tunc enim poterit quidem parti justiori arma jungere, verum non propter mediationis placita contempta, sed ex accidenti, propter interesse periculi vel damni impendentis. Diversum puto, si nominatim conventum sit aliud, quale in guarantiâ pacis Osnabrugensis & Monasteriensis, uti videre est *ex Instr.*

61 *pac. art. 17. §. verumamen.* Quid si mediator segniter procedat, aut studio controversiam in suspenso relinquat? Tunc mediatio suspecta est, vel ob propensionem alterutrius partis, vel ob proprium interesse; Romani hoc

artificium scitè adhibuerunt controversiæ Masanissæ & Carthaginensium, dum legati Publ. Scipio Africanus, Cajus Cornelius Cethegus, & M. Minutius Rutilus, (quod censet tempori aptum fuisse Livius) partes controvertentes integro certamini reliquerunt, *vid. id. lib. 34. histor. in fin.* Tandem non prætereundum puto, 62 treugam, barbaram vocem, paci affinem esse, de qua rubrica juris Pontificii extat in libro decretalium Gregorii IX. Definiri solet à glossâ *in c. l. extr. de treug. & pac. securitas præstita personis & rebus guerrâ sive bello & discordiâ nondum finitâ.* Unde *Zoëf. in comment. decretal. ad. d. 1. n. 3. & Valleng. n. 1. & 2.* treugas accipiunt pro induciis; sed putarem non malè accipi etiam posse pro salvis guardiis quas vocamus, sive protectoriis, quæ dantur tempore belli; nam & his quadrat præmissa treugæ descriptio: atque hæc de capite nostro sufficient.

## C A P. XXI.

DE RATIFICATIONE EXECUTIONE  
ET GUARANTIA PACIS.

## S U M M A R I A.

*Nam. 1. 2. & 3. Pacis ratificatio an & cur necessaria sit ultra specialia legatorum mandata? 4. & 5. pax vel expressè vel tacitè rata haberi potest. 6. pacis tacitè approbata signa. 7. pacis terminus ad quem propriè non datur. 8. & 9. pacis intentio adjecto termino ad quem quibus ex circumstantiis colligatur? 10. pacis executio*

*que*

qua complectatur consideranda? 11. pacis exequenda commissio est strictè intelligenda. 12. pacis executor contentionalis, adhibita vi si opus sit munus suum peragere potest. 13. & 14. pacem an & quatenus pars adversa possit exequi? 15. & 16. pacis exequenda objecta varia. 17. Transfuga sine speciali pacto non comprehenduntur sub pace. 18. pace factâ num liceat animadvertere in milites adversa partis exautoratos? 19. pace cessa transeunt ad cessionarium eo jure quo fuere penes cedentem. 20. pacis exsequenda ordo declaratur. 21. pacis Germanica Osnabrug. & Monasteriensis ordo exequendi circa punctum restituendorum refertur. 22. & 23. pacis executio in liquidis procedere debet. 24. pacis executio praepostera num retractari debeat? 25. guarantia pacis vel affecturatio duplex. 26. & 27. paci observanda an & quatenus obligetur affecturatio tertius. 28. pacis servanda remedia qua nam affecturatori competant? 29. guarantia pacis verbalis declaratur. 30. & 31. pax jurata num sit simplex vel guarantigiata? 32. clausula: rato manente pacto, quid operetur in pace? & 33. ac 34.

**A** Nte omnia videndum est, quo sensu ratificationem in pacis negotio requiramus; nam si verum est, quòd mandatum speciale intervenire debeat ad conficiendam pacem per legatos, ut voluit *Rom. cons.* 115. n. 2. & eum secutus *Card. Eusch. tom. 6. conclus. practic.* 171. n. 34. non videtur necessaria ulla ratificatio propter sufficientiam mandati specialis anterioris; nihilominus tamen constat posito etiam speciali mandato in negotio tanto subsequi ratificationem; exemplo Scipionis Africani, qui licet jussu populi Romani cum Carthaginensibus arbitrio suo fecerit pacem, nihilominus pax ista postmodum auctoritate Senatûs specialiter est approbata & confirmata; quod & factum à partibus pacificantibus in conventionione Osnabrugensi & Monasteriensi, uti videre est *ex Instrum. pac. Casareo-Suec. art. 17. §. pacem & Casareo-Gall. §. eod. junct. Rec. Imp. de anno* 1654. *§. Seßen demnach / ordnen* &c. Nec ea res ratione careret; nam legati & plenipotentarii regum & potestatum, etsi habeant mandatum speciale de pace ineundâ, ut olim Bellisarius à Justiniano, qui ei commisit negotium pacis cum Totilâ Gothorum Rege, & Lanocius Prorex Neapolitanus, cui idem arbitrium concessit Carolus Quintus Imperator componendæ pacis cum Clemente Septimo Pontifice; tamen varia posunt esse pacis capitula specialiter non demandata; quemadmodum & Carolus Quintus ipse pacem illam à legato suo conventam in diversis capitulis



- pitullis ratam habere noluit; quod & jure poterat, nam mandatum pacis speciale non includit parem specialitatem quoad omnia pacis capitula; in quibus, quia partium principalem summè interest, cuncta tenore instructionis acitata esse, haud immeritò specialis desideratur ratihabitio, cum & in privatis causis mandatum cum liberà non præcisè inferat donandi potestatem *l. 7. in pr. ff. de don. sed quomodo ratihabitio fiet?*
- 4 Verbis pacem ratam haberi posse, ac per solennia Instrumenta invicem extradenda, dubium est nemini; isque modus in pace etiam Germanicâ antehac fuit observatus, *vid. d. S. pacem. an verò & quatenus factis pacis ratihabitio procedat, ulterioris esse potest questionis? Cajus Pontius Samnitium Dux, pacem Caudinam quamvis injussu populi Romani conventam, tamen putat obligare Romanos vi tacitæ ratihabitiois, quàm ex factis defendere laborat: non est æquum, inquit, ut tu tot cives salvos habeas, ego pacem non habeam; quasi Romani eo ipso approbaverint pacem, quòd non restituerint nec restituere vellent legiones suas à Samnitibus circumventas intra saltum. Verùm*
- 5 *ut de regulâ dubitandum non est, posse nimirum pacem tacitè & factis ut expressè verbis, ratam haberi, cum afferente Fcio in l. de quibus. ff. de H. in effectu & quantum ad vim obligandi nil interlit suffragio, an factis suam populus declararet voluntatem; sic facta non quælibet ejus sunt virtutis, sed illa demum, quæ tacitum*
- consensum concludentèr inferunt; quæ res diligenter discernenda est, cum momentum tacitæ ratihabitiois ab eâ pendeat; Itaque si post pacem conclusam, capitula Rex vel populus non ignarus pro suâ parte impleat atque observet, censeripotest pacem tacitè ratam habere; non si commodo aliquo utitur, haud ex suo facto sed hostium errore; Idèò absurdum erat petere ab Romanis, ut nisi pacem servare vellent, legiones restituerent intra saltum, quas non populus Romanus ex angustiis Caudinis facto aliquo pacem approbante expediverat, sed per imprudentiam vanæ pacis, ut Posthumius in Senatu Romano disseruit, ab hoste dimissas fato velut aliquo receperat. Quantum ad terminum obligandi, eadem obtinent, quæ supra de induciis diximus, utique si questio sit de termino à quo; nam terminus ad quem in pace non habetur, quia pax omnis naturâ suâ est perpetua, usque aded, ut terminus ad quem in pace etiam expressus habeatur pro non adjecto; nec id sanè mirum, nam pactum appositum contra substantiam negotii ipsum vitiatur, non viciat negotium *l. cum precario. ubi gl. dd. ff. de prec.* Dummodò igitur de verâ pacis intentione constet inter partes, etsi addant terminum ad quem, pax valet etiam post terminum, perinde ac termino tali non adjecto. Sed quæris, unde colligamus intentionem pacis, si partes terminum ad quem expresserint? Respondeo primò, id colligi ex verbis*

paciscentium, si in capitulis compositionis dicant se pacem facere ad tantum vel tantum tempus, ad eò enim favorabile est hoc negotium, ut magis pacem quam inducias intelligere debeamus; & tempus adjectum potius nihil operetur, quam ut pacis perpetuæ naturæ conversione in temporales inducias deroget; deinde aliis circumstantiis idem animadvertere licet, veluti ex temporis diurnitate; quale est exemplum in pace Imperatoris nostri cum Turcarum Sultano; maximè si expressâ pacificatione extenderetur pax ad vitam paciscentium vel alterius, ut contingit in pacificatione Henrici Octavi Angliæ Regis cum Ludovico Duodecimo Galliarum Rege. Eadem conjectura pro pace sumi etiam potest ex aliis connexis negotiis, quæ in meris induciis locum non habent; qualia sunt fœdera, prout capite proximo exemplo pacificationis illius Gallico-Anglicæ pluribus declaravi; hinc licet expressio termini non habeat effectum aliquem pacis præcisè, non tamen est similiter sine effectu respectu connexorum negotiorum; hæc de primo membro. Ordine sequitur pacis executio, quæ nisi fiat, frustra de pace conventum videbitur; ubi tria consideranda sunt, personæ exequentium, res vel facta exequenda, & executionis ordo. Personas quod attinet, vel in pacis capitulis aut aliis specialibus conventionibus denominatæ sunt vel non; priore casu pacem exequi curabunt executores conventiona-

les; posteriore partes ipsæ, quarum est per capita pacis aliquid præstare, restituere vel facere; Sanè si ipsi conventionales executores morosi sint, partium erit curæ suæ ducere, uti pacificationis capitula executioni mandentur, quia tertio munus pacis exequendæ, nisi aliud sit conventum, non est commissum; Accidit verò <sup>II</sup> quandoque ut executio non tota pacis, sed respectu certi tantum capituli deferatur; ut antehac pacis Germanicæ, quæ exequenda commissâ fuit Principibus circulatorum directoribus tantummodò in puncto satisfactionis pecuniariæ Suecis præstandæ. *Scribens executionis haupt recess. S. in massen 37.* quâ specie ultra punctum commissum executor nequit exequi. Nec verò interest, si partibus ipsis pacis executio incumbit, per se illam perficiant, an per homines suos, veluti si per præfectos tradant castra, urbes, si per commissarios provincias cedant, quas in pacificatione promiserunt. Sed nec de eo dubito posse executores conventionalem munus sibi consensu partium commissum, parte alterâ invitâ implere, imò etiam renitentem si opus sit vi compellere ad satisfaciendum paci; dispar enim est hac in re ratio publici negotiî à privatis causis, in quibus auxilio judicis locus relinquitur, ejusque intuitu concessa facultas occupandi bona alicujus, non pertinet ad causam violentæ resistentiæ, quod notant *Dd. ad l. creditores. C. de pignor. sc.* quia ibi datur recursus ad potestates civiles, quæ

vim

vim injustam coercere possunt *ex l. fr. pr. ff. quod. met. caus.* sed in publico pacis negotio non est simile præsidium superius, ergo ne partes ad arma recurrant, merito intelligi debet de mandata facultas exequendæ pacis etiam de casu violentæ ex parte exequendæ oppositionis; idque haud obscure cernimus placuisse in dicto pacto publico deß *Svidens. executions haupt recess. S. Damit aber daß übrige. & d. S. in massen.* Sed quaeritur an pars adversa possit exequi pacem, si cessetur? Non putamus nisi aliud placuerit in pactis; facilius enim resuscitabitur bellum parte adversa exoquente, quam terribis & quemadmodum regulariter exactio debiti publici non ab executione incipere debet, sed tunc demum rectè fieri censetur, si post legationes pro satisfactione frustra missas bellum ritè indictum fuerit; ita non est, cur ab hac regulâ exceptum credamus illud debitum, quo pars partem per capitula pacis se distrinxit; Partis igitur, si tertius executor non sit, est pacem exequi, sed illius, quæ est debitor ex pacificatione, non illius cui debetur; in casu autem moræ communi illa supersunt remedia legationum, mediationum, & ad extremum novi belli, ad quod priusquam partes denud perveniant, omnia prius tentanda sunt; Quod verò censui diversum fore, si aliud in pactis placuerit, ita declarandum est, ut si forte parti jus conferatur possessionis per c'ausulam constituti in capitulis pacis, vel nominatim concedatur facultas propria

authoritate possessionem obveneram apprehendendi, ut Serenissimo Electori Brandeburgico respectu Archiepiscopatus Magdeburgens. *in pacific. Osna-brug. Germ. art. II. §. 6.* tunc non opus sit ullâ legatione, sed ipsa illa pars, cujus commodò possessio vâ pacis cedere debet, potestatem quodammodo habeat directæ executionis: hæc de personis exequentibus. Objectum pacis exequendæ constituunt res & facta; res distingui possunt variè; nam & jura regnorum vel provinciarum remitti vel cedi possunt; & rursus castra, urbes, fortalitia, provinciæ, regna, quæ quis possidet; item pecuniæ, frumenta &c. dari tradique possunt pro pace, ceu videre est ex antiquis Romanorum formulis in pace Carthaginensium & aliorum; Ad facta refero captivorum & transfugarum extraditionem, Archivorum etiam ac documentorum literariorum restitutionem, quæ accessio esse solet restitutionis locorum; item huc pertinent militum exactiones, præsidiorum deductiones, & quæ similia sunt; in quibus id tenendum, quod ita demum, si de illis conventum quid fuerit ad executionem pacis pertineant; imò in transfugis id juris est, ut sub generali pacis amnistia non comprehendantur, quia odiosum eorum nomen est; nec videntur pacificantes de his cogitasse, nisi expressè eosdem incluserint; hinc transfugam jure belli recipimus referente Celso *in l. transfugam ff. de acq. rer. dom.* qui etiam exauctoratus

- pro hoste est, juxta Tarruntenum sublequi possit præscriptio; & idem est in belli jure extra pacem, ut constat exemplo Israëliitarum contra Ammonitas, de quo dixi suprâ; nec sanè alium finem verosimiliter habuit Instrumenti pacis Germanicæ provisio, quâ tot factæ sunt terrarum provinciarumque restitutiones cum clausulâ: *salvo jure tertii*; qui tertius, quisquis fuerit, ex silentio & lapsu temporis sibi utique præjudicare potest. Sequitur jam exsequendæ pacis ordo, ubi quid convenerit perspicendum; si nihil convenerit, vel pari passu sine inde pacis executionem efflagitat æquitas, vel si simultaneè id fieri nequeat, illud negotium quod naturâ præcedit in executione præmitti debet, vel quod est in pace præcipuum. Videntur enim partes illud probabiliter voluisse in tractatibus pacis ab eo potissimum negotio executionis principium sumendum esse, quod ex morâ & neglectione novis motibus facile posset ansam suppeditare. Tota hæc materia in pacificatione Germanicâ Osnabrugensi & Monasteriensi cautè est observata circa punctum restituendorum; nam cum restituendi suis possessionibus in eum statum, quo fuissent ante bellorum motus, variæ conditiones essent, quosdam simul & inseparabiliter restitui placuit, quosdam ex intervallo demum, si suæ illius possessionis bellum præcedentis fecerint fidem. Itaque ad distinctionem tum generales regulæ propositæ, tum specialiter longâ serie recensiti sunt Principes
- 17 Paternum in *L. proditores. ff. de re mil.* Et quidem in transfugis duplex respectus considerari potest, Regis nimirum vel populi ad quem, & à quo transfugerunt; quemadmodum igitur ille Rex vel populus non tenetur ad redditionem transfugarum sine speciali pacto; sic hic ex promissâ amnistia generali non obstringitur ad præstandam securitatem transfugis; hinc in urbium etiam deditio-nibus cernimus eos, qui notabiliter peccaverunt, quive transfugerunt, non obstante pacto securitatis ad pœnam à victoribus deposci, vel cæteris eximi. Quæritur autem, num liceat post pacem animadvertere in milites ex alterâ parte exauctoratos? Non puto, quia hi tales milites gaudere debent ex generali amnistia beneficio pacis & securitatis; nisi fortè exauctorati fuerint ante pacificationem; quo casu non videntur comprehendi, nisi expressa eorum facta sit mentio; benignius tamen est etiam his succurri, nec fraudi ipsis esse, quod citius nocere desierint.
- 18 De eo nullus dubito, quin Urbes, Provinciæ, Regna, per pacis articulos cessa, modò scil. de cessione ex tabulis pacis apertè constet, non alio jure ad cessionarium perveniant, quàm quò antè penes cedentem fuerant; ideoque tota cessio fit salvo jure tertii, licet hac de re expressum nihil fuerit inter partes. Putem tamen si tertius taceat, ad minimum tribui justum urbis cessæ, provinciæ, vel regni titulum, ut progressu temporis

pes & Status Imperii de plano restituendi; quoad cæteros circa hunc punctum pacis exsecutio non potuit non pati moras. Sed quid si casu, ubi nihil de pacis exsequendæ ordine conventum fuit, partes discrepent, & altera in liquidis forsan executionem differat? Non arbitror hanc ordinis exceptionem dilatoriam justam esse uti enim in privatis causis exsecutio liquidorum suspendi nec debet nec potest per exceptionem illiquidorum; sic mora in publicis causis eò minùs ferenda est, quò plus propter momenta rerum ardua nocere possit. Idque idèd verum est, ut probabili ratione nō prætèxtu cautionis præstandæ exsecutio pacis in capitulis liquidis differenda sit; habet enim quod sibi imputet, qui se absolute ac sine mentione cautionis capitulis liquidis obligavit; nisi fortassis ponderosa admodum & justa causa tempore conclusæ pacis ignorata superveniret, cujus intuitu aliqualem in liquidis punctis executionibus suspensionem, donec sc. caurum foret in illiquidis, æquitas suggereret; sed ea profectò parcè indulgenda sunt favore pacis, nec nisi ex evidentiâ talis causæ subsecutæ recipienda. Sed quid si prætermisso pacis exsequendæ ordine, exsecutio fiat, an retractari debeat? Utique eo casu, quo invitâ & reclamante alterâ parte processit; quòd si pars adversa tacitè, vel expressè consentiat præposterationi, sine dubio executio valebit, & quidem sine ullâ tractatione. Superest tertium principale

membrum de assècuratione vel guarantee pacis; quæ quidem est duplex, verbalis, quæ fit per sponsonem verbis aut literis expressam; & realis, cum pacem assècuramus datis obsidibus, vel rebus præsertim castellis, munitis urbibus & similibus; Deinde pacis assècratio vel fit ab ipsis partibus, vel à quodam assècuratore tertio, ut ante aliquot annos contigit in pace Galliarum Regis cum Electore Brandenburgico, ubi Sueciæ Rex guarantee pacis suscepit. Quæritur verò hîc (1) de obligatione Tertii assècuratoris, an & quatenus teneatur ad pacis observantiam compellere resiliens? Disputata fuit hæc quæstio in ipsâ illâ Suecicâ pacis Gallico-Brandenburgicæ guarantee, existimantibus Suecis vi guarantee rectè avocari Electorem Brandenburgicum ab assistentiâ Imperii contra Galliæ regnum, contrarium defendentibus Electore Brandenburgico & sociis; Non nunc de ipsâ hac causâ in individuo dicam, sed ex Principiis juris gentium existimo, non simplicem recessum à pace, vel bellij repetitionem, justam causam tribuere exercendæ guarantee, sed eam tantum, quæ conjuncta est injustitiæ. Qui enim justè non servat pacem, putà ex causis sat relevantibus, maxime novis, utitur jure suo, & per consequens justè compelli non poterit ad pacis observantiam; neque enim verosimile est, voluisse pacificantes guarantee etiam eo casu vim & robur suum obtinere, quo jure gentium permittitur posthabita pace arma repetere.

- 28 petere. Quæritur (2) quibus remediis uti possit affecutor, ut pacem factam testam præstet? Suasoriis primum, & si res sollicitè frustra tentata fuerit, tum demum etiam violentis: quod ubi convenit, neque opus videtur speciali belli indictione, cum liceat affecutori ex partium consensu ea facere, quæ huic officio incumbunt. Equius tamen putem, ut denunciaret pacem frangentibus, sed ad extremum ea, quæ garantiam sponsores deceant, pro pace constabiliendam executurum esse; nec hoc exercitium ulterius extendendum, quàm ut à violationibus pacis injustis pars contraveniens absterneatur, ac si quid inde nocuerit, resarciat, & pacem in posterum observet, eoque intuitu idoneè caveat.
- 29 Quæres (3) quomodo garantia pacis verbalis fieri possit ab ipsis pacificantibus? Nam ex quo ipsi tantum spondent pacis observantiam, non major securitas accedere videtur negotio, quàm quæ ex naturâ pacis provenit; at garantia propriè dicta capitulum est accessorium pacis conclusæ; respondeo igitur, garantiam verbalem fieri à pluribus consortibus pacis, dum se omnes hinc inde obligant ad propugnandam pacis observantiam contra transgressores: Unde sine dubio robur accessorium additur paci conclusæ, cujus rei celebre exemplum habemus in *Instruct. pac. Germ.*
- 30 *art. 17. S. pax verò, &c.* Quæro (4) quid sentiendum de pace juramento firmatâ, an sit pax simplex vel garantigiata propriè loquendo? Puto respectu vinculi conscientiam, cum nihil sanctius sit jurejurando, pacem taliter conventam, non malè garantiam archissimâ subnixam dici; Verùm in actibus externis, præsertim intuitu perfidiæ humanæ ac frequentioris pejerationis, non abs re est hujusmodi pacem arbitrari tantum verbalem; nec enim alteri parti, cui juratur, aliter cautum est ex juramento, quàm si jurans servet permissionem juratam. Unde Senator quidam Romanus ad Carthaginensium legatos pacem petentes, per quos deos (gentili more inquit) fœdus icturi essent, cum eos per quos antè ictum esset, fefellissent; Asdrubal præcipuus legatus, scitè respondit: per eosdem qui tam infesti sunt fœderi violentibus; ille sc. jurantium fluxam fidem increpavit, hic contrà ex datis perfidiæ pœnis constans propositum servandi juramentum ostendit. *vid. Liv. lib. 30. histor.* Tandem quæri potest, quid operetur clausula: *rato manento pacto*, in negotio pacis? Videmus eam appositam Instrumento pacis Germanicæ in *d. S. pax verò*, ubi non obstante contraventione pacem in suo robore nihilominus permanere debere statuitur; & sic isthæc clausula præcipuè operatur pacis persistentiam in casu contraventionis; quod & in privatis transactionibus jure Romano procedit, ut posthabitâ contraventione vi hujus clausulæ in effectu validæ permaneant, secundum *l. pen. ff. de trans. & l. cum proponas C. cod.* Sed an hoc intelligendum erit ex parte contraveniente tantum, an verò etiam ex

33 *ex parte læsâ*; Verius sanè est arbitrio partis læsæ submitti, an stare velit publico vel privato pacto nec ne; certè in privatâ pactione expressum illud idem est *in d.l. cum proponas*; etiam in casu, quo pars læsa jam impleverat transactionem, ut habeat repetitionem datorum si velit; cùm aliàs tantùm competiisset exceptio; & sic etiam Instrumentum pacis *in d. S. pax verò*, ita declarandum videtur, ut pax conclusa ob contraventionem unius, non solvatur quoad cæteros, si velint paci insistere; planè eadem illa clausula non in favorem contravenientium, sed servantium pactiones adjici videtur negotiis; nec nocere debet

servantibus, qui illâ demptâ, ex regulâ: frangenti fidem fides frangatur eidem; justè resilire possent. Hæc ita, nisi apertè constet, paciscentes hanc clausulam intellectam voluisse, etiam ex parte læsâ, quòd minùs illi integrum sit ex contraventione adversarii à pactis resilire; quod cur sic in primis propter publicum interesse conveniri possit, non video, quid repugnet. Illud sanè pro effectu hujus clausulæ notandum, quòd si pœna contravenientibus sit præstituta, & pœnam istam servantibus simul condicere, & placitis insistere liceat. *Vid. Wissenb. ad pand. p. I. disp. 10. th.* Sed hæc de præsentî capite.

34

## CAP. XXII.

DE RUPTURA PACIS ET CAUSA  
SUPERVENIENTE.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. Ruptura pacis quid significet? 2. & 3. rumpere pacem num omnes illi rectè dicantur, qui ex novâ causâ offendunt vel invadunt adversarium? 4. & 5. offensa an facta præsumatur ex novâ vel antiquâ causâ? 6. clausula: rato manente pacto, ad favorem rumpentis nihil operatur. 7. promissio de non contraveniendo paci, non obligat quoad causas futuras. 8. ne quidem si adsit pactum expressum. 9. & 10. exceptio hujus rei. 11. & 29. pacis ruptura non debet extendi ad consortes. 12. & 13. pacis sanctio bannitos post pacem non comprehendit. 14. pacis ruptura debet adversurâ capitulis expressè conventis. 15. & 16. adulterium cum conjugè alterius partis num sit pro rupturâ pacis habendum? 17. 18. & 19. pacem rumpi & subnasci novam belli causam quomodo*

k

modo

modo differant? 20. & 21. *pœna conventionalis ob pacem ruptam requisita.* 22. *usq;* 25. *pœnam pacis conventionalem offensus qui vicissim offendit petere nequit.* 26. *pæce factâ offensus an sapius iterum offendere possit?* 27. *pacis ruptor an possit offerendo satisfactionem evitare novum bellum?* 28. *pacis rupta pœnam an contraveniendo quis sapius incurrat?* 30. & 31. *pacis rupta pœna an ad fidejussores vel heredes rumpentis pertineat?* 32. 33. & 34. *pacem rumpere num liceat ex causâ antiquâ distinctè resolvitur?*

28

I **R**upturæ vocabulum in materiâ pacis & scriptoribus plerumque in malo sensu accipitur; significat enim injustam contraventionem, quâ pax & alterâ parte violatur; ita summi videtur, *apud Grot. lib. 3. de jur. bell. & pac. §. 27.* quo loco, non idem esse, ait, novam bello causam præbere, & pacem rumpere. Sed in usu vulgari etiam tunc pax rumpi dicitur, cum justis de causis aliquem id facere credimus; quemadmodum igitur ex suprâ deductis bellum vel justum est vel injustum intuitu causæ, sic etiam pacis ruptura ex eodem fonte justa erit vel injusta; quamobrem in primis de causâ dispiciendum est, ex quâ ruptura, (aut si fortè nomen abhorreas) discessio à pace justa atq; licita reputetur; Cum primis verò hîc notanda regula; quod non dicatur rumpere pacem (illicite nimirum) qui offendit vel invadit adversarium, ex novâ vel superveniente causâ; quæ fuit Bartoli doctrina in *l. aut facta, §. causa ff. de pœn.* quam amplectuntur communiter Dd. copiosè adducti à Mascardo *de prob. conclus. 1157. n. 6. Jul. Claro §. fin. quaest. 47. n. 9. Card. Tusch. tom. 6. conclus. 183. per*

101. Scio hos doctores & ab illis allegatos loqui potissimum de offensione; privatâ contra pactionem; sed idem est in pace publicâ violatâ, de quâ loquitur *Gail. l. 1. de pac. publ. c. 4. n. 45.* ubi rationem reddit, quæ & Mascardi est *d. 7.* quod sc. omnes conventiones intelligantur sub clausulâ: *rebus ita stantibus per l. pen. ff. de transf. l. cum proponas C. de transfact. l. cum quis 38. in princ. ff. de solut.* Igitur de novo ostendenti & sic frange: ti fidem pacis, justè etiam pax non servabitur; sed hæc ratio æquè concludit in pace publicâ & privatâ pactione de non offendendo, vel injuriarum remissivâ; ergò de utrâque idem dicendum; Illud verò sano sensu intelligendum est, quod tradunt doctores, offensionem præsumi factam ex novâ causâ, post alios *Gail. d. l.* Nam si offendenti post pacem promiscuè liceret dicere præsumptionem pro se stare, quod offenderit ex causâ novâ & sic licite, injuria sæpè fieret parti offensæ, ex quo demum probare deberet qualitatem causæ veteris; sed hæc vera est mens & sententia doctorum hac in re: quando offensio post pacem clara est, sed duplex



5 plex causa antiqua vel nova, cui eam adscribere possimus; tunc magis ad excludendum dolum & delictum, novæ causæ offensam attribuendam, quàm veteri ad augendam vel introducendam ruptæ pacis pœnam *l. merito & ibi dd. ff. pro soc. l. pen. ff. de pen.* non itaque nova causa per se præsumitur in offensione post pacem, sed si adest, illi potiùs offensa imputatur, quàm causæ veteri. Hinc pulchrè dicit *Cephal. lib. I. cons. 35. n. 6.* oportere priùs constare legitimè de novâ causâ, quàm ad interpretationem deveniatur, quare offensa fuerit illata; sub quâ declaratione etiam præmissam regulam intelligit *Ful. Clarus loc. cit.* qui rectè insuper addit, eam restrictionem, ut pax non censeatur rupta, quando qui offendit revera nullam dedit causam vel occasionem secundæ rixæ, nec illam aliquo modo procuravit seu affectavit; quæ res ut in privatis digladiationibus procedit, ita pari ratione in publicis regum gentiumque bel-

6 lis. Neque obstat si pacificantes instrumento pacis inseruerunt clausulam: *rato manente pacto*, quia clausula hæc, ut præcedenti capite dictum, nihil operatur ad favorem rumpentis, secundùm *Bald. & Paul. de Castro in d. l. pen. ff. de transf. & in l. qui servum ff. de verb. ob l.* in terminis nostris *Alex. Imol. lib. 4. cons. 115. n. 7. & 8. & Roves. ibid. in not. lit. g.* ubi plures refert. Nec

7 porrò refragatur partium promissio vel simplex vel jurata de non contraveniendo paci, quia restringenda est ad causam de præterito, non au-

rem ad causam de futuro, sive supervenientem, ut consuluit *Signorol. cons. 5. incip. cum inter Gabrielem, n. 7. & 8.* sequitur *Mascard. de prob. conclus. 1157. n. 8. & n. 30.* Quid tamen si partes expressè convenissent nec ex offensione de futuro resilire à pace? Vix est ut talis conventio absolute obliget, quia includere videtur dolum, & invitare ad delinquendum; ita via inventa esset ad offendendum alterum, cui non liceret licitè injuriam vindicare; istius verò generis pactiones illicitè habentur etiam in privatis causis *l. si unus §. 3. & 4. ff. de pact.* neque vides rationem, cur non similiter in publicis? Debet tamen hoc ipsum ita intelligi, nisi partes alia remedia vindicandi offensiones tali pacto adjecissent: veluti ut controversiæ futuræ per arbitros decendantur, quale quid placuit in pacificatione Osnabrugensi *§. pax verò & §. & nulli*, quâ specie non puto licitum esse pacem rumpere, ne quidem propter offensionem postea factam, quousque se, disceptationi judiciali locus detur; quod æquum censuit Spartæ Archidamus Rex in deliberatione de bello contra Athenienses; in justum esse, inquiens, armis eos aggredi, cum ad judicialem disceptationem sese offerant; idque in illis casibus quàm maximè obtinet, ubi communi consensu judicia quædam ad graviores controversias decidendas generaliter sunt constituta, ut apud Græcos confessus Amphictionum. Planè ruptâ pace facultatem vicissim offendèdi ex alterâ parte, ut-

pote odiosam, puto strictè intelligendam esse, ut non extendatur ad consortes rumpentis; nemini enim debet alienum delictum vel injuria nocere, aut jus ex pacificatione quaesitum propterea eripi. Rursus quandoque post pacem facultas offendendi eum comperit, à quo læsi non sumus; ut est casus in bannitis post pacem *Bero. vol. 3. cons. 196. n. 11. Card. Juscb. tom. 6. conclus. 182. n. 1. & seq.* dummodò sit bannum justum & ex causis ad pacem non pertinentibus indictum. Exemplo sit Henricus Leo, cum quo licet diversi proceres Imperii antea fecissent pacem, potuere tamen postea ab Imperatore Friderico Barbarossâ proscriptum impunè offendere; Quod verò post alios scribit *Berojus d. l. posse bannitum expressè comprehensum in pace citra rapturam pacis impunè occidi, sive ante sive post treugam fuisset bannitus, verum arbitror de treugâ & pace privata, non de publicâ; & ita loquitur Bartol. l. fin. C. quand. liceat unie. fin. jud. se vind.* nam pacificatio privata remittit jus privatæ injuriæ non publicæ, sed pacificatio publica non debet temerè convelli; meritoque in eâ expressè comprehensus publicâ securitate gaudebit, licet antea fuisset bannitus; cum alias pacto-tali publico comprehensus deciperetur, si ei non servaretur fides. Porro ut pax rupta censetur, non sufficit simplex qualiscunque offensus, sed requiritur talis, quæ sit contra capitula pacis; & huc idem illud pertinet quod suprâ dixi ex Grotio,

aliud esse pacem rumpere; aliud novam causam bello præbere; quo intuitu scribunt, si v. g. ex pacificantibus quispiam cum uxore alterius adulterium committat, aut quid tale perpetret, unde illum lædat, pacem ruptam non censeretur *Masc. d. conclus. 1157. n. 84. & Card. Juscb. d. conclus. 182. n. 34. ex multis allegatis; nisi fortè constet quòd animo injuriandi tale quid sit commissum. Juscb. ibid. n. 38. & Jul. Clar. de quest. 47. in fin.* qui ponunt ibidem exemplum in muliere veteri vel deformi, quod in hac cesset causa libidinis; Sed ut ut sit etiam cum formosâ muliere commissum adulterium, non videtur esse extra præsumptionem injuriarum; nec libido adulteri eum ab injuriis vel affectu & proposito injuriandi poterit liberare; sic non Menelaus solus sed omnes Græciæ Principes ex raptu formosæ Helenæ sese injuriis affici censuere; qui enim ex libidine facit, quod scit necessariò ad injuriam alterius spectare, quomodo non animum & libidinis explendæ & injuriæ inferendæ simul habeat? Existimò igitur in nostro articulo, 16 ubi quaeritur, an pax inde rumpatur, quaestionem facti esse, quomodo pacis capitula sint concepta? Si enim generaliter pacificantes sibi invicem promiserint, ut alter alterum directè vel indirectè non lædat, certè adulterium cum conjugè unius pacificantium vel formosâ ac juvene vel deformi & vetulâ ab altero factum; rumpet pacem; at si tantùm injurias de præterito sibi remiserint, futu-

futararum autem vel non, vel non eâ formâ generali aut æquipollente mentionem in pace fecerint, subnasci quidem arbitror ex tali adulterio justam belli causam, pacem verò ipsam propriè non rumpi; idemque censeo in aliis causis vel delictis, ut furto, homicidio, & similibus, sub distinctione pariter dicendum. Quæres igitur quid inter hæc duo ratione effectus interfit? Puto differentiam præ-primis duplicem esse (1) quòd in casu ruptæ pacis pars læsa possit rumpentem hostiliter persequi (quantum bellum tali casu denudè indici melius sit) sine novâ belli indictione; secus verò, si pax rupta non sit, sed ex facto supervenienti justa belli causa data; quod quidem exinde probari poterit, nam qui pacem rumpit illicitè, in eo statu se ipsum ponit factis suis, quo fuerat proximè ante pacem, sive tempore belli; cùm ad pacem à se violatam de jure amplius provocare nequeat; sed in illo statu priore sine dubio poterat vi & armis offendi; Ergò etiam in hoc posteriori. Diverfum autem obtinere quantum ad alterum membrum, datæ nimirum novæ causæ bellandi, facile ex eo monstratur, quia tunc pax in suo manet vigore, donec novo bello tollatur; ad hoc autem sola justitia causæ non sufficit, sed legationibus aut aliter satisfactio congrua petenda; & si non obtineatur, tum verò bellum ritè indicendum est, secundùm ea, quæ suprâ hac de re dicta sunt suo loco. (2) Insigne etiam discernimen deprehenditur ratione pœnæ

conventionalis, si qua talis pacificationi adjecta fuerit adversus rumpentes; quoniam qui pacem postea ruperunt incidunt in hanc pœnam, sed qui tantùm novam causam bello præbuerunt non æquè; & de hoc effectu præcipuè loquuntur præcitati doctores. Intellego autem hoc verum sive pax committendo sive omittendo rupta fuerit; ut si pecuniæ, si auxilia promissa non præstentur; quâ de causâ Veneti antehac mandarunt Petro Pisauro legato suo, ut ob fœdus cum Carolo Quinto Imperatore ictum nec servatum (auxilia sc. Veneti pro tenore fœderis, nulla miserant) Reip. nomine summam octingentarum auri librarum offerret. Ex his autem colligendum est, ad infligendam pœnam pacis conventionalem, duo requiri, nempe contraventionem & dolum contravenientis; si quid enim fortuito casu admissum sit id non debemus interpretari, ut pœnæ locus fiat, per ea, quæ prius de hujusmodi interpretatione diximus. In contraventione verò isthac iterum duo consideranda, nempe factum paci adversum & ejus injustitia; si igitur aliquid vel sit contra pacem, sed non injustè, ut à prius offenso, vel sit injustè, sed non contra pacem, conventionali pœnæ locus esse nequit, quæ tantùm videtur esse in stipulatum deducta eo casu, quo aliquis pacificantium à pace recederet de facto & cum proposito resiliendi illicito. Bald. vol. 2. cons. 196. n. 8. vers. quæ ergò Rom. in cons. 258. incip. in casu n. 5. usq. ad fin. Notabiliter ta-

men hoc ipsum declarandum venit de eâ specie, quâ contraveniens agit de damno pœnæ vitando, non quâ ipse lucrum captat pœnæ ex contraventione primâ adversarii, tunc enim diversa est ratio interpretationis, ut licet quis offensus offenderit, & siclicitè, tamen non possit pœnam pacis petere, ut expressè voluit *Decius in cons. 380. n. 4.* adeoque rumpens pacem eo ipso fit quasi debitor subalternativus, ut possit pars innocens eum vel vicissim offendere, vel petere pœnam conventionalem, non verò simul utrumque facere, & offendere sc. similiter, & pœnam etiam exigere, nisi hoc ita expressè esset conventum. Nec diversum dicerem, quamvis pax insertam haberet prædictam clausulam; *ratio manente pacto*; quia licet primò offensus ex ante dictis non rumpat pacem reciproce offendendo, *ex Alex. Imol. in d. cons. 115. n. 9. vers. nec. iis obstat. Card. Tusch. dist. conclus. 82. n. 50.* non est tamen idem dicendum in articulo pœnali ad effectum, ut prior offendens pœnam incurrat, & offenso iterum offendenti solvat; faciliùs nempe secundùm offendentem, exemplum primi secutum excusamus à pœnâ, quàm stante paritate offensionis eum ad pœnam petendam admittamus. Nec sanè debet prædicta clausula utrumque simul operari, sc. vindictam reciproce offensionis & exactiorem pœnæ adversus offendentem.

24 Sed dices: ita à pari æstimatum iri offensum & offendentem, nec ullum fore effectum clausulæ istius: *ratio*

*manente pacto*, quia etiam si non adjecta fuisset, tamen reciproca offensio fuisset licita. Respondeo, negando consequentiam, dum absolute loquimur; nam primo offendentem non est amplius liberum, utrum pacem servatam velit nec ne; quod aliter se habet in primo offenso, qui si postea viam facti eligat sive offensionis vicissitudinariæ, habet quod sibi impuret; Deinde clausulæ istius vis & effectus pertinet ad pacis observantiam, non ad extensionem pœnæ conventionalis; & satis in eo cernitur, quòd offensus post primam offensionem reciprocam adhuc possit capita pacis principalia servata cupere, & simul tamen ex contraventione agere ad pœnam. Quod enim diximus, illum in puncto pœnæ exigendæ, tunc non amplius audiri, si rursus offenderit & quasi vindictam sumpserit de offendente, ad articulum odiosum pertinet, non ad favorem servandæ pacis, à quo favore excludi non debet propter offensam. Cæterùm hæc in re diversa adhuc quæri possunt, (1) an offenso permissum sit toties quoties vicissim offendere? Puto illud quidem permissum esse resuscitato bello non autem vinculo pacis manente. Quis enim negabit per offensionem secundam rem ad statum belli redactam videri, etiam eo casu, quo sub istâ clausulâ: *ratio manente pacto*, est pax concepta; nam cum offensus iteratâ vice adversus offendentem viâ facti utitur, jam satis videtur declarasse voluntatè suam de repetendo bello propter rupturam;

- ram; imò de primò offensæ redho-  
 stimento hoc idem dici poterit. Quæ-  
 27 ritur (2) an ruptor pacis possit evita-  
 re novum bellum, si idoneam offer-  
 rat satisfactionem? Eadem dicenda  
 sunt, quæ de satisfactione bello jam  
 moto diximus, circa damni repa-  
 rationem & cautionem respectu no-  
 cumenti futuri; casus rupturæ simi-  
 lis est casui indici belli. Quæro (3)  
 28 an pœnam pacis quis incurrat toties,  
 quoties contravenit, an verò semel  
 tantum? Et videtur cum in pœna-  
 libus inclinare debeamus in mitio-  
 rem partem, *l. pen. ff. de pœn.* semel  
 tantum obnoxium aliquem fieri pœ-  
 næ ex contraventione; nisi aliud sit  
 in pacificatione expressum, adjectâ  
 fortè clausulâ: *toties commissum iri pœ-  
 nam, quoties fuerit contraventum*; aut a-  
 liud suadeant contraventionis itera-  
 tæ circumstantiæ: quid enim, si pœ-  
 næ fortè parva sit & contraventiones  
 insignes: quid si jam soluta, & post  
 nova sequatur contraventio? Æquis-  
 29 simum sanè fuerit his & similibus ite-  
 ratam intelligi pœnam. Quæro (4) ut-  
 rum ruptura etiâ ad socios rumpen-  
 tis pertineat, ita ut licitè possint of-  
 fendi ac lædi? Affirmo, si socii sint quo-  
 ad actum rupturæ vel belli novi; nego  
 si socii fuerint extra hanc causam.  
 Priori enim specie obtinet quod ad-  
 versus Corcyræos inquirunt Corin-  
 thii in Senatu Atheniensium: *neceffe  
 erit, si arma feretis inter istos, vos opprimi  
 cum eis*; sed posteriore casu, ruptura,  
 quæ odiosa est, non debet extendi ad  
 non participes. Quæro (5) num pœna  
 30 rupturæ pacis ad hæredes & fidejussores  
 rumpentis pariter transferatur? Non  
 dubito hoc asserere de jure gentium,  
 licet res adhuc integra sit, nec bel-  
 lum actu reductum, quæ res, quasi  
 speciem litis contestatæ præ se fert,  
 respectu hæredum. Neque objicienda  
 est regula; quod pœnales actiones  
 in hæredes non transeant, quia non  
 valet circa publica negotia regum  
 gentiumque, cum sit meri juris po-  
 sitivi, & diversâ ratione nitatur.  
 Deinde beneficium ordinis quoque 31  
 in sponsione fidejussoriâ pro pace pub-  
 licâ locum habere non debet ex ea-  
 dem diversitatis ratione; & hoc idem  
 etiam puto de beneficio divisionis  
 dicendum, ut ex quo singuli indivi-  
 visim promiserunt, pacem servatum  
 iri, singuli etiam obstringantur in  
 pœnam rupturæ pacis. Tandem quæ-  
 ro, annon etiam ex causâ antiquâ,  
 sed valdè relevanti à pace discedere,  
 bellumque repeterè liceat? Quod reg-  
 ulariter quidem affirmandum non 32  
 est, ut ex suprâ dictis constat; Quid  
 tamen si quis Rex vel Princeps inju-  
 stis adversarii armis compelleretur  
 ad pacificationem, & metu majoris  
 damni, quod de facto verosimiliter  
 incurrisset, nisi pace prævenisset, an-  
 non justum sit ex post facto causam  
 novi belli arripere, & tempore ma-  
 gis opportuno amissa recuperare?  
 Annon ut in privatis causis ex justo  
 metu competunt remedia, ita regi-  
 bus vel Principibus taliter læsis, re-  
 medium justî belli? Sed periculosæ  
 consequentiæ est hoc affirmare, quam- 33  
 vis exemplis hodiè forsan non care-  
 at. Ego aliter jure gentium admitti  
 non

non posse arbitrari, nisi duobus hisce concurrentibus. 1. evidentissimâ injustitiâ adversæ partis, 2. periculo majoti manifestè, aut valdè probabiliter pacificationis tempore impendente; quod sic promissum aut verius extortum est injustâ vi, obligare cum effectu non debet, non magis quàm quod piratis aut latronibus promittitur, pro salute, vitâ, vel bonis; Ac tali specie quidem adhuc suo modo bellum ex causâ novâ repetitur, sc. quatenus adversarius gaudet commodo tractatum pacis evidenter injustæ & extortæ; quo nomine si ex bono & æquo non satisfaciatur, cum iudex humanus non

sit inter partes, qui damnum læsis repararet, & contra promissionem metu extortam in integrum restituat, bello velut fortis divinæ judicio causa submitti posse videtur. Ast si justitia causæ prioris belli, saltem dubia fuisset, aut ex post facto cessante periculo pax à parte læsa liberè confirmata esset, neque dubitandum puto eam planè valere; cum aliouin regum gentiumque pacta publica nunquam securâ esse possent, & genus humanum perpetuis velut bellorum fluctibus obnoxium relinqueretur; hæc verò pro præfenti capite sufficient.

## C A P. XXIII.

## DE FOEDERIBUS IN GENERE AC DIVERSIS EORUNDËM SPECIEBUS.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. & 2. foederum latior significatio. 3. & 4. foederum significatio strictior. 5. foederis sponso differit à vero federe, cujus referuntur requisita. 6. foedera ferendi potestatem quoniam habeant. 7. foedera non præcisè consistunt in militum conjunctione. 8. & 9. foederum ritus antiqui & novi. 10. 11. & 12. foedera num liceat facere cum tyranno? 13. 14. & 15. foedera cum infidelibus an permessa? 16. usq; 19. foederum species à Menippo Antiochi legato adducta & quæ in illis desideranda. 20. foedera vel æqualia sunt vel inæqualia. 21. usq; 24. foedera limitata ac illimitata declarantur. 25. foedera sunt realia vel personalia. 26. usq; 29. foedera quando realia vel personalia? 30. & 31. foederum interpretatio in odiosis restricta est. 32. foedus regis personale cum republicâ declaratur. 33. 34.*

*Et 35. fœdera defensiva & offensiva referuntur. 36. Fœdus offensivum jure gentium non semper odiosum est. 37. Fœdus in dubio censetur magis esse defensivum. 38. Fœdus occultum quatenus sit permissum.*

**D**iversimodè accipi Fœderis vocabulum facilè perspicitur ex probatorum auctorum testimoniis; ita enim apud Thucydidem fœderum, id est, Pacis ruptura à legatis Atheniensium obijcitur Spartanis bellum contra illos decernentibus; ita apud Livium cùm Annibal ad Urbem minitabundus accederet, Fabius Maximus cum eo exercitu; qui circa Romam sit, Jove ipsorum fœderum ruptorum teste, hostes repulsum iri sperabat; & alibi Carthaginensibus pacem petentibus priorum fœderum violatio objiciebatur; quibus & aliis similibus locis, fœdus cum pace idem significat; quippe quòd inter illos populos pax propriè tunc extiterit, non fœdera; Quandoque etiam fœdus denotat sacramentum vel votum, quo quidem illud Turni collimat apud Virgil. lib. 12. *Æneid.* Latinum Regem sic alloquentis: *ser sacra pater & concipe fœdus,* &c. polcebat nempe Turnus solenni ritu gentilizio devoveri ad victoriam adversus Æneam vel mortem. In proprio verdè ac nati vo significato, qui hujus loci est; fœdus accipitur pro pacto societatis publico, & distinguitur à pace, in quâ solum pacificentes tenentur ad remissionem hostilitatum, non ad armorum societatem. Huc pertinet consilium Cn. Cornelii Phi-

lippo Macedoniae Regi suadentis; quoniam pacem impetrasset, ad societatem amicitiamq; petendam mitteret Romam legatos, Liv. lib. 33. *histor.* & Senatus Romanus ad Verminæ Africae reguli legatos, petentis, ut Rex sociusque & amicus ab senatu appellaretur, respondit: *pacem illi prius petendam à populo Romano esse, quam ut Rex, sociusq; & amicus appelletur, nominis ejus honorem pro magnis erga se regum meritis dare populum Romanum consuisse,* Liv. lib. *histor.* 31. Quid verdè illud est, quòd Hieronymus Syracusarum Rex, post junctam Annibali societatem, narrante Livio lib. 24. *histor.* legatos Carthaginem miserit ad fœdus ex societate cum Annibale faciendum? Si jam juncta fuit societas antea, quomodo fieri postmodum potuit? Nempe Annibal non habebat potestatem faciendi fœderis, aut mandatum hoc nomine à Republicâ Carthaginensium; unde prior illa conventio non fuit fœdus propriè dictum, sed sponsio, juxta ea quæ Grotius notat, lib. 2. *de jur. bell. & pac.* c. 15. §. 3. Quæ sponsio hoc maxime differt à fœdere, quòd spondentem obliget non Remp. quin etiam ritu solenni, quo fœdera de more panguntur, fieri non assolet sponsio. Ex quibus colligitur, tria in genere requiri ad fœdus faciendum, 1. Potestatem pacifcentium. 2.

conventionem de societate armorum. 3. ritum solennem fœdus obfirmantem; quod potestatem attinet suprema esse debet, vel huic certè analogo, ut suprà in pacis & belli articulis diximus. Illud indubium est, fœdus rectè fieri posse, sive pacifcentes ipsi habeant potestatem fœderis suo jure, ut Reges & Principes, sive à Republicâ demandatam; quo casu propter magnum Reip. interesse speciale mandatum requiri verius est; Armorum quoque societas necessaria est in fœdere, tanquam nota quædam propria & caracteristica fœderis, à pace aliarumque conventionum publicarum distinctiva. Verùm societas isthæc armorum generaliter non utique intelligi debet de præcisâ exercituum conjunctione, sed sociâ arma etiam habere censendi sunt, qui ex fœdere non utrinque tenentur ad militem, sed fortè ab alterâ parte ad frumentum, ad pecuniam, ad tormenta, munitiones, pulverem nitratum, vel alios belli apparatus. Sic Hiero Siciliæ Rex rem Romanam commeatibus magis, quàm copiis adjuvit, qui egregius populi Romani socius audit; & nostrâ ætate Batavi ex fœdere ad pecunias pro exercitibus confœderatorum obstricti futûre. Ritus porrò fœderibus jure gentium adhiberi solent, quò magis conventionibus stetur; nempe jurisjurandi religio, imprecationes partis fœdifragæ, & quæ similia sunt; qualia Romani per fœciales suos addito patre Patrato velut ceremoniarum antistite in fœderibus feriendis pera-

gebant, Liv. lib. 9. histor. Hodie conventiones hæ publicæ obfirmari solent per fœderum tabulas, earumque mutuam extraditionem; wann die von Königen oder Republikan geschlossene Tractaten in formâ authenticâ hinc inde ausgewechselt werden; Et cernimus sanè, priusquam hoc ipsum sequatur, fœdera non censeri omnibus numeris perfecta, quod docere potest fœdus inter Clementem Sept. Pontificem & Carolum Quintum Imperatorem, cujus generis exempla hodiernum passim sunt obvia. Sed hisce præmissis quæri potest, (1) an fœdus rectè contrahi possit cum tyranno? Et velut in pace, sic in fœdere etiam videtur posse; maximè si populi accesserit consensus subsequens, quo tacitè vel expressè tyranni Imperium approbatur; qualia crediderim exempla Cronwellii in Angliæ regno & Basilisci quondam in Imperio Constantinopolitano. Nec contraria hæc sunt, quæ Quintius Consul objicit Nabidi Lacedæmoniorum tyranno, his verbis: *amicitia & societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope Rege Lacedæmoniorum iusto ac legitimo facta est: Liv. lib. 34. histor.* quoniam alia est quæstio de interpretatione fœderis an pertineat ad successorem tyrannum, cum quo conventum non erat, alia, de potestate faciendi fœderis cum tyranno; quæ quidem meo iudicio rectè discernitur, respectu ipsius tyranni, & ejus regis vel populi, qui cum illo fœdus contrahit, ac respectu populi vel reipublicæ servientis; nam priore



- consideratione non est cur dubitemus & tyrannum, tamen si populus nullis signis in imperium ejus consensisset, ex fœdere obligari; & vicissim regem vel populum liberum, qui cum ipso contrahit, modò causa ipsa non intrinsecè sit mala, velut si fœdus directè percussum fuerit ad constabiliendam tyrannidem. Ut enim in-
- 12 justum est gentium juribus usurpare imperium per tyrannidem; ita in tali re tyranno assistere vel focia armajungere contra legitimum Regem vel Rempublicam; ast verò altero illo respectu, fœdus cum tyranno initum non valet, nec vel Regem ejectum vel rempublicam servientem, sine consensu aliquo tyrannici Imperii obligat. Quæritur (2) an fœdera cum infidelibus, veluti gentilibus, Mahometanis &c. inire liceat? Pro-
- 13 lixus est hac in quæstione *Grot. d. c. 15. §. 8. & seq.* ubi præterquam quòd jure naturæ & gentium permessa sint hæc fœdera, pluribus exemplis Hebræorum Reip. ostendit, jure divino eadem non improbari, neque vel Mosaicis vel Evangelicis legibus prohibita fuisse; excipit tamen §. II. casum, si ex societate tali profanæ opes magnum sint habituræ incrementum, tunc enim abstinendum esse monet ab ejusmodi fœdere extra summam necessitatem; Ego
- 14 regulam Grotii, probo, quòd talia fœdera per se in genere non sint illicita; arbitror verò ex causis & circumstantiis ea illicita fieri. Fuit v. g. Caroli Quinti Imp. fœdus cum Tunetano Rege contra Turcas licitum; fuit Francisci Galliarum Regis fœdus cum Turcis contra Christianos illicitum; hoc sc. in dispendium univæ Christianæ Reip. cedebat *vid. Rec. Imp. de anno 1544 vnd demnach & §. so achten wir* / illud non æquè. Nec dubitandum, quin hodiernum Britannicæ Regis aliarumve nationum fœdera cum Tripolitanis aliisve barbaris commerciorum intuitu & ob publicam securitatem inita, omni jure sint licita; Ast verò si qua fœdera barbarorum injustam causam fo-
- 15 veant, nec prætextu summæ necessitatis hæc promiscuè permessa puto. Quid enim, si quis Rex vel populus injustis violentisque actionibus plurimum arma in se provocet, & post eum res suas in deterius vergere videat summæ necessitatis casum causetur; hic certè nequaquam barbarorum auxilia per fœdera rectè asciscet. Nam cum injustè agat, quamdiu non plenè satisfecerit læsis, & hinc propria causa sit periculorum impendentium, fœdera eo fine cum barbaris contracta justa aut licita minimè erunt. Diverso jure putem ea censenda, quæ Rex aliquis vel populus injustis suæ religionis regum gentiumve armis pressus, cum infidelibus ad defensionem feriret; ibi enim & origo fœderis & intentio causam justificarent. Mitto nunc fœ-
- 16 dus in genere consideratum, & ad explicandas species progredior. Divergentur autem fœdera variè (1) respectu causæ efficientis vel personarum pacificentium; hoc sensu Menippus Antiochi Syriæ Regis ad Romanos

manos legatus apud Liv. lib. 34. *histor. tria dixit esse fœderum genera, quibus inter se paciscerentur amicitias civitates reges; unum cum bello victis dicerentur leges; alterum cum pares bello aequo fœdere in pacem atq. amicitiam venirent; tertium esse genus, cum qui hostes numquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam cœant; cujus quidem triplicis fœderum qualitatis pulchros ibidem subjicit effectus. Verum enim*

- 17 *verò hæc talia quidem ad suum scopum, ne sc. Romani Antiocho graviores in fœdere leges dicerent, benè applicavit Menippus; si accuratè tamen loquendum sit, non omnia fœdera sub tribus istis generibus complexus est; quod & Grotio videtur, aliam partitionis rationem instituenti in d. c. 15. §. 5. Ego desidero sequentia: primò quòd etiam minimè pares fœdus jure gentium ex æquo iniri possit, exemplo Judæorum & Romanorum 1. Maccab. 8. vers. 23. quippe cum ea res in conventionione partium funderetur. Deinde*
- 18 *negari nequit, quin & in pace quandoque accidat, ut impares viribus fœdus pangant; quid enim repugnat, primò pacem factam, postea demum ad fœdera perventum esse? Tertio etiam hi, qui à bello ad fœdera & societates immediatè progrediuntur, non necessariò sunt aut bello pares, aut ut victores invicem & victi; fieri enim potest, ut imparitas aliqua sit armorum ac potentiae inter belligerantes, licet una pars alteram verè nondum devicerit, Exemplum habemus Veneti*
- 19

Senatus, in bello Pisano, qui significavit Rempubl. suam minimè alienam fore; ut cum Florentinis, quos certè minimè debellaverant, negotium pacis ac societatis tractaret, si Florentini cum ipsis non tanquam cum paribus agere vellent; & tamen has tales species, quarum omnis ætas exemplum novit, congruè reducere non possumus ad tria illa fœderum genera à Menippo relata. Quapropter magis est, ut dividamus fœdera sive pacis sive belli tempore conventa, in fœdera æqualia & inæqualia; quorum illa sunt, quæ æquali jure feriuntur, hæc verò altera pars potius jus vel prærogativam saltem majorem ex conventionione habet; id quod plerumque fieri assolet, si pars parti potentia & auctoritate multum prævaleat; quod pertinet responsum *Jcti in l. 7. §. 1. ff. de capt. & postlim.* ubi populos liberos dicit, qui alteri subjecti non sunt, sive deinde fœderati fuerint aut secus; & vel æquo fœdere vel tali cujus vigore populus inferior superioris majestatem comiter teneatur observare, ut veteres socii, Romanos. Secundò principaliter fœdera dividuntur in limitata & illimitata, quæ res ex conceptione & formulis fœderum est dijudicanda; nam si sine restrictione armorum societas in pactum vel stipulationem sit deducta, ut quos hostes una pars fœderatorum habeat vel habitura sit, eos etiam altera pars habeat, ut in prædictâ Judæorum ac Romanorum conventionione, fœdus est illimitatum; sin contra ali-

aliqua exprimat<sup>ur</sup> restrictio, limi-  
 22 ratum intelligi debet; atque illud  
 quidem variè, ex hostibus, provin-  
 ciis, genere auxilii, mensurâ, mo-  
 do, vel similibus circumstantiis. Ita  
 limitatum ex hoste fuit fœdus Ætii  
 & Romanorum cum Visigothis con-  
 tra Atilam & Hungarorum gentem;  
 item Nicolai Quinti Pontificis alio-  
 rumque Christiani orbis Principum  
 contra Turcas, Limitatum verò ex  
 loco vel provinciâ fœdus Adriani  
 Sexti Pontif. Caroli Quinti Imp. ac  
 Veneti Senatus, aliorumque ad pro-  
 pugnationem Insucriæ & patrocini-  
 um Sfortiæ Ducis. Sic & suprâ jam  
 exempla attulimus fœderum genere  
 auxilii limitatorum; veluti si ex-  
 pressum sit, num pecuniâ aut copiis,  
 vel utroque modo, item quantâ pe-  
 cuniâ, quantive copiis succurrere  
 23 sibi debeant socii. Est autem hic  
 quoque subnotandum illimitati fœ-  
 deris discrimen; quoddam enim est  
 prorsus illimitatum, quale exhibet  
 formula Judaicæ & Romanæ socie-  
 tatis; quoddam illimitatum sub ex-  
 ceptione, quod ipsum cum fœdere  
 simpliciter limitato confundendum  
 est minimè, nec enim paria sunt,  
 promittamus auxilia nominatim  
 contra hunc vel illum hostem, an  
 excepto hoc vel illo hoste; ex prio-  
 ri siquidem formulâ nisi hostis iste  
 sit, fœderis obligatio cessat, ex po-  
 steriore adversus quemcunque ho-  
 stem, præter illum qui nominatim  
 exceptus est, locum habet, & pro-  
 missor obstringit se contra omnes  
 hostes, præter illos quos exceptit.

Eo modo Venetus Senatus olim ad  
 defensionem regni Neapolitani fœ-  
 dere se obligavit, exceptis Turcis 24  
 hostibus, quorum arma in se provo-  
 care nolebant, uti Guicciardinus  
 testatur. Exemplum fœderis limita-  
 ti genere auxilii, retulimus suprâ  
 in Henrico Octavo Angliæ & Ludo-  
 vico Duodecimo Galliarum Rege;  
 sed & simile ex provinciâ limitatum  
 inter Hadrianum Sextum Pontifi-  
 cem, Carolum Quintum & socios,  
 pro defensione Insucriæ, uti dictum.  
 Tertio principaliter fœdera secer-  
 nuntur in realia & personalia; quo- 25  
 rum illa successores regni vel princi-  
 patus obligant; hæc principaliter  
 solam paciscentis personam; & idè  
 hæc divisio propriè pertinet ad effe-  
 ctum obligationis ex fœdere, quo-  
 usque nimirum extendi debeat; ubi  
 ante omnia consideranda est dispar  
 à regnis, rerum publ. conditio; quæ  
 quia non moriuntur, neque perso-  
 nali fœdere videntur obstringi posse.  
 Non igitur si Senatores mortui sint  
 ex corpore Senatus, vel homines ex  
 coetu illius populi, qui fœdus con-  
 traxerat, desinit obligatio fœderis;  
 nisi fortè in formulâ fœderis expressè  
 talis conditio fuisset adjecta; quod  
 quidem ob nimiam varietatem at-  
 que incertitudinem haud fieri con-  
 suevit; & ratio est, quòd Senatus  
 populusque idem censeatur, quam-  
 vis homines ex eo plures & forsân  
 successivè omnes aliis surrogatis de-  
 perierint, ut priùs ex altero diximus.  
 Secundùm hæc igitur fœdera Re- 26  
 rumpublicarum realia sunt, Regum  
 1 3 verò

verò per contrarium non statim personalia juxta *Groc. de jur. bell. & Pac. lib. 2. c. 16.* Restat igitur ut videamus, quando Regum Principumve fœdera realia, quando personalia sint? Grotius loco citato hoc ipsum dijudicandum censet ex verbis fœderum & Materiâ, quæ si odiosa sit, personale futurum fœdus, sin favorabilis, reale arbitrat; Contra *Bodin. lib. 5. de Rep. c. ult.* regulariter existimat personalia esse Regum vel Principum fœdera; nam & cæteræ Societates finiuntur morte; & juramenti vis quo fœdera obfirmantur, non extenditur ad successores. Sed rectè ibid. respondet Grotius, aliud obrinere in privatis, aliud in publicis Societatibus; Hæc juramentum apponi solitum pertinere ad Substantiam fœderis, sed tantum in vim majoris religionis & confirmationis subnecti. Quæ quidem responsio hoc etiam Fundamento defendi potest, quodd, etsi juramentum Successores non obliget sub ratione juramenti, quia eatenus est planè personale, iidem tamen ex conventionione juratâ obligentur sub vinculo pacti, ut accidit in posteris Fœminarum illustrium, quæ hæreditatibus renunciaverunt, quâ de re alibi diximus.

27 *Huc pertinet quod Doctores tradunt, Reges vel Principes contrahentes sub ratione dignitatis Regiæ vel Principalis, obligare successores Regnorum vel Principatuum, conf. Rol. à Vall. vol. 1. conf. 1. n. 40. & conf. 13. n. 33. cum seq. ejusd. libr. Suarez. alleg. 9. n. 49. Itaq. in repet. l. si unquam vers. donati-*

*one largitus n. 13. cum seq. C. de revoc. don. Gabriel. libr. 3. commun. conclus. iii. de jur. quæs. non toll. conclus. 5. n. 2.* Quid ergo tandem? Nempe fœdera Regum aut Principum personalia non erunt, nisi id exprimatur, aut certè ex conjecturis constet; quia in dubio Rex præsumitur non suam tantum paciscentis personam respexisse, sed ad commoda Regni etiam voluisse obligare successores. Ita in nos. ad *Grot. l. 1. sentiunt Dn. Ziegler, & Felden.* Quod verò Grotius admonet in Materiâ fœderum odiosâ, veluti si pertineant ad offensionem alterius, fœdera Regum ac Principum intelligi debere personalia, non est sine ratione; ego plus arbitror etiam in fœderibus defensivis interdum à regulâ deflectendum; quid enim, si inæqualis admodum sit pactio, ut una pars ultra modum debeat ad defensionem alterius contribuere, militem, frumenta, pecunias, &c. mittendo, annon in dubio strictè erit intelligenda? quid si injusta sit defensio? annon idem dicemus quod de offensione, ut nisi aliud expressum sit Rex vel Princeps paciscens de suâ tantum personâ sensisse videatur, non posteros parere voluisse obligare? Planè in Historiâ Romanâ insigne exemplum est Persei Macedoniæ Regis, Patris Philippi, fœdere se negantis obstringi Romanis, atque aded secum ex integro societatem faciendam exultimantis; justè an secus, fortè non magis ex defectu exactioris cognitionis facti & formulæ fœderis disquiri potest, quam cum Fidenates, Latini, Etrusci, Sabi-

Sabini, à foedere Romano discessissent. Quid si Rex personale ex sua parte foedus ineat cum Republica? Respondeo, hoc foedus ex parte Reip. non quidem fieri personale, cum ipsa tali specie nihil magis intereat; diutius tamen non durare quam in Vita Regis; quia si solvitur, ex utraque parte solvi intelligendum est; ut enim Civitas Societati obstricta maneat, Regius verò successor sit absolutus: minus videtur consentaneum. Succedit ultima foederum Divisio, quæ maximè ad Causam finalem pertinet, quæ sc. dispescuntur in defensiva & offensiva; illa regulariter favorabilis sunt, hæc odiosa, nec nisi ex regulis belli liciti, licita; Quæ de causa etiam in Imperio Romano-Germanico defensiva foedera permittuntur Statibus in A. B. tit. 15. & Distr. pac. arc. 8. Offensiva per Imperii constitutiones non æquè exprimentur; neque id sanè mirum, nam si bellum est prohibitum inter Status Imperij, etiam assistentia bellica pari jure prohibita erit; ergo licet offensivo foedere justis de causis contra extraneos uti, defensivo etiam contra constitutus. Hæc regulariter, nam quibus casibus armis impugnantur permittitur Principem vel Statum Imperij, eadem etiam licebit pacifici armorum societatem offensivam; Cujus rei exempla antiqua obvia sunt in Henrico Leone, & alia superioris seculi. Illud sine dubio tenendum, nec defensivum nec offensivum foedus universale fieri posse in Imperio, nisi ab Imperatore de consensu Ordinum;

verum hæc sunt juris constituti in d. *S. gaudeant*. Porro foederis offensivi materiam jure gentium non promiscuè & sine exceptione odiosum arbitror. Quid enim si foedera contra Barbaros, Turcas, Tartaros, & ad extirpandas tyrannides ineantur? Nam ut non injustum bellum & ferè hæreditarium est Christianis contra has nationes, sic offensiva foedera, cæteris paribus, contra easdem non erunt injusta; dico, cæteris paribus; nam Pax à Christianis promissa etiam infidelibus servanda est, nec nisi ipsi novam sufficientemque causam præbuerint rumpenda. Et propterea malè factum, cum adversus Amurat hem Turcarum Sultanum posthabitâ pace juratâ Nicolaus Utus Pontifex, Hungariæ Rex Vladislaus, aliique Christiani Principes in foedus offensivum coirent. Certe si tantummodò ad Fines Regni vel territorium promovendos inter aliquos pangantur foedera offensiva, quemadmodum olim inter Philippum, Macedoniæ Regem & Annibalem, satis constat odiosam sub tali foedere comprehendi materiam; quod & in similibus aliis causis dicendum est. Et ex his facile elucescit; in dubio foedus intelligi debere magis defensivum quam offensivum, cum illud regulariter valeat & magis sit favorabile; quin etiam si verba inter potestates pacificas & jura foederum habentes ad utrumque allegari possint, nihil obstat dicere, & defensivum & offensivum foedus lubesse: an verò & quatenus ex interpretatione, hæc aut il-

38 la species foederis contracta censetur, de eâ re sequenti capite dicendum. Hic unicum subjungi lubet de foedere occulto, an & quatenus sit licitum? Breviter videtur dicendum, si paciscentes non alio priori foedere vel quo simili vinculo impediantur, pacem occultam permitti; quia nemo tenetur revelare arcana status sui; cæterum illicitam fore; Quo numero habendum censeo occultum foedus Clementis Se-

primi Pontificis adversus Cæsarum Quintum Imperatorem; quia in effectu dolosa circumventio est & pessima quidem, si quis contrario foedere occulto ad veri focii damnum aliquid machinetur, unde dubium non est jure gentium ex tali illicita conventionem posteriore, obligationem nullam nasci. Sed hæc in genere de foederibus eorumque speciebus dicta sunt.

## C A P. XXIV.

DE OBLIGATIONE EX FOEDERE,  
EJUSQUE INTERPRETATIONE.

## SUMMA RIA.

*Nam. 1. 2. & 3. Pseudopolitici circa foederum rupturam perstringuntur. 4. usque 9. sociorum nomen in foedere indistinctè positum pertinet etiam ad futuros socios. 10. usq. 13. Grotii dissentientis argumentis respondetur. 14. socii in dubio non possunt bello peti. 15. foedus adimens jus belli intelligi debet de bello offensivo & injusto. 16. Pactum servandi civitatem an intelligatur de urbe vel cætu civium? 17. verba in foedere interpretando quomodo accipi debeant? 18. foedus cum Rege legitimo initum, an obstringat successorem tyrannum? 19. foedere offensivo obstrictus non tenetur ad assistentiam injusti belli. 20. 21. & 22. favorabilia & odiosa in foederibus distinguuntur. 23. & 24. foedera offensiva contra invasorem alieni Imperii sunt favorabilia. 25. foederum interpretatio conjecturalis extra verba declaratur. 26. interpretationis extensiva, & generalis sensus differentia. 27. interpretatio extensiva in foederibus quando locum habeat? 28. foederis conventio an promissorem obliget in casu moralis impotentia? 29. & 30. Romani*  
juris

*juris in fœderum interpretatione probabilitas. §1. & §2. fœderis ad perfectionem non scriptura necessaria.*

**Q**uemadmodum ex privatorum conventionibus obligationes nascuntur, sic etiam ex publicis regum ac populorum pactionibus, & nominatim quoque ex fœderibus, invicem obstringuntur ad assistentiam. Unde falsissima est assertio quorundam Pseudopoliticorum, quæ Principum auribus insuffurrant, fœdera ex utilitate tantum metienda, & tamdiu observanda, quamdiu è re esse videantur; cæterum si alia emergat publica rerum facies, & speratæ utilitatis ratio evanescat, rumpenda rursus atque dissolvenda esse; adversus quos *ex lib. de offic. cum M. Tullio Cicerone rectè dixeris: verè utile nihil esse quod non sit honestum; ceu ibidem prolixius ostendit. Atque adèd oportet genus illud hominum parasitantium pessimum esse, qui non verecundentur decipere Reges, ac Principes, fallaci spe utilitatis in fœdere ab honestate segregatæ; Quæ enim reliqua sit in genere humano fides, si penes tanta culmina & in tantis negotiis non sit? An fidem etiam ex vitâ & cœtibus hominum larvati politici proscriptum eunt? sed nulla supererit conservandæ humanæ societatis spes, quæ fidei fulcro nititur; quodd si & hanc solutam & exclusam malint, quam portentosam illam fidem ac fœdera non servandi licentiam, nihil reliquum est, quam ut tandem ex ho-*

minibus, qui teste Aristotele naturâ sunt sociabiles, dissolutâ à fundamentis humanâ societate faciant non homines sive bestias. Exulet igitur potius, præcipuè è Christiano orbe, nocentissimus ille error, de merè arbitrariâ fœderum observantiâ, & ad externam utilitatis speciem in horas mutabili; qui certè ex consequentiâ veram fœderis obligationem prorsus tollit. At sicut è dictis, nisi me omnia fallunt, obligatio ex fœdere per se satis superque elucescit, omniumque cordatiorum virorum assensum habet; sic circa interpretationem in capitulis non sat clarè expressis, plerumque cardo rei versatur. Urgebant Romani, sub initium belli Punico secundi, Saguntinos socios contra fœdus violatos ab Annibale & Carthaginensibus; hi respondebant, eodem tempore isti fœderis Romanorum socios nondum fuisse, atque adèd non comprehendi sub fœdere, quæ interpretandi fœderis quæstio novo bello causam dedit, *Liv. lib. 21. histor. de eâ pro Romanis fert judicium duplici ratione; quodd generaliter & sine restrictione socii utriusque partis in fœdere excepti fuerint, ne sc. ab alterâ parte bello invaderentur; deinde quodd salvo fœdere licuerit novos socios asciscere, quos in fidem receptos non defendi iniquum fuerit. Secundum quæ dicendum, fœderis*

m

inter-

interpretationem quoad personas esse bonæ fidei, & comprehendere socios tam præsentis, quàm futuros, si generaliter in fœdere de sociis utriusque partis cautum sit; Ast verò non videtur insuper habenda distinctio, an justè impugnentur socii ab adversâ parte vel non, prout quidam fenator Carthaginensis ad Romanos legatos; ego autem, scitè inquit, non privato publicòve consilio Saguntum oppugnatum sit querendum censeo, sed utrùm jure an injuriâ; nam si justa sunt arma partis unius contra socios partis alterius, injusta erit defensio; nec si Saguntum jure oppugnatum fuisset à Pœnis Romanos societas Saguntina obstrictos tenuisset ad assistentiam; quandoquidem socialis fides non debet extendi ad illicita. Instas: etiam justis armis viam præclusam, si in fœdere placuerit ne socii impugnentur; alioquin pactum illud nihil operaturum, cum vel sine eo non liceat socios injusto bello adoriri; Respondeo negando consequentiam; licet enim jure gentium injustè agat, qui bello injusto aliorum socios invadit; non tamen fœdera, de quibus interpretandis loquimur, propriè violat sine tali pacto complectente socios; & propterea nec in pœnam perjurii pecuniariam, tabulis fœderum insertam, tali casu incidit. Videamus quæ in contrarium disserat *Grotius, lib.*

7 2. de jur. bell. & pac. cap. 16. §. 13. Quo loco argumentum quæstionis præsentis de futuris sociis, an comprehendantur sub generali nomine

sociorum, pluribus, & in partem negativam, contra Livium pertractat. Nervus Grotianæ rationis præcipuæ hic est; in materiâ odiosâ sequimur strictam interpretationem fœderum; sed hæc est materia odiosa, cum agitur de fœdere rumpendo, & de adimendâ aliquibus libertate naturali, eos qui injuriam ipsis fecisse crederentur, armis cogendi. Ergò in hac materiâ sequimur strictam interpretationem, intelligendo sc. sub sociorum nomine tantum eos, qui postea supervenère. Arbitror tamen, si omnia benè ponderemus, non videri Grotium Livianam sententiam rectè impugnâsse. Ut autem res clara sit, præsupponamus Grotii distinctionem, inter illud, quod injustum est, & quod repugnat fœderi; non est quæstio, an fœderatus confœderati socios secundum jus naturæ vel gentium bello rectè aggrediatur; sed an tali aggressu violet fœdera quoad socios contracto fœderi supervenientes? Grotius negat; ego Livianis vestigiis insisto, & affirmandum censeo, tali argumento: Quæ materia respicit defensionem ex fœdere, ea favorabilis est & latius interpretanda; sed materia de sociis generaliter inclusis respicit defensionem ex fœdere: Ergò favorabilis est & latius interpretanda; & consequenter nomine sociorum venient etiam futuri. Major constat, quia defensio est favorabilis & latius interpretanda ad generis humani favorem, minq; similiter negari nequit; non enim alia ratio est includendi socios sub fœdere



re nisi publica tutela vel defensio; unde conclusio neganda non venit. Ad argumentum Grotii responderi potest, materiam rupturæ foederum, utcumque per se odiosam, non tamen odiosam vel restringendam esse ad commodum rumpentis, ut sub illâ distinctione aut negari possit minor propositio, aut concedi totum argumentum; absurdum enim est, defensionem socialem in foedere restringi ad præsentis socios, & facultatem bello offendendi, quæ aliâ stricti juris est, extendi ad futuros socios; Nec exempla à Grotio adducta ad rem facere videntur; nam quod attinet conventionem inter Romanos & Carthagenenses Pyrrhi tempore, ea potius facit contra Grotium; quia si pacto speciali foederatis tunc temporis Romanis ac Pœnis jus auxilii mittendi sociis reservari debuit, jam non videtur esse meri juris gentium citra pactum; quod præsupponere tamen vult Grotius, inter Romanos & Carthagenenses sub initium belli Punici secundi; Polybii distinctionem in causa Mamerthinorum, concedo, sc. inter auxilia Romanorum vel quarumcunque gentium iusta, & ex foedere licita; sed de posteriori genere loquimur, adeoque exemplum hoc Grotii assertionem nihil juvat; quod & merito dicimus de Corcyrentibus in historia Thucydidis; nam Livius idem vult, quod Corcyrenses dicunt Atheniensibus, nimirum salvo priori foedere, quale Athenenses habebant cum Spartanis, licitum

esse novos socios asciscere; an verò sub generali sociorum nomine in foedere etiam futuri intelligendi sint, de eo quæstio quidem est, sed nihil isto exemplo pro Grotii opinione probari potest; Ad locum *Justini lib. 3.* dicimus recenseri factum, non jus gentium; & præterea ad quæstionem nostram non pertinere; aliud enim est quærere, an ex sociorum personâ liceat rumpere foedus; aliud, an nomine sociorum indistinctè posito, etiam futuri sint intelligendi; Denique pactum Atheniensium cum Philippo, ut nimirum Græciæ civitates liberæ essent, & si quis vim faceret, defendere eas in pace comprehensis liceret; minimè urget; quia similiter non est de terminis nostræ quæstionis; alia enim est quæstio licentiæ defensionis ex pacto publico; alia de interpretatione vocabuli sociorum indistinctè in foedere positi. Planè tandem cardo rei redit ad superiorem distinctionem; injustè nimirum novi socii an justè impugnentur; ut priori casu foedera violentur, posteriore non æquè; præsertim cum & Grotii præmissum argumentum, in naturali libertate, armis cogendi eos qui injuriam fecerint, fundatum, præsupponat justam causam invadendi socios alterius partis foederi supervenientes. Sed quid in casu dubio, si fortè verus fuerit prætensio adversus tales socios post foedera ex alterâ parte ascitos? Eadem obtinebunt, quæ supra dixi de justitiâ belli dubiâ, ut nisi majus jus militet pro parte invasuri socios

novos invasio injusta & defensio ex alterâ parte justa futura sit; quo casu sanè ex præmissis dicendum puto, contra foedus militare ejusmodi lociorum offensivam. Illud facile largior Grotio, quod de foedere inæquali *d. l. Subjicitur §. 14.* belli nimirum jus foedere ademptum (quod Romanis olim victoribus perusitatum fuit) in dubio intelligi debere de bello offensivo; non quidem ob eam solam rationem, ne coarctetur libertas, sed etiam quia defensio naturalis per interpretationem pacti dubii minimè debet exclusâ censerî; unde tali casu bellum defensivum non obstantibus pactis & juramentis erit licitum. Quid de pacto servandi civitatem, an intelligendum sit de cœtu civium an de urbe ipsâ ejusque ædificiis? Non abs re quidem est, civitatis nomine intelligi cives; sed probabilis tamen *d. l. §. 15.* Grotii sententia, ad vitandam captionem, non civium præcisè multitudinem intelligi, sed ipsam etiam urbem; quod ex mente paciscentis alterius partis verosimile non sit, eam in hujusmodi foedus dedititium consensuram fuisse, nisi civium multitudinem in loco civitatis salvam fore credidisset. Adeoq; Romani, qui cum Carthaginensibus pactum, salvam fore eorum civitatem, inierant, & postea solum vertere eos jusserant, haud liberari poterunt à captiosâ interpretatione. Et ex his breviter constat, regulam Grotii per se veram esse, quam *d. l. §. 12.* proponit; sc. in non odiosis verba sumenda secun-

dum totam proprietatem usus popularis; etsi plures sint, secundum eam, quæ latissima est; quin & pro qualitate personæ, secundum terminos artis intelligenda esse; nec à proprietate nativæ significationis deflectendum fore, nisi alioquin absurdum aliquid, aut pacti inutilitas sequeretur, *Covarruv. tom. 3. var. resol. c. 3. n. 5.* Quid de invasore alieni regni, an foedus cum priore rege legitimo initum, aut cum populo libero, obstringat eum qui per vim successit? Ex supra jam dictis negativè respondendum erit; quia tyrannus ejusmodi licet inde acquirat possessionem regni vel dominatûs, non tamen in jus regium vel populi succedit per vim, nisi postea consensus regis vel populi novus accesserit; idque in illo Quintii ad Nabidem satis cernitur, ita inquentis: *amicitia & societas nobis nulla recam, sed cum Pelope Rege Lacedæmoniorum justo ac legitimo facta est; & paulò post; proinde omisâ populari oratione, ut tyrannus & hostis loquere;* unde colligere licet nec Nabidem Romanis per foedus Pelopî obstrictum fuisse, quia obligatio soler esse in foedere reciproca. Odiosa quod concernit, sine dubio strictior interpretatio sumenda est, unde obligatus ex foedere offensivo non debet intelligi obstrictus ad assistentiam injusti belli, quamvis verba in foedere indistinctè posita essent. Hinc & superiori capite dictum est, hujusmodi foedus interpretandum personale non reale; Ut autem nonnihil pensulatiùs hanc rem tractemus,

mus, operæ pretium fuerit, quæ favorabilia sunt quæque odiosa melius fecernere. Quædam igitur in genere  
 20 favorabilia, in specie sunt odiosa; & contrà, quædam generaliter odiosa fiunt specialiter favorabilia; quæ omnia accidunt propter speciales personarum, rerum, finis, & similes circumstantias connexas. Sunt autem hæc idèd benè observanda, ne impingamus in regulas bonæ interpretationis foederum negotiorumque publicorum; nam nec illa favorabilia, quæ ex circumstantiis specialiter odiosa sunt, ad regulam de latâ interpretatione in non odiosis; nec ex adverso generaliter odiosa, quæ ex circumstantiis specialiter favorabilia fiunt, ad regulam de odiosis pertinent, e. g. libertas naturalis in genere loquendo est favorabilis; sed  
 21 si applicetur ad finem impugnandi homines, assumit naturam odiosam, ut fiat strictæ interpretationis; ita defensio per se generaliter etiam favorabilis est; sed si cum barbaris, Turcis, Tartaris pactio defensiva in eatur contra rem vel interesse Christianæ Reip. simili ratione odiosa erit; Per contrarium offensio generaliter odiosa est, quoniam, ut  
 22 inquit Florentinus *in l. ut vim ff. de just. & jur. natura inter nos cognationem quandam constituit, ut hominem homini insidiari nefas sit*; ast verò si foedus offensivum contrahatur ad finem licitum defensionis sociorum, reprimendæ tyrannidis &c. nihil obstabit, quò minus illud dicamus hinc favorabile, ac velut negotium bonæ fidei latè

interpretandum; Archidamus Spartæ Rex sine dubio huc respexit, quando civibus suis suasit, ut adjungerent socios tam Græcos quàm Barbaros, ad invadendos Athenienses, ni sociorum injuriis spontè satisfecissent; nec enim, inquit, vitio dari potest, si quis hujusmodi, uti nos Atheniensium insidiis appetitus, non Græcorum solùm, sed Barbarorum quoque opibus se defendat. *Thycid. lib. 1. de bell. Peloponensf.* Ecce defensionem vocat, cum deliberaretur de bello Atheniensibus indicendo, qui si non repararent, injurias offendisse videbantur; maxime, quod illorum actiones ni offensivo foedere tempestivè reprimerentur, libertati Græciæ periculum allaturæ essent. Ex his apparet foedera offensiva contra  
 23 alieni Imperii invasorem favorabilia esse, & quidem non eo tantùm casu, quo agitur de recuperatione amissorum; ut in foedere Ferdinandi Aragoniæ Regis, Senatûs Veneti, & Francisci Sfortiæ Mediolanensium Ducis adversus Carolum Octavum Galliarum Regem, qui regnum Neapolitanum occupaverat; sed eo  
 24 etiam, quo socii ad potentiam invasoris communis videlicet hostis imminuendam in foedus convenère; Neque enim sufficit, in præsens tempus recuperasse ablata, nisi etiam media tollantur, quibus hostis ex facili de novo nocere possit; & qui sua defendere cogitur ex propria culpa, quia nimirum antea alios injustè invaserat, jure gentium vel naturæ gaudere non debet privilegiis defensionis,

- quæ tamdiu injusta est, & consequenter per contrarium tamdiu justa ac favorabilis offensio, quamdiu ab invasore plenaria non præstatur reparatio damni præteriti, & asscuratio futuri, secundum ea, quæ supra in materiâ de bellis diximus. Restat ut agamus de conjecturali foederum interpretatione extra vim verborum, quæ defumitur à ratione contrahendi foederis, & est vel restrictiva vel extensiva *Grot. d. c. 16. §. 20.* quarum illa regulariter locum habet, hæc ita si conjectura prægnans haberi possit contrahentes unice istam rationem respexisse in foedere, *vid. Grot. d. l.* qui exemplum ponit de pactione, ne locus aliquis muris cingatur, eo tempore factâ, quo non fuerat aliud muniendi genus. Nam licet vocabulum murorum vi suæ proprietatis non comprehendat aggeres, si tamen ejus pactionis unica causa & finis adæquatus fuerit, ne locus iste muniatur, extensivæ interpretationi standum fore existimat; nimirum ut obligatus ad non muniendum, obligatus quoque intelligatur ad non cingendum locum aggeribus. Et hoc quidem Grotianum exemplum admitti posset; cætera verò, quæ loco citato adducit idem author *in §. 25.* non propriè pertinent ad interpretationem extensivam, sed magis ad regulam, ut dicta generaliter sic etiam sint intelligenda; sine dubio enim magna est differentia inter extensivam interpretationem, & generalem sensum cujuscunque regulæ vel positionis; quia illa de casu simili ad
- similem procedit, secundum *l. non possunt. 12. de ll.* sensus autem generalis proprietate verborum nititur, ut quæ generaliter dicta sint, generaliter etiam intelligi debeant; quæ interpretatio & in criminalibus & in cæteris odiosis materiis procedit; quæ de re alibi. Quod verò materiam 27 conventionum, & in specie foederum concernit, tenenda regula est, non sc. procedere extensivam propriè sic dictam interpretationem, nisi in pacto expressa sit causa generalis, unica & adæquata, & quæ satis constet, voluisse contrahentes se etiam in casu ejusmodi simili obligare; etenim propositum in mente reservatum, atque pacto non expressum, nihil operatur. Quæro ulterius, an conventio foederis obliget promissorem etiam in casu 28 moralis impotentiae? Grotius videtur negare ex his, quæ habet *d. l. §. 25.* sed expressè tamen affirmat, *ibid. §. 27.* excusari nimirum eum, qui auxilium foederato promisit, quamdiu ipse domi periclitetur, & in quantum copiis opus habeat; quæ sententia sanè probabilis est, atque ita alter ille Grotii locus intelligendus extra casum necessitatis. Quid de jure Romano, an in pactis publicis inter 29 reges & gentes ex eo interpretationes sumendæ? Si de interpretationibus, quæ vim legis obtineant, & contrahentes confringant, sermo sit, probabilis est Grotii sententia, *d. c. 16. §. 31.* sc. jus Romanum tunc non aliter pro normâ observandum, nisi constet in actibus juris gentium, pro jure gentium receptum esse. Sed si simplici- 30

ter quæstionem intelligamus, & de interpretatione fœderum suasoriâ vel probabili, affirmativa vera erit, etiam si jus Romanum taliter receptum non sit, quia magnam probabilitatem pro se habet illè Rex vel populus, qui juris Romani omnium ferè gentium consensu æquissimi allegare potest assistentiam. Quòd pertinet quod Thuanus habet, *in præf. histor.* totum orbem (cultiorem sc.) Romanum fuisse, ut aded ex illo jure gentium, juris testimoniâ faciliùs deducantur. Denique an fœdus obliget vel non ante scripturam confectam quæstionis esse potest? *Grot. d. l. §. 30.* censet scripturam ad negotium pertinere, ut monumentum contractûs, non ut partem substantiæ; quam sen-

31

tentiam faciliè concedo veram in privatis negotiis; sed & in publicis fœderum conventionibus, si id agatur, idem censuerim, vel saltem si fœdus immediatè inter ipsos contrahatur principales, ut Romanorum ac Judæorum fœdus in libris Maccabæorum, quod æneis tabulis monumenti vice insertum legimus. At vix est ut idem hodiè admittatur, si fœdus per legatos aut plenipotentarios contractum sit; Ibi enim non scriptura tantum, sed vel extraditio mutua tabularum fœderis desideratur, vel simile aliquid, quod ultimum fœderis perfecti & à principalibus ipsis approbati inferat requisitum, secundùm ea, quæ suprà dixi; atque hæc pro præsentem materiâ sufficiant.

## C A P. XXV.

## DE RENUNCIATIONE AC DISSOLUTIONE FOEDERIS.

## S U M M A R I A.

*Nym. 1. Socius intempestivè nec ex causâ pregnante à fœdere recedens ledit jus gentium. 2. fœderis dissolutio inter plures consortes requirit consensum unanimum. 3. & 4. fœderatorum an quis seorsim possit facere pacem cum hoste. 5. 6. & 8. fœdera personalia dissolvi seorsim possunt ab uno ex sociis & quando? 7. fœderis continuatio in extremis malis adscribitur virtuti. 9. fœdera realia particulari pace dissolvere non licet. 10. 11. & 12. pace salvâ num priorem socium juvare liceat? 13. fœderis renunciatio quatenus renunciantem liberet? 14. fœderum capitula renunciatione invito altero dividi non debent. 15. fœderum & conventionum privata-*

*vatarum respectu temporis adjecti differentia. 16. 17. & 18. fœdus quando & à quo tempore censetur renovatum? 19. fœdus generaliter renovatum diversum à priori est, ejus tamen in dubio omnia complectitur capitula. 20. fœderis durantis vel sine temporis præfinitione contracti renovatio, non inducit diversum fœdus. 21. fœdera an & quatenus solvantur non usu? 22. fœdus personale solvitur morte. 23. fœdus personale morte unius non solvitur quoad ceteros. 24. fœdera realia non pereunt morte paciscentium sed conversione status. 25. usque 28. quatenus hoc sit intelligendum?*

**N**ihil tam est firmum in humanis actibus, quin ex causâ iterum queat tolli arque dissolvi; idemque etiam sine dubio contingit fœderibus regum gentiumque, quæ tamdiu persistant, donec justis ex causis finiantur; has causas verò non æstimandas esse ex cujusque genio, vel respectu meræ utilitatis, si forsan postea novam præbeat speciem, sed potius æquitate juris gentium, omnes cordati viri sentiunt. Enimverò sive focius sine valde prægnante & justâ causâ expressè resiliat à fœdere, jus societatis intempestivè renunciando, ut Syphax fecit in fœdere Romano, sive ex irrelevanti ac injustâ causâ neget ea, quæ figure fœderis ei præstanda incumbunt; ut duodecim olim Romanorum Coloniae in bello Punico secundo, & superiori seculo focii Itali Caroli Quinti Imperatoris; injustè idem fit & contra fœdus. Nos verò loquimur de renunciatione licità; & ut à certioribus incipiamus, illud sanè dubium non est, posse fœdus communi fœderatorum consensu etiam citra omnem causam dissol-

vi; eadem enim ratio, quæ id suadet in privatis societatibus, obtinet quoque in publicis; nimirum contraria contrahentium voluntas, quæ efficit, ut fœderis obligatio hinc inde tollatur. Dummodo sc. si plures sint fœderati consentiant omnes, quia hæc res de earum numero est, in quibus agitur de jure particulari omnium; adeoque majora vota à fœdere resiliere volentium, non obligant pauciores socios vel etiam unicuique, qui fœderi contracto cupit insistere; & sic requiritur fœderatorum unanimis consensus, quod quidem ipso jure obtinet, licet tale pactum: *fœdus non nisi communi consensu dissolutum iri*, haud inveniatur tabulis adscriptum. Plus dubitationis habet ille casus, quando renunciatio fit invito socio; quæ certè jure gentium admitti non debet, si non adsit justa causa, sive verbis expressis, sive factis, velut particulari pace cum hoste, fœderi renunciemus. Quid ergò dices, itane nemo fœderatorum regulariter pacem facere poterit cum hoste invitis sociis? Non certè hoc sim-

simpliciter afferendum est; cui bono enim, si ipso jure foedera habent indissolubilem naturam, donec finiatur bellum, apponi solet pactum inter Reges vel Principes, *ne quis seorsim faciat pacem cum hoste*, uti contigit in foedere Uladislai Hungariæ Regis, aliorumque Principum Christiani orbis adversus Amuratum Turcam; planè ipso usu publico docemur Reges populosque ita interpretari foedera, ut potestas seorsim transigendi cum hoste prægnantibus de causis interclusa non sit; Sic in bello Antiochi pax cum Rege facta est exclusis Ætolis sociis; sic superiori seculo Franciscus I. Galliarum Rex non admissis Venetorum, & Francisci Sfortiæ foederatorum legatis pacem fecit cum Carolo V. Imperatore; & nostrâ hâc ætate idem docent plura foederatorum exempla, de quibus, ne contra Taciti monitum nimis ex propinquo judicemus, disserere nolo. Franciscus quidem Rex magis de facto, quàm jure gentium id fecisse dici potest, si vera sunt, quæ de eo scribit *Guicciard. lib. 19. histor.* eum nimirum expressè sociis pollicitum fuisse, non facere pacem cum Carolo Quinto, contrarium tamen dictis, ut obsides filios reciperet, fecisse. Enimverò quod rem ipsam attinet, distinguenda erunt hâc in quæstione, ultra conventiones quæ servandæ sunt, foederum genera. Personalialia siquidem pace dissolvi poterunt, seorsim ab uno ex sociis, si contrarium non sit conventum; ratio, quia non apparet tali casu socium se obligasse, usque ad finem belli; modo sc. foedus non admodum intempestivè vel fraudulenter renunciatur; quæ tota res dijudicanda est ex causis & circumstantiis. Nam si socii status periclitatur ex foedere, ut socio jam probabiliter minùs prodesse, sibi verò plurimum nocere posset continuatio foederis personalis, jam sufficiens videtur esse causa res suas seorsim componendi. Etenim, si ut suprâ ex Grotio dixi licitum est non mittere auxilia sociis, si quis iisdem verè indigeat; multò magis licebit, ut socius se vel statum suum conservet, cum hoste transigere, & foedus quod sibi propè exitiosum foret, socio parùm utile, particulari pace dissolvere. Quod enim laudante *Voculâ apud Tacit. in orat. ad milites seditionis*, veteres Romanorum socii vastari agros, urbes excindi, & omnia extrema sæpè perpeffi sunt potiùs, quàm cum hoste res suas componerent, fidei magis fuit ac virtutis socialis, aut certè obligationis peculiaris ex pacto vel speciali conditione foederis; nec in historiâ sacrâ libri Josuæ, Cananæi justam videntur habuisse causam belli & obsidionis adversus Gibeonitas, quòd particulari pace cum populo Israëlítico convenerint, quia non constat, foederatos fuisse illorum Regum, certè non eâ specie foederis, quæ facultatem separatæ pacis excluderet. Ast verò, hæc moraliter intelligenda sunt, non ut socium quâlibet ex causâ levi existimemus discedere posse à

vinculo & fide societatis; isthæc enim erronea opinio jam supra satis fuit explosa; sed tunc demum si res in eum devenerit statum, ut ex intentione contrahentium appareat, tali casu eos noluisse invicem ex foedere obligari; quod in primis è duobus istis probabili conjecturâ voluntatis accipere possumus, si socius socio parum vel nihil prodesse queat, sibi verò ex persistentiâ in foedere multum damni dare; nam finis contractæ societatis, ut sc. contrahentes communi auxilio tuti ac salvi sint, eâ specie obtineri nequit, quando alteri auxilia valdè nocent, alteri nihil aut parum profunt. Foederum realium adhuc est fortius vinculum, cum particulari pace ea dissolvere regulariter non liceat, quoniam contrahentes, dum perpetuam obligationem subeunt, ad finem etiam belli socialis ex foedere obligari voluisse censendi sunt. Sed dicet forsitan aliquis, quorsum hæc sollicita disputatio; nec enim uno exemplo constat, & pacem fieri particularem, & priori socio præstari assistentiam ex foedere; quod si licet, & pax cum hoste particularis, & foedus cum priore socio consistat. Verum aliter se res habet, nec omnia exempla ad jus referenda sunt, sed ad factum; quia indubiè hostis is est, qui hostem in bello juvat contra aliquem; non solum istis sociis, inquit Corinthii ad Athenienses, sed nobis etiam pro federatis hostes eritis; necesse erit enim, si arma feratis inter Corcyraos, vos opprimi cum eis, *Thucyd. lib. 1. de bell. Pelo-*

*ponnesi.* Sic ad instantiam Græcarum civitatum Romani legatos misere ad Philippum Macedoniæ Regem, inter alia expositulatum, quod 4000. militum ad præsidia hostium Sopatro Duce trajecerit in Africam *Liv. lib. 30. histor.* & cum postea finito bello Punico secundo Amilcar Poenus Gallis tumultibus se Ducem præberet adversus Romanos, novam hilegationem in Africam ad Carthaginenses decreverunt, ut nunciarent; *civem eorum Amilcarem relictum in Galliâ, haud satis scire ex Afrubalis prius, an ex Magonis postea exercitu, bellum contra fœdus facere; exercitus Gallorum Ligurumq. excivisse ad arma contra populum Romanum, eum si pax placeret revocandum & dedendum populo Romano esse. Liv. lib. histor. 31.* Tutius tamen sine dubio capitulis foederum aut pacis inferitur clausula: *ne quis alterius hostes, pecuniâ milite, com-meatu &c. adjuvet*, quod magis appareat, si quid contra fiat foedus rumpi aut pacem violari. Ita præter veteres foederum Romanorum formulas exemplum extat in *instr. pac. Casareo-Gallico vers. & ut ed. syncerior*, ubi pacto hujusmodi & obligatione reciproca de non juvandis hostibus, Imperatoris & Regis Galliarum amicitia magis constabilita legitur; Quod si non obstante pace aut foedere, licitum esse debeat, assistere hosti, id ipsum oportet esse speciali pactioe expressum; ut in *d. vers. & ut ed. syncerior*, circa fin. ubi aut Galliæ aut Hispaniæ Regem extra fines Imperii auxilia mittere, salvâ cum illis com-ronis pace Germanicâ, permissum fuit



13 fuit Imperii Statibus. Atque hæc est renunciatio fœderis tacita, quæ distinguitur à rupturâ; nam licet rumpens etiam tacitè & ex factis dissolvat fœdus, hoc tamen intelligendum est non ex personâ suâ, sed ex persona socii; ut sc. is sit liber à fœdere si velit, non verbò socius rumpens, si alter nolit; prout suprà suo loco hac de re dictum est; At renunciatio tempeſtiva vel expressa vel tacita, de quâ hætenus liberat etiam renunciantem. Quid de intempeſtivâ? Idem quod de rupturâ dicendum arbitror, liberari socium cui sit talis renunciatio, non ipsum intempeſtivè renunciantem, eadem sc. utroque 14 que ratio est. Quid si quis fœderi non in totum, sed in parte tantùm renunciet, paratus cætera capitula servare? Totum illud ut in casu rupturæ pendet à voluntate alterius socii, qui compelli non debet ad dividendâ fœderis puncta, vel capitula, quæ singula habent vim conventionis, ut inquit *Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 15. §. 15.* Porro solvitur fœdus lapsu temporis adjecti; dum enim expressum est tempus in fœdere quousque duret, apparet contrahentes noluisse obligari ultra illud tempus; adeoque lapsu ejus est necesse dissolvi obligationem fœderis. Quocirca aliud obtinet in publicis fœderum conventionibus, aliud in privatis causis; in hisce enim obligatio recipit quidem diem ut terminum à quo, *§. omnis Inst. de verb. oblig. l. cum qui 41. ff. cod.* non verbò ut terminum ad quem, quia ad certum tempus

non contrahitur obligatio, *§. at si in Inst. cod. l. obligari 44. §. 1. ff. de obl. & act.* quanquam ita contracta post tempus pariat exceptionem pacti de non petendo. *per dd. text.* quæ subtilitas in publicis gentium negotiis 16 non attenditur, sed ipso jure delinere videtur, obligatio ex fœdere, si lapsus fuerit tempus adjectum. Hæc ita verbò procedunt, nisi lapsò tempore fœdus fuerit renovatum; quæ res in dubio præsumi non debet, nisi de expressâ partium voluntate constet, vel saltem de actibus subsequitis, quæ nullam aliam recipiunt interpretationem nisi de fœdere renovato. *Grot. in d. c. 15. c. 15. §. 14* sed quinam sint illi actus *Grotius loco cit.* non declarat, ac si credimus *Baldo de pac. const. vers. item societatem n. 2.* quem refert *Dec. conf. 407. n. 7.* requiritur expressa renovatio, maximè eo casu, quo anterior confoederatio facta fuerat per stipulationem, consequenter hac sententiâ stante non erit locus actibus interpretativis de fœdere tacitè renovato; verùm rationes Baldi tanti 17 ponderis haud esse videntur, ut consensum tacitum renovandorum fœderum jure gentium excludant, cum eò jure subtilitas stipulationum non attendatur, sed potius veritas consensus seu verbis expressi seu factis declarati; puto igitur actus tales esse, si quis v. g. post terminum fœderis, à socio efflagitet auxilium ex fœdere, & is non ignarus tempus jam effluxisse idem præstet, vix enim hujus rei aliam possumus capere interpretationem, quam quod partes ta-

18 li postulatione auxilii & præstatione de novo in foedus consenserint, illudque renovaverint; crederem tamen tali specie foedus renovatum intelligi debere à tempore novi consensûs, non retrò ab illo tempore, quo primum foedus fuerat lapsum, nisi evidenter aliud appareat, ratio: nam retrotractio consensus juris civilis commentum est, quod jure gentium in dubio non obtinet, ideoque si duo reges vel civitates v. g. in quinquenniali foedere fuere, ita ut singulis annis ex conventionem pro communibus auxiliis, una pars alteri præstare debuerit, militem, certam pecuniæ summam, frumenta, arma, & verò post lapsum quinquennium tertio demùm anno foedus renovaverint, biennii intermedii nemo sociorum, præstare debet pecuniam, frumenta vel alia in pactum aut stipulationem primi foederis deducta, quod quidem est notandum. Unde colligo, foedus post lapsum temporis 1 conventi renovatum, aliud esse à foedere priori, quippe quod jam fuerat extinctum post tempus adjectum, licet ex regulis ejusdem, in dubio veniat metiendum, & ideo generalis renovatio complectitur sub se omnia capitula foederis prioris quamvis in renovatione nominatim non expressa; qui enim dicit, hoc vel illud capitulum foederis sub generali renovatione non esse comprehensum, præsumptionem habet contra se ex generalitate verborum, ut nisi prober quod dicit audiendus non sit. 20 Quid si durante tempore, primi foe-

deris fiat renovatio, aut foedus sine tempore conventum renovetur? Unum intelligi debet foedus renovatione extensum vel obfirmatum, in quo consequenter sine interruptione, socii ex foedere obligentur, cessat sc. tali causa præmissa ratio, cum tale foedus nunquam desierit, ut meritò unum idemque censeri debeat. Porò 21 solvuntur etiam foedera per non usum maxime accedente longi temporis intervallo, videntur enim partes tunc tacite recessisse à lege foederis, si suo jure ex foedere non utantur, præsertim cum fortè indigerint mutuis auxiliis, nec pars altera alteram hoc nomine accuset, de contraventione, quâ ex re contraria voluntas vel dissolutio foederis tacita colligi poterit, nec opus est immemoriali tempore ad hunc effectum, sed simul ac constat, de non usu foederis, indigentia auxilii & silentio partium sufficientes jam sunt conjecturæ, cum primis aliquo temporis licet non immemorialis tractatu accedente, ex quibus contraria ista voluntas possit ostendi. Tandem foedus solvitur non omne quidem, sed personale ex morte confederatorum, quod intelligendum & de morte civili, ut si Rex confederatus regni jus amittat, & de morte naturali, nisi sc. tempus adjectum sit, ut foedus personale postea ex personâ hæredis duret. 22 Quid verò dicendum foedere contracto inter plures, utrum uno moriente etiam in personis reliquorum solvatur? Quod mihi regulariter negandum videtur, quamvis inter 23 priva-

privatos societas morte unius in personis omnium desinat, *juxta l. actionem §. 9. ff. pro soc.* publicarum verò societatum hac in re alia ratio est, nisi is fortè mortuus sit, cujus præcipua fuerit in foedere opera & ratio *arg. l. aded, in pr. ff. pro soc.* tunc enim præsumptio est in eum casum foederatos obligari noluisse, certè Hadriani Sexti Pontificis morte Veneris Senatus aliiq̄e confœderati nexibus foederis eò usque non sunt liberati, ut Carolus Quintus Imperator, pœnam conventionalem exigeret, propter non servata ejus foederis capita; realium foederum diversa admodum ratio est, quia regulariter morte non pereunt, utique si de morte naturali loquimur, nec enim, si senatores moriuntur, vel populus in statu Aristocratico, aut Democratico, vel si Rex in statu Monarchico, foedus reale illius Reip. aut regni perit, sed ad successores transit officii aut potestatis, sed si de interitu publici Status sermo sit, contra dicendum arbitror, veluti si jure belli respublica vel regnum ab hoste occupetur, neque enim foedera priora ut realia obligant hostem, sed extincta intelligi debent cum publico statu, ceu quidem constat Romanis occupantibus regnum Syphacis, vel aliorum Regum nullum superfuisset regiis foederibus obligationis vestigium, imò ne esse quidem potuisse, quando illi hostium fuere confœderati, ergò illud rectè colligitur intereunte publico statu, in-

tere etiam foedera; dico autem tantè; intereunte publico statu, non enim quælibet conversio sufficit, sed violenta illa, quâ publicus status aut hosti subjiçitur aut tyranno, hæc sc. demùm verum affert interitum, cujus generis est in civitatibus, si aratrum patiantur, *arg. l. si usus fructus ff. quibus. mod. usufr. vel us. am.* & in regnis, si in formam provincie redigantur, ut inier plura exempla contigit Macedoniae regno devicto Perseo, quam rem *Liv. lib. 45. histor.* narrat; diverso jure uteremur, si consensu civium respublica in regnum, vel consensu regis regnum in rempublicam converteretur, ibi enim, quia nova imperii forma ex consensu initium sumit, interpretari possumus foedus reale, quod ante fuerat, transisse eodem jure in subsequentem regiminis speciem, ut inde vel Rex vel populus aut Senatus, ad quem summa potestas fuit translata, obstrictus maneat, prout olim contigit Romæ exactis regibus, nam foedera cum Latinis populis in regio statu percussa remansere postmodum in liberâ Republicâ; nec certè verosimile est, voluisse eos, qui potestatem publicam penes se constitutam spontè aliis vel communicarunt vel in eos transulerunt, jura status quoad exteros, quibus ipsi obstricti fuerant tollere, imò neque id facere potuissent, nisi ex causis prægnantibus & jure gentium permixtis; hæc ita nisi clarè appareat contrahentium

primævam intentionem in fœdere non lubet addere, sed ad sequentis obtineri non posse mutato taliter capituli materiam, jura sc. neutralitatis publico; quâ de re nunc plura tatis ut vocant progredi.

## C A P. XXVI.

## DE JURE NEUTRALITATIS.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. Neutrales vel medii qui dicantur. 2. 3. & 4. neutralitatis definitio & requisita. 5. neutralitas quando superioris exigat consensum? 6. quando secus? 7. Rec. Imp. de Anno 1641. S. und demnach in materiâ neutralitatis ponderatur. 8. neutralitatis tractatus particulares quâ ratione nitantur? 9. Saxonia inferioris ordinum litera ad Collegium Electorale circa neutralitatem particularem referuntur, responsum vid. 30. 10. & 11. neutralitas absoluta & restricta declaratur. 12. usq; 19. neutralitas an possit cogi sive an detur neutralitatis species coacta? 20. & 21. neutralitas tacita conjecturis probatur. 22. neutralitatis effectus triplici respectu considerari possunt. 23. mediis erga belligerantes quid liceat? 24. 25. & 26. neutralitati substantiale est vinculum amicitia erga belligerantes. 27. usq; 34. neutrales inter & belligerantes an & quatenus commercia sint permessa? 35. & 36. neutralitate salvâ potest alteri parti belligerantium permitti transitus, nec pars diversa talia loca occupare potest. 37. Neutrales num ex pacto neutralitatis obligentur belligerantibus ad commercia vel præstandum transitum? 38. neutralitas non rumpitur ex præcisâ denegatione commercii vel transitus. 39. neutralis non tenetur res quibus indiget ipse, vendere huic vel illi parti belligerantium. 40. neutralis non obstringitur amico contra commodum, vendere frumenta vel similia. 41. & 42. hostilitates inter belligerantes num in loco neutrali permessa? 43. & 44. neutralitas quomodo dissolvatur?*

Nunc

**N**unc de neutralitate dicendum est, sunt enim quidam nec fœderati nec hostes, qui in Romanis historiis mediis vocantur, moribus nostris neutrales; hæc verò media vel neutralis conditio, de quâ hîc loquimur, ex pacto est, nec mero jure citra pactum subsistit, etsi enim hac generaliori significatione etiam mediis aliqui vel neutrales dici possint, ut supra vocabulum pacis distinximus, v. g. quoad bellum nuperum Germanico-Gallicum, Rex Poloniæ, Magnus Dux Moscoviæ & alii Principes eo sensu neutrales dici poterunt, quòd partium belligerantium à neutrà parte fuerint socii, propriè tamen & ex usu juris gentium loquendo, hi soli neutrales sunt, quibus media isthæc conditio consensu vel pacto fuit concessa; inde enim demùm efficitur, ut alicui liceat medio esse vel neutrali h. e. sese amicè gerere ex utrâque parte erga eos qui invicem hostes sunt; adeoque neutralitas nihil aliud est, quàm jus æqualis amicitiae erga eos, qui bello decertant consensu vel pacto obfirmatum, ubi (1) est necessarium quantum ad causam efficientem, ut consensus sit unanimis eorum, qui bellum gerunt cum tertio, cui neutralitas, quam vocant, conceditur; alioquin partis consentientis nulla erit obligatio, quin si res ita ferat, compellere possit tertium illum à statu amicitiae erga hostes discedere, ne sibi in bello noceat, unde consequens est neutralitatem esse strictè intelligendam respectu personarum, aded

ut quis possit esse neutralis respectu unius socii, qui neutralis non sit respectu alterius non consentientis: (2) est necessarium ex parte subjecti, sc. illius, qui neutralitatem, quam vocant, ex consensu obtinuit, ut publici juris, belli, fœderum &c. sit particeps, frustra enim cum eo pacificimur, ut se neutri parti gerat hostem, qui hostilia facere nequit potestatem armorum destitutus, ex quo sequitur, neutralitatem, quæ privatis sive corporibus sive personis à belligerantibus ex utrâque parte conceditur, qualem quidem pro conservatione redituum nostra Universitas antehac exoptaverat, nihil esse nisi privilegium securitatis, non verò jus illud amicitiae æqualis erga belligerantes de quo hîc loquimur. (3) Respectu formæ est necessaria æqualitas amicitiae Principis vel Reipublicæ neutralis erga hostes, h. e. ut uni non magis vel minus adhæreat, quam alteri, statim enim, ubi hoc fit, neutralitatem non servari, pars altera conqueritur, Luc. Æmilius Prætor Romanus ita Tecios arguit, *apud Livium, lib. 37. quòd commensu classem hostium juvissent, vinumq; promississent, Polyxemida classis Antiochi præfecto, quæ si eadem classi Romana darent revocaturum se à populatione militem, sin minus, pro hostibus eos se habiturum.* Atque illud indubiè ita obtinet, quando Princeps vel civitas neutralis superiorem non recognoscit, sed si habeat superiorem, consensus ejus ex circumstantiis necessarius erit in pacto neutralitatis, id quod nostro hoc tempore diversarum civitatum Imperii, nominatim

nam Reip. Argentoratensis & Spirensis exempla docuere, quæ illud jus consensu Imperatoris obtinuerunt, & est sanè non tantùm expressa hujus rei dispositio *in Recessu Imperii de anno 1641. §. Also setzen*, sed & ratio satis clara, quia qui per leges publicas & fortè vi juramenti obstringitur ad assistendum alteri belligerantium, non potest eo invito hanc obligationem per pactum neutralitatis tollere, quo quidem argumento utitur idem ille *recessus Imperii de anno 1641. §. Und demnach*; Plusculum tamen hac in re considerationis subesse video, quid enim si bellum non sit contra Imperatorem, Regem, vel Imperium, sed exteri tantùm inter se decertent; quid si non sit legitimè decretum, vel sit notoriè injustum, quâ specie etiam juris feudalis interpretes Vasallum relevandum censent ab hostenditiis, quas vocant, sive auxilio belli, quid insuper si auxilia tantùm debeantur limitata, quæ Vasallus mittere velit, & non repugnante alterâ parte de cætero medius esse, vel quid, si regii Vasalli non defendantur, & hostis immineat provinciæ ac ruinam minetur? His sanè & similibus casibus jure gentium non expectato superioris consensu pacisci licere arbitror de neutralitate, quodd cesser suprâ dicta ratio obligationis anterioris; nec obstat *sexus d.*

7 §. *Und demnach*/dum ne casum quidem necessitatis exceptum concedit à regulâ prohibitæ neutralitatis, loquitur enim de jure constituto, non de jure gentium, imò etiam quod jus

constitutum nempe leges Imperii de pace publicâ, ejusque defensione & executione attinet, ita demùm si totius Imperii necessitas & periculum subsit, locus ille negare videtur Statibus concessam neutralitatem, *ibi, in allgemetner Noth und Gefahr des Vaterlands*, quâ de causâ extra hanc specialem circumstantiam, contrarium dicendum erit, quodd sc. de neutralitate pacisci liceat intuitu particularis necessitatis. Atque optandum foret in omni Imperio talem esse defensionis publicæ vim & efficaciam, ut Vasalli & Satus particulares provinciarum suarum terrarum ac ditiorum securitatem, quâvis occasione contra hostiles insultus possent habere sartam rectam, verùm cum sæpiusculè lenta nimis sint publica auxilia, incerta vel propè desperata, ex jure gentium non ita illimitatè rejici poterunt particulares hujusmodi pacificationum vel neutralitatis tractatus, ponamus proximum Principem vel Rempublicam particularem, suis viribus resistendo imparem citius ab hoste subactum iri, quàm publicè succurri queat, annon præstabit pacto neutralitatis, sibi interim prospicere & se in alios casus communi Reip. vel fœderatis conservare; quàm armis ad deditioem compelli & fieri hostilis potentiæ accessioem? Quam rem imminente metu Suecici exercitus, eleganter remonstrârunt Electorali collegio inferioris Saxonix ordines, in literis *de dato 22. Febr. 1639. apud Lundorp. p. 4. lib. 3. p. m. 699. hisce formalibus. Bey wech*

8

9

cher Bewandnuß wir in hoher Vorsorg  
 begriffen/ daß andere Hülff und Rettung  
 uns viel zu spat kommen/ und wir ja zu-  
 mahlen nichts Christlichers/ bessers/ nutz-  
 licher gedenden können/ dann daß der  
 Staats salvo respectu Imperatoris &  
 Imperii nur in etwas salviret und er-  
 halten werden möchte/ ja wann auch sol-  
 cher hochnützlicher Zweck auf keine ande-  
 re Weiß/ als daß der Staats und dessen  
 Glieder/ von beederseits Armeen mit  
 Einquartierung/ exactionen/ und ande-  
 rer belästigung übersehen und verschonet  
 werde/ zu erhalten wäre/ so find wir dan-  
 noch der beständigen meinung/ daß auch  
 solche Mittel nicht auffer acht zu lassen/  
 damit der Staats Ihr Keis. Maj. und  
 dem Reich in schuldigster devotion zum  
 besten salviret werde/ und daher der  
 Keiserl. Majest. und dem Römisch. Reich  
 ins künfftig die schuldigkeit gereicht und  
 gegeben werden sennre. Verùm præ-  
 missis hisce, tractemus nunc de du-  
 plici mediocritatis vel neutralitatis  
 specie, altera siquidem abso'luta est  
 altera restricta certis quibusdam con-  
 ventionum limitibus, quarum prior  
 prorsus exæquat partes paciscentes,  
 nisi forsan ex priore obligatione al-  
 terutri fuerint specialiter obstrictæ,  
 ut modò diximus tunc enim etsi pa-  
 cto neutralitatis adjecta non fuerit  
 clausula salvatoria hujusmodi obli-  
 gationis, tacitè subintelligi debet, at-  
 que ut pro remissâ haberi queat, opus  
 est speciali conventionè contrariâ,  
 quanquam inter obligationem Va-  
 fallorum & fœderatorum ulterior  
 distinctio notanda veniat, de quâ  
 paulò inferius; Posterior verò neu-

tralitatis species regulam accipit par-  
 tim ex communi naturâ, partim ex  
 pactis adjectis, ut quod aliter pactis  
 conventum non sit, censeatur ex  
 communi neutralitatis schemate ju-  
 re gentium adjudicandum. Porro  
 videndum est deturnè aliqua neu-  
 tralitatis conditio coacta? Quæ quæ-  
 stio ab eo momento pendere vide-  
 tur, an liceat aliquem ad statum neu-  
 tralitatis cogere? Pro affirmativâ facit  
 quod paulò antè dictum fuit, posse a-  
 liquem compelli, ut à neutralitate  
 discedat, cur non etiam, ut neutrali-  
 tatem accipiat? Nempe juxta tritam  
 juris regulam: *unumquodq; ita dissolvi,*  
*ut colligatum est.* Deinde huc pertine- 12  
 re videtur præmissum exemplum Æ-  
 milii Prætoris, qui Tejos compulit,  
 ut sibi tantundem præstarent quan-  
 tum hostibus, quod quid aliud est,  
 quàm compellere ad neutralitatem?  
 Verùm pro negativâ in contrarium 13  
 urget, quodd neutralitas pacto consti-  
 tuatur, pactum autem, cùm juris ef-  
 fectu cogi nequeat, nec sanè par ratio  
 est argumenti, de cogendâ dissolutio-  
 ne neutralitatis, etenim ea res ex præ-  
 missis tantùm locum habet respectu  
 non consentientium, quâ specie mi-  
 rum non est jure gentium haud tene-  
 ri ad obligationem neutralitatis, quâ  
 non consenserunt, imò si res exigat  
 cogere posse alios, ut se vel hostes de- 14  
 clarent vel socios, atque hunc in ef-  
 fectum collimat Aristæni Prætoris  
 oratio in concilio Achæorum apud  
 Liv. lib. 32. *histor. ita differentis: Quod*  
*Cleomedon modo tanquam mediam & in-*  
*tissimam vobis viam consilii, ut quiesceretis*

Et armis abstinere, ostendebat, ea non  
 media, sed nulla via est; etenim præterquam  
 quod aut accipienda aut asserenda vobis  
 Romana societas est, quid aliud quam nus-  
 quam gratiâ stabili, veluti, qui eventum ex-  
 pectaverimus, ut fortuna nostra applicave-  
 mus consilia, præda victoris erimus; unde  
 postea subiicit; Si Achai Romanos asser-  
 nentur, vix sana mentis fore, sed aut socios  
 15 eos, aut hostes habendos esse; Sic & T.  
 Quintius apud eund. *libr. histor. 37.*  
 cum de bello Antiochi deliberaretur,  
 legatis Achæorum improbat, mediam  
 illam viam, tanquam vanam & alienam  
 rebus illorum, cum neque amicos parer,  
 nec inimicos tollat; sed suasoriæ sunt &  
 16 politicae hæ rationes, quas à quæstionibus  
 juris gentium fecerni debere supra diximus;  
 quod verò rem ipsam concernit, constituendum  
 arbitror ex circumstantiis, num liceat cogere  
 aut vi extorquere neutralitatis consensum,  
 & sanè re integrâ negativam puto verissimam,  
 ex præmissâ ratione, quia consensus in  
 pactis aut stipulationibus cogi non debet;  
 ast verò si res integra non sit, fortè, quod  
 hostibus pecunias, frumenta aut simile  
 quid præstiterint, aliqui ut antè Tejos  
 fecisse in exemplo Emiliî Prætoris dictum  
 est, meritò cæteris paribus aut idem præstare  
 debent alteri parti, aut tanquam hostilia  
 fecerint ad neutralitatem posse cogi, regulam  
 17 enim illam: ad paciscendum vi neminem  
 compelli posse, jure gentium ita interpretamur,  
 nisi hostilia fecerit, quo casu sanè dubium  
 non est, si victor belli cogat ad pacificationem

vel deditionem, id genus pacta vel stipulationes regum populorumque valere  
 ex præsumpto consensu facti præcedentis  
 illiciti; Quidni igitur valeant præsuppositis  
 hiis circumstantiis pacta neutralitatis?  
 addidi verò: cæteris paribus, quia si medii  
 non spontè sed coactè adversæ parti  
 aliquid præstiterint, unde bella juvari  
 solent, cessat profus ratio facti hostilis,  
 & consequenter quoque fundamentum  
 coactionis prædictæ; idque est quod  
 superiori seculo Cameracenses Regi Galliarum  
 petenti, ut suum militem reciperent, sicut  
 antea Cæsareanum, responderunt: *militem  
 Gallicum recipere, sibi liberam non esse,  
 quod arce à Cæsare cervicibus suis imposita,  
 jam sui juris non essent: vid. Iduan. lib. 12.*  
 Ex quibus omnibus constat: 18  
 coactam neutralitatis speciem non dari,  
 nisi aliquid præcesserit, quod justam  
 præbere possit cogendi causam, quod tunc  
 videlicet accidit, si qui cogitur tale quid  
 fecerit, cujus intuitu pro hoste non immeritò  
 haberi possit. Planè neutralitatem tacitam dari  
 22 tam vero est consentaneum, quàm certum  
 dari tacitum pactum. *l. Labeo. l. qui futurum ff. de pact.* Et quemadmodum  
 non refert in negotio legis ferendæ, suffragio  
 populus voluntatem suam declarat, an rebus  
 ipsis & factis, ut inquit Julianus in *l. de quibus S. 1. ff. de ll.* sic neque in aliis publicis  
 conventionibus intererit: factò aliquis  
 consentiat, an expressâ voluntatis declaratione,  
 si modò tale factum subsit, unde consensum  
 rectè liceat colligere. Maneamus in exemplo



plo Æmilii, quis quæso neget Tejis  
 concessam eo ipso neutralitatem,  
 vel jus mediæ conditionis, quod ho-  
 stilitates à Romanis pacto sint remis-  
 sæ, si eadem, quæ antea Antiochi  
 navalibus copiis dederant, præsti-  
 turi essent Romano exercitui, ete-  
 nim hac tali specie pactiois nec so-  
 cii facti sunt Romanorum, quod fa-  
 cultas hostibus de novo benefaciendi  
 non fuerit adempta, nec rursus ho-  
 stes relictæ obstante lege conventio-  
 nis. Ergo fuere medii vel neutrales;  
 idque bellissimè dicitur attentâ ra-  
 tione formali neutralitatis, æquali  
 nimirum amicitia illâ erga hostes  
 ex utraq; parte; hinc etli pactum  
 de cessatione hostilitatum conven-  
 tum non fuerit; tacitè intelligi po-  
 terit neutralitas contracta ex usu æ-  
 qualis amicitia, hostibus hinc inde  
 scientibus nec contradicentibus;  
 nam qui & sibi patitur fieri amicitiam  
 & hosti, suppeditando sc. com-  
 meatum, pecuniam, apparatus bel-  
 licum, nec contradicit, videtur uti-  
 que consensisse, ut communis ille  
 amicus sit mediæ conditionis, nec  
 pro hoste nec pro socio habendus,  
 atque hætenus de personis neutrali-  
 tatem contrahentibus, diversis etiam  
 ejusdem speciebus ac formis  
 dictum sit. Sequitur, ut agamus de  
 effectu, qui considerari potest tri-  
 pliciter, vel respectu mediiorum ad  
 eos, qui invicem hostes sunt, vel  
 respectu horum ad medios, vel deni-  
 que respectu hostium inter se in loco  
 medio; primâ ac secundâ conside-  
 ratione ex prædictis jam in genere

certum est, obligationem neutralita-  
 tis in eo consistere, ne quis hostilia  
 faciat alterutri partium belligeran-  
 tium, quæ res includit vinculum  
 amicitia saltem sensu negativo, ne  
 inimicè nos geramus erga eos; cum  
 quibus pacti fuimus neutralitatem,  
 non potest igitur medius aliquis al-  
 terutrius partis milites trucidare,  
 fortalitia, urbes, castella expugnare,  
 provincias vastare, homines capere,  
 res diripere & quæ similia sunt; eadem-  
 que est sine dubio reciproca obligatio  
 belligerantium ad medios, quam  
 equidem puto esse consubstantialem  
 neutralitatis juri, utique si de eâ  
 loquimur, quæ est absoluta vel ir-  
 restricta; quod si quid pacto speciali  
 vel jurejurando anteriori liceat, id  
 solum pro excepto habendum est,  
 in cæteris servanda regula, ut ne  
 restrictâ quidem conditione mediis  
 vel neutralibus bello inter se con-  
 certantes liceat hostiliter offendere,  
 nec hos vicissim illos. At instabis,  
 si aliter convenire liceat, prædictam  
 obligationem magis fore naturalem,  
 quàm substantialem neutralitati,  
 cum Jurisconsultos vulgò distingue-  
 re constet, ut, quæ, cum regulariter  
 insint, pacto tamen contrario abesse  
 queant, naturalia vocentur, velut  
 evictio in materiâ contractus em-  
 ptionis venditionis, usuræ ex mo-  
 rà in bonæ fidei negotiis, & quæ id  
 genus alia sunt, ea verò demùm sub-  
 stantialia, quæ ne conventionem qui-  
 dem contrariâ possint excludi, ex-  
 empla sunt in l. si unus §. 3. & §. 4. ff. 25  
 de pact. & in l. 1. §. 45. ff. de pos. item in  
 o 2 l.

l. cum precario princ. ff. de prec. Respon-  
 deo, ut quædam possint speciali pa-  
 ctione licere, quæ hostilitatis quan-  
 dam præ se ferunt speciem, non ta-  
 men omnia in sensu conjuncto, quod  
 nec intelligi possit ea neutralitatis  
 species, quâ promiscuè liceat me-  
 diis hostilia facere adversus eos, qui  
 bello certant, aut his adversus me-  
 dios sive neutrales, v. g. vasallus  
 neutralis, ctsi salvâ neutralitatis  
 26 substantiâ possit mittere hostenditas  
 Domino, non tamen ea propter cen-  
 sendus est in eo statu omni genere of-  
 fensionis uti posse contra hostes do-  
 mini, ex quo enim dominus pacto  
 neutralitatis consentit, remittit ali-  
 quid ab obligatione Vasalli, ut non  
 teneatur pro rigore juramenti fide-  
 litatis totis viribus assistere, atque  
 hæc est illa obligatio, in factis nega-  
 tivis de non offendendo consistens,  
 ex pacto neutralitatis reciproca in-  
 ter medios & belligerantes; plus con-  
 siderationis habet quæstio circa effe-  
 ctus positivos neutralitatis, ubi om-  
 ninò tamen separandum est, id  
 27 quod licet, ab eo quod ex vinculo  
 pacti conventi cadit in speciem de-  
 biti, ac prior nobis sermo sit de com-  
 merciis, an & quatenus medios in-  
 ter & bello occupatos pro licitis ha-  
 benda nec ne? Ubi non dubito com-  
 mercia regulariter permessa pronun-  
 ciare, utique de illis rebus, quæ ad  
 bellum directè non pertinent, ab-  
 surdum enim est aliquos invicem ex  
 pacto versari in statu amicitia, & ta-  
 men ipsis commercio interdictum  
 esse, ne propter plusculum alterius

partis commodum vel interesse, con-  
 trahere invicem queant; at si loqui-  
 mur de his, quæ naturâ suâ ad bel-  
 lum pertinent, ut arma, difficilior 28  
 apparet quæstionis hujus resolutio,  
 hostile etenim esse videtur, submi-  
 nistrare hosti ad bellum necessaria,  
 ceu loquitur ad Justinianum Ama-  
 lasuintha, apud Procop. lib. 1. Goth.  
 cui suffragio suo accedit Angliæ re-  
 gina Elisabetha, dum teste Thuanò  
 lib. 96. Hanseaticis civitatibus de ex-  
 spoliatione navium conquerentibus,  
 quibus tamen per pacta licebat ami-  
 citiam servare Angliæ hostibus re-  
 spondit: *non hoc esse cum utrisq. colere*  
*amicitiam, si alteros ladas, juves alteros;*  
*imò hoc esse auxiliari hostibus, & cum his*  
*adversus alios facere.* Verùm hisce non 29  
 obstantibus verius arbitror, com-  
 mercium etiam circa arma & rem  
 frumentariam vel similia cum hoste  
 alterius partis mediis licitum esse,  
 dummodò (1) ipsi non utantur armis  
 (quod propriè hostile) contra alte-  
 ram partem & (2) æqualiter idem  
 servant erga partes bello certantes,  
 cujus assertionis solidum fundamen-  
 tum peti potest ex lege communis a-  
 micitiæ, quæ non commercium sed  
 usum & societatem armorum intel-  
 ligi debet mediis adimere; præfer-  
 tim cum pars altera habeat quod sibi  
 imputet, dum concedendo neutra-  
 litatis jus ex æquali illo commercio  
 damnum aliquod sustinet; Huc sine  
 dubio respexit Collegium Augustum 30  
 Electorale, dum ad status inferioris  
 Saxonix, inter alias hanc quoque  
 rationem neutralitatis dissuasoriam  
 adduxit;

addixit; daß der Cron Schweden aller vorthel in deme zuwachse / daß dieselbe sich auß der Neutralität gemachten örtern nicht allein keine hindernuß und also keiner gesambten conjunction mehr würden zu befahren / sonderen anderer commodität zugeschwigen zum wenigsten durch Werbung und Verkaufung Proviants / Munitions- und anderer Kriegs- be- reitschafften / allerhand avantage zu erfreuen haben / *Lundorp. l. c.* Sic etiam vidimus proximo bello, cum Cæsareani & Gallici exercitus propè Argentinam urbem tunc neutrale m, sapiusculè essent castrametati, integrum fuisse utrisque salvâ lege neutralitatis emere ad bellum necessaria; nec distinctione clarissimorum quorundam virorum, hac in re utor existimantium interesse, publico an privato nomine id genus commercia exerceantur; nam nec privato nec publico nomine permissum est neutralibus hostilia facere, quæstionis ergò momentum ab hostilitate pendet, unde si constet ejusmodi commercium respectu alterius partis verè hostile esse, nec publico nec privato nomine permitti poterit, sin- contrà, & publico & privato nomine salvâ lege neutralitatis erit licitum; ad exempla in contrarium præmissa responderi poterit, ea non pertinere tam ad jus neutralitatis, quàm inæqualitatem commercii, vel exercitii contractuum cum alterâ parte, ex quâ alteri parti attrahitur læsio; quinimò si etiam ex æquo mediis servant, vel saltem per eos

non stet, quò minùs servant æquale commercium cum utrâque parte belligerantium, hostibus inter se permissum erit, quæ ex contractu mittunt mediis vel publicè vel privatim alteri parti intercipere, idque ex illâ æquitatis regulâ, quòd sicut mediis licita sunt commercia cum utralibet parte adversâ, sic vicissim parti, cui ex tali commercio nocetur, eadè lege permitti debeat averfio damni, non dubito sanè jure gentium probatum iri, si v. g. arma, frumenta vel similia unde bella juvari solent, quanquam ex loco neutrali missa, pars altera intercipiat, isto probabili argumento, quòd locus neutralis non plus juris hac in re habeat, quàm quilibet tertius, sicut ergò jure gentium & ex dictamine rationis concessum est auferre, quæ ad hostes ex loco tertio delata alteri parti nocent, *juxta Grot. de jur. bell. & pac. lib. 3. §. 5.* ita idem dicendum erit, si talia aliqua mittantur ex loco neutrali, ut sic defendi posse existimem Elisabethæ Angliæ Reginae responsum antè allegatum, si quidem ex navibus Hanseaticis ablatum nihil fuerit, præter ea, ex quibus hostes in bello sentirent emolumentum. De transitu partium per loca neutralia eadem est quæstio, & idem jus, quòd sc. transitus alterius partis copiarum citra præjudicium neutralitatis permitti queat; sed in eo tamen insignis diversitas occurrit, quòd parti, quæ se inde læsam putat, non liceat ejusmodi loca ad prohibendum transitum vi & armis occupare salva

neutralitate, nec prætextu alicujus commodi bellici, secus ac diximus de ablatione rerum ad hostes missarum, & omnium minimè, si inde pendeat mediolorum vel neutralium publica securitas, ratio diversitatis obscura non est, quæ enim res ad hostes mittuntur, destinatione mittentium manere non debent in dominio & possessione Regis vel Reip. 36 neutralis, nec civium vel privatorum, possunt ergò justè intercipi, tanquam quæ vel jam sint vel proximè & quidem cum nocumento alterius partis futuræ sint hostium; aut quæ præfidiis tenentur, Regis vel Principis aut Reip. neutralis, nec transitura sunt in potestatem alterius partis, ea 37 verò occupare hostile est, adeoque impermissum, & neutralitati contrarium; atque hæc diximus de eo, quod licet circa commercia & transitum per loca neutralia; diversa est quæstio de eo, quòd medii vel reciproè bello concertantes adstringantur in ejusmodi rebus, ubi ponenda regula: sicut teneri neutrales belligerantibus ad commercia & contra, item ad transitus præstandos, sicut cæteris nationibus, quibus hostes non sunt, pacta enim neutralitatis, id tantum directè operantur, ut medii bello abstineant, non verò ut peculiari obligatione sese devinciant commerciorum aut comæatus intuitu, quapropter est necesse, ut omne vinculum hac in re lege communis amicitiae, quam natura inter homines instituit, veniat metiendum, & quemadmodum debeo be-

nefacere amico, sensu, quo de amicitiae legibus agit *Seneca in lib. de benef.* sic medius vel neutralis illis, cum quibus hoc jus amicitiae eidem intercedit. Ex quibus colligenda sunt duo notabilia: (1) quando Princeps vel civitas media, non præstat arma; frumenta, aliosve belli apparatus amico neutrali, cum eamve propriè non facere contra jus pacti, sed ad summum contra leges humanitatis, consequenter si conventioni adjecta fuerit pœna in casum contraventionis, peti eam non posse, nec neutralitatem hoc prætextu rumpi; (2) Si neutralis ipse indigeat armis, frumentis vel simili apparatu, non teneri hæc talia sive propter pactum sive propter legem communis amicitiae, amico neutrali præstare, propter pactum quidem non, quia nec vis illius pacti eousque exporrigitur uti dictum, propter legem verò amicitiae idèd non, quia charitas incipit à se ipsa; nec natura docet homines, ita curare amicos, ut sibi quis necessaria subtrahat, unde & illa de quâ supra egimus, contra vim defensio permittit vel cum cæde innoxii amici, si id aliter fieri nequeat, nosmet defendere: contraria sanè exempla Pyladis & Orestis se magis quam amicos perire optantium ex affectu singulari promanarunt, non ex lege naturæ, ut nec ad publicam amicitiam regum gentiumque in statu neutralitatis benè applicari possint. Quid verò, si non equidem indigentia adsit, sed aliud commodum Prin-

Principis vel Reip. neutralis subver-  
setur, an tunc ex lege amicitiae gra-  
tificandum amico, & hoc tale emol-  
umentum omittendum? v.g. portamus  
frumenta, vina, vel similia in  
dies cariora fieri, utrum desiderant;  
amico neutrali pretio illius tempo-  
ris id genus res vendi debeant nec  
ne? Non puto equidem ex obliga-  
tione pacti sed de honestate, ubi ta-  
men justum videtur, si aliter resve-  
num non exponantur, solvere pre-  
tium auctius, quam ut domini rerum  
in statu neutralitatis ad vendendum  
41 minori pretio cogantur, cum com-  
mercia debeant esse libera. De hos-  
tibus inter se ulterior quaestio est,  
quid invicem liceat in loco neutra-  
li, & imprimis an possint hostilitates  
contra se exercere? Affirmandum  
hoc videtur sed sub distinctione, nam  
vel neutrales ex certamine hostili  
probabiliter accipere possunt, da-  
mnum vel non; priori specie hosti-  
lia exercere impermissum est, non  
propter hostes sed propter neutrales,  
quibus contra pacta nocetur, poste-  
riori vero specie secus, nam qualitas  
loci neutralis extra casum damni non  
adimit belligerantibus usum armorum  
42 hinc videmus in urbibus neutralibus  
non licere hostem aggredi, capere vel  
occidere, nimirum propter facilem  
occupationem tumulus, damni aedium  
aut hominum, aliter ac in territorio  
neutrali, ubi nihilo fecius militum  
velitationes ac pugnae exercentur.

Tractemus nunc de neutralitatis dis- 43  
solutione, quam dubium non est fi-  
ri posse communi consensu, naturali  
illo unumquodque dissolvendi mo-  
do, quo colligatum fuerit; deinde  
etiam renunciatione unius, ut supra  
de foedere diximus, ubi probabile est  
intervenire debere justam causam,  
utique si ad finem usque belli media  
illa conditio sit contracta, alioquin  
enim si indistincte inita fuerit, re-  
nunciatio magis erit in partium ar-  
bitrio; quod si ad certum tempus,  
intra illud etiam causa desiderabitur  
renunciatae neutralitatis; postea ete-  
nim nisi prorogata fuerit ipso jure  
desinet; causa autem justa erit mu-  
tata rerum facies, certè enim in pu-  
blicis hujusmodi conventionibus, 44  
oportet saepe consilia ex rebus cape-  
re, nec fas est consensum anteriorem  
ita intelligi, ut contra mentem præ-  
sumptam tendat ad hujus vel illius  
partis perniciem vel insigne detri-  
mentum, præprimis vero etiam ju-  
sta causa erit violatio neutralitatis ex  
adversa parte, quæ res ipso facto  
hanc obligationem tollit, ut sufficiat  
partis lætæ voluntas, quæ significet  
verbis aut factis, se à statu neutrali-  
tatis discedere. Planè vel uno dis-  
sentiente pactum illud per naturam  
sua claudicare necesse est, nec me-  
dii in illo statu manebunt, sed alte-  
rius partis socii & cum altera hostes.  
Hæc vero de materia præsentis ca-  
pituli dixisse sufficiat.

## C A P. XXVII.

## DE JURAMENTIS.

## S U M M A R I A.

*Num. 1. Juramenta in publicis ac privatis conventionibus locum habent. 2. Juramenti definitio. 3. Juramentorum per creaturas exempla referuntur, sed 4. & 8. Juramenta vera hac talia vel non sunt, vel implicitam Dei complectuntur invocationem. 5. 6. & 7. creatura in juramentis quatuor modis considerari potest ex mente Lessii. 9. & 10. execratio & contestatio in juramentis differant. 11. imprecatio ut diabolus aliquem rapiat, propriè non est juramentum. 12. Juramenti naturam an habeat contestatio per animam? 13. & 22. Juramentum per falsos deos an sit verum juramentum? 14. & 15. Augustini textus serm. 28. de verb. Apost. aliter à Gratiano & Covarruvia refertur. 16. perjurium per falsos deos opinione jurantis nititur non re. 17. & 18. Augustini locus ex epistolâ ad Publicolam. 19. 20. & 21. Juramentum per falsos deos non ex se obligat sub ratione juramenti, sed propter erroneam conscientiam jurantis. 23. Juramentum athei per verum Deum, est verum juramentum, licèt jurans Deum non credat. 24. Juramentum & ex opposito perjurium tripliciter intelligi potest: re & opinione jurantis; opinione non re; re non opinione. 25. usq; 30. jurare falso per verum Deum, an verè per falsos deos, utrum sit majus peccatum? 31. usq; 35. juramenti forma essentialis declaratur. 36. jurare per Deum vel ejus attributa in idem recidit. 37. & 38. Jurare an liceat per membra Dei? Juramentum per vulnera Christi verum juramentum est & quo sensu intelligendum? 40. Juramenta Turcarum aliorumve infidelium per supremum Numen sunt vera juramenta. 41. juramenti loco facta stipulationes non habenda sunt pro vero juramento. Idem 42. de aliis sponsionibus per fidem simplicem, licèt fortè sub ratione dignitatis interpositam. 43. Juramenti tres comites, veritas, justitia, & judicium explicantur. 44. Jurare per-*

*missum*

missum est justâ ex causâ. 45. *Locus* Matth. 5. non obstat & quomodo intelligendus? 46. *Juramento assertorio vel promissorio qualiter satisfiat?* 47. & 48. *homagium subditorum obligat ut aliud juramentum promissorium.* 49. *Juramentum promissorium pro diversitate circumstantiarum magis aut minus tutò præstari potest* 50. *Juramentum Vasalli, subditi, aut Regis erga populum valet.* 51. *juramentum de his præstandum est, quæ sunt nostra potestatis.* 52. *Juramentum promissorium quibus cautelis benè procedat?* 53. *jurans in promissorio juramento post impeditus nec doli nec culpa ratione est obnoxios.* 54. *Juramentum tum promissorium tum assertorium hodiernum est permissum;* 55. *juramentum de factò illicito non valet.* 56. & 57. *Boni mores vel ex jure positivo vel natura & gentium considerari possunt.* 58. *Juramentum versari debet circa possibilia.* 59. usq; 64. *Jurantes inhonesta vel impossibilia an & quatenus obnoxii fiant?* 65. & 66. *Juramentum assertorium in impossibilibus naturâ non procedit, benè verò, quoad facta inhonesta.* 67. *Juramenti assertorii & promissorii differentia.* 68. *Juramentum confirmatorium ex circumstantiis de jure gentium comprehendi potest vel sub assertorio vel sub promissorio.* 69. *Juramentorum interpretatio quomodo faciendâ?* 70. *Juramenta specificè sunt adimplenda.* 71. *Juramenti in obligatione facti effectus.* 72. usq; 74. *jurato promittens solvere an possit compensare?* 75. & 76. *juramentum amulatur naturam actus, cui apponitur. Juramentum intelligitur: rebus ita stantibus:* 78. *Votum non valet ad præjudicium liberorum voventis.* 79. & 80. *Juramentum nam confirmet illicita, aut jure prohibita.* 81. *Juramentum est personalissimum.* 82. *Juramento contrariantur, dolus, vis, metus & error.*

**N**ON solum regum gentiumque fœdera, induciæ & pacta publica, sed privatorum quoque hominum contractus ac conventiones sanctissimo juris vinculo sæpius obfirmantur; cum nempe Deum in testem invocamus, actuum, sponsionum vel promissionum nostrarum;

itaque hoc caput de eorum numero est, quæ ex religione in Deum descendunt, vel certè eandem præsupponunt, qui etenim non credit dari Numen divinum, quod rerum humanarum curam gerat, facile pejerabit, nec metum læsi Numinis ex violatione juramenti ullum ostendet;

det; hinc Romani notante Livio Carthaginensibus pacem petentibus, crederent, inquit: *Esse Deos, esse jusjurandium*, conjunctissima sc. existimantes opinionem Numinis & reverentiam juramenti, ut suo loco dictum. Quæ cum ita sint jam non erit difficile juramentum in genere definire, nihil enim est aliud, quàm *religiosa Numinis divini assumptio in testimonium & vinculum fidei*; Als wahrnns Gott heiff/ als wahr Gott lebt/2c. Unde negandum (1) quòd per creaturas quæ tales verè juretur, negandum (2) quòd juramenta per falsos deos sint verè talia, quamvis jurantem opinione veri Numinis obligent propter conscientiam erroneam. E-  
 3 quidem quod attinet juramenta per creaturas, constat exempla sic jurantium passim occurrere tam in sacris quàm in profanis historiis, & jure etiam nostro civili; sic Josephus jurasse dicitur per vitam Pharaonis, *Gen. 42. v. 13.* Abner per animam Sauli, *1. Sam. 17.* Elisæus per vitam Elisæ, *2. Reg. 12. v. 2.* Sic Briseis jurat Achilli *in epist. heroidum* per animas fratrum, & apud Ulpian, *in l. sed si possessori §. fin. ff. de jurejur.* juramentum habetur per genium Principis; verùm ista & similia juramenta aut propriè talia non sunt, aut implicitam habent invocationem ac intentionem numinis in animo jurantis; huc pertinet Lessii distinctio, *de just. & jur. lib. 2. c. 42. dab. 2. n. 10.* ubi docet; creaturam in juramenti quatuor modis considerari posse, i. secundum se, & hoc sensu negat juramenta per creaturas ve-

rè esse talia, quòd vel non intelligant testimonia, ad quæ vocantur, vel non intelligant in modum supremæ veritatis. 2. ut in eadem elucet vel apprehenditur Numen divinum, ejus generis sunt juramenta per cælum, per terram, de quibus Christus agit, *Matth. 5. & 23.* intelligitur enim juratum esse per Numen, à quo cælum & terra dependet, sc. per DEUM TER OPTIMUM MAXIMUM, huc etiam meritò referenda sunt juramenta per templa, per urbem regiam, & si qua sunt similia, jurasse enim ita intelligimur per Deum, qui ibi colitur, quæve est templi urbisve protector.

3. creatura per quam juramus considerari potest, ut est aliquid ad nos pertinens, quod Deo obligamus sub veritate elocutionis nostræ, veluti si quis jurat per animam suam, vel per vitam Regis aut Principis, unde jurantis pendet felicitas, quo sensu exemplum illud Josephi per vitam Pharaonis jurantis intelligi poterit.

4. quatenus creaturæ opinione nostrâ aliquid tribuimus divinitatis, quam rem speciem blasphemie habere rectè docet *Less. loc. cit.* Ex quibus apparet præmissæ assertionis nostræ veritas: sc. juramentum factum per creaturam per se, juramentum verum non esse, nam primo & quarto modo ex dictis Lessii hoc jam constat, in cæteris verò nempe secundo & tertio, Numen divinum implicitè comprehenditur, pro quorum uberiore declaratione non est ignorandum, doctores morales distinguere in juramenti execrationem à juratoriâ



toriâ contestatione, quarum illa sit per malam imprecationem, quâ se jurans obstringit ac devovet, & non veteribus tantum sæpè numero fuit usitata, ut in illo Annibalis, cum primum acie conflicturus cum Romanis dona promitteret militibus: *si falleret, inquit Livius lib. 21. histor. Jovem ceterosq. precatus deos, ut se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, & in formulâ Scipionis Africani, quâ rebus Romanorum post Cannensem pugnam ferè desperatis nobiles de fugâ cogitantes his verbis adstrinxit: ex animi mei sententiâ juro, ut ego Remp. non deseram, neq. alium civem deserere patiar; si sciens fallo, tum me Jupiter optime maxime familiam remq. meam pessimo letho afficias, Liv. lib. 22. histor.* sed hodiernum etiam id genus execrationes homines juramentis quandoque addere solent, ut nisi verum jurent, hanc vel illam calamitatem, morbum, mortem sibi imprecantur; contestatio juratoria sit per invocationem numinis divini in testem sine ullâ imprecatione. Verùm insuper benè discernere oportet, si ve execrationem sive contestationem juratoriam, ab eâ, quæ absoluta prorsus est sine formâ veri juramenti, nec enim omnis execratio juramentum est, nec omnis contestatio severior de re aliquâ; ita exempli gratiâ, sit quid asserimus ut nisi verum sit diabolus nos abripiat, imprecatio est, juramentum non est, quia non invocamus numen divinum in testem; quoddâ quis existimet etiam sic jurari & divinum nu-

men saltem implicite contineri, quatenus sc. imprecans se, in casum si sefellerit, extra divinam ponat protectionem, Deumque quasi roget, ut permittat hanc talem imprecationem à diabolo executioni mandari, huic respondeo: non omnia, quæ per subintellectas & è longinquo forsitan ultra intentionem imprecantis petitas interpretationes contineri dicuntur, ad naturam veri juramenti extendenda esse, atque si dicendum quod res est, etiam contestatio per animam, da einer bey seiner Seele etwas bezeuget / vel per animam alterius, ut in exemplis Abneri & Elifæi, per se verum juramentum non est, nisi fortè alia connexa sint verba juratoria, vel intentionem jurandi exprimentia, ut in illo Elifæi Eliam discessurum ita alloquentis: *So wahr der Herz lebt / und deine Seele Ich lasse dich nicht*; Alterum quod ex præmissâ juramenti definitione deduxi, juramentum sc. per falsos deos non esse verum juramentum, licet jurantem ratione conscientie erroneæ obliget, instantiam pati videtur, ex loco *Augustini serm. 28. de verb. Apost.* quem Gratianus in c. ecce 22. q. 5. refert: *sed paulò aliter Covarruvias ex Codicibus emendatis, in relect. c. quamvis pactum §. 1. n. 21. his verbis: Et ecce, dico charitati vestra, & qui per lapidem, falsum jurat, perjurus est; Unde hoc dico? Quia multi & in hoc falluntur & putant, quia nihil est per quod jurant, non se crimine teneri perjurii, prorsus perjurus es, quia per id quod sanctum pu-*

tas, (hic Gratiani textus habet, sanctum non putas) *falsum juras. Sed ego illum sanctum non puto; sanctum puto, cui juras, non enim quando juras, tibi aut lapidi juras, homini juras ante lapidem, sed nunquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem, sed punit Deus fallentem.*

15 Non nunc fufius disputabo de meliore textu Augustiniano, quamvis pro Gratiano non sine ratione allegari possit Augustini intentio huc colligans, ut juramentum per falsos deos præstitum, quale erat Romanorum illud per lapidem imprecationis causâ, si quis Jovem falleret adhiberetur, observari debeat, quæ res bellissimè respondet contextui nonnullis etenim existimantibus lapidem & juramentum tale, quod nihil sancti contineret, contemni merito posse: respondere *loc. cit.* Augustinus videtur, intentionem juramenti non tam ex personâ jurantis, quam eorum, quibus juratur meriendum esse, quæ res non indiget duplici casu, quem Covarruvæ 16 textus includit; sed ut ut sit, quod ad rem ipsam attinet, quemadmodum juramentum per falsos deos præstitum in opinione tantum jurantis, non re ipsâ tale est, correspondent sc. sibi Deus juratus & juramentum, sic perjurium isto casu non ex re considerandum est, sed ex opinione pejerantis, malitia enim moralis eatenus in illo residet, quatenus opinio veri numinis conjuncta violationi fidei per falsos deos juratæ, conscientiam jurantis afficit, ut verum numen puniat, non juramentum

verum violatum, sed opinione jurantis tale, reclamante conscientia erroneâ non servatum, atque eo sensu intelligi debet alter Augustini locus in epistolâ ad Publicolanum 154. a Gratiano paucis verbis mutatis in *c. movet te certè, utrum ejus fide utendum sit, qui ut eam servet, per demonia juraverit, ubi te volo prius considerare, utrum si quispiam per deos falsos juraverit, se fidem servaturum, & eam non servaverit, non tibi videatur bis peccasse? Si enim tali juratione promissam custodierit fidem, idè tantum peccasse judicaretur, quia per tales deos juraverit, illud autem nemo reprehenderit, quia fidem servavit; Nunc verò quia juravit per quos non debuit, & contra pollicitam fidem fecit, quod non debuit, bit utiq; peccavit; ac per hoc qui utitur fide illius quem constat jurasse per deos falsos, & utitur non ad malam rem, sed licitam, & bonam, non peccato ejus se sociat, qua per demonia juravit, hætenus Augustinus; ex quibus iterum constat, juramentum per falsos deos ex sententiâ Augustini verè obligare sub vinculo juramenti, si jurans credat deos juratos veros esse, quod & de morte *dd. loc. cit.* colligit Covarruv. Sed certè similiter distinguere debemus vinculum juramenti propter se & propter conscientiam erroneam, quæ admodum differunt; nam ponamus jurantem tempore præstiti juramenti falsum deum pro vero habere, & tempore subsecuro rectius edoctum deposuisse erroneam conscientiam, hic si contraveniat juramento per falsum deum, non plus violat, quàm fidem 20*

fidem simplicem, juramentum enim illud ex natura rei tale nunquam fuit, sed tantum opinione jurantis, qui postquam errorem de falso deo agnovit, jam nec amplius ex conscientia erronea obligatur in vim juramenti, sed tantum in vim contractus vel pacti simplicis; unde sequitur quod jam asserui, nimirum contraventionem ista specie non inferre perjurium proprie dictum, & esto bis peccare jurantem per falsos deos, istudque juramentum postea haud observantem, tum sc. de mente Augustini, quod male juraverit, tum quod male juramentum observaverit, non tamen peccatum incidit in speciem perjurii ex natura rei, quia revera per Deum juratum non est, sed quia jurans creditur, se jurare per verum Deum, coheret malitia erroneae opinioni, etiam respectu numinis veri, tandiu, quamdiu erroneam opinionem retinet, cujus intuitu jurans aequè facile redarguitur pejeraturus fuisse, cum juratum fidem per falsum deum pro vero creditum similiter non custodierit, unde si quis fidelis vel Christianus per falsos deos, quos scit esse falsos, juret, & non servet fidem, licet bis & gravissimè peccet, non tamen perjurium committit, uti bene deducit Covarruv. *dist. loc. n. 24.* Per inversum si quis infidelis vel atheus juret per verum Deum, quem tamen non credit, sine dubio tale juramentum est verum juramentum, & jurantem subreatu perjurii obligat, quod vinculum plane asseruimus non

est ex impio jurantis errore, sed ex natura rei, neque enim ea vis & potestas est conscientiae erroneae, ut errantem excuset contra vincibilem & crassam ignorantiam, bene verò ut obliget, sicut praemisimus, plane ignorantiam veri Numinis vincibilem & inexcusabilem esse constat ex effato Apostoli ad Rom. 2. ex his ipsis, quae supra deduximus circa caput de religione ac Theologia naturali. Unde consequens est juramentum tripliciter intelligi posse, nempe (1) quod tale sit re & intentione, sicut quando aliquis jurat per verum Deum, quem scit vel credit esse, (2) quod tale sit intentione non re, uti quando quis jurat per falsum deum sub opinione veri, (3) quod tale sit re non intentione, quale exemplum jam dedimus in atheo vel infideli jurante per verum Deum, quem non credit, totidemque modis perjurium ex opposito declarari poterit, quae quidem in re notandum est, quod habet Augustinus in *dist. epist. ad publicolam*, & ex eo Gratianus in *d. can. mover*; sc. minus malum esse per Deum falsum jurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter; Sed contrarium propugnat Dominicus à Soto, in *tract. de cav. juram. abus. p. 1. c. 6.* & ex eo Covarruv. *loc. cit. n. 25.* existimans sententiam istam Augustini defendi rectè non posse, cum juramentum (sunt verba Covarruviae) praestitum per falsos deos ad idololatriam pertineat, eaq; juratio crimen idololatriae sit, quod peccatum adversus primum preceptum decalogi committitur, cujus transgressio

*sio majorem culpam habet, quam secundi præcepti de juramento violato; ex eo quidem quoddam major fiat & atrocior injuria Deo, ab eo qui illum negat esse verè unicum Deum; quam ab eo, qui contra ejus dignitatem eum in falsum testimonium adducit, est enim prius crimen contra ipsius Dei propriam substantiam; hætenus Covarruvias.*

- 27 Quæ etsi veritati consentanea appareant, si loquimur de peccatis illis secundum se, aliud tamen dicendum arbitror de reatu perjurii, quo in puncto sine dubio, qui fidem per verum Deum juratam fallit, gravius delinquit violante juramentum per falsos deos præstitum, etenim prior ille directè contemnit divinum Numen ab se in testimonium vocatum, posterior verò tantum implicite & secundum quid, quatenus nimirum ob conscientiam erroneam fidei violatio ex consequentiâ quadam ad verum Numen trahitur, ut prius est declaratum; instas, at major tamen est religionis sanctimonia in homine, ut Augustini verbis utar, veraciter jurante per falsos deos quam in eo, qui jurat fallaciter per verum Deum. Respondeo, illam sanctimoniam esse nomine talem non re, ex quo refertur ad idolum, & sic manifestam quandam involvere idololatricam, nec enim qui sic jurat tam bene facit, quoddam verum juret, quam male, quoddam per falsos deos juret; in juramento sanè promissorio facilius admitti posse dixerim Augustini sententiam, sc. respectu executionis non interpositionis fidei juratæ,
- 29 nam qui per falsos deos juravit, ob-

ligatur ex dictamine rectæ rationis ad implementum contractus vel pacti, non propter Deos quos juravit, sed propter præceptum veri Dei, ut pacta ferventur, lumini rectæ rationis inditum, ergo si implet tenorem conventionis, quanquam cum circumstantiâ peccaminosâ fidei perperam juratæ, non tam peccare videtur, ac ille, qui fidem per verum Deum juratam sciens fallit, hic enim contraveniendo promissis facit contra præceptum divinum, ille implendo & exequendo juxta præceptum non obstante concomitante illâ labe fidei impiè juratæ; breviter: per falsos deos aliquid juratè promittens, peccat jurando, non æquè exequendo promissum & illud juramentum majus est peccatum, per rationes Soti & Covarruviae, perjurio contra verum Numen perpetrato, quanquam perjurium tale gravius peccatum sit perjurio jurantis per falsos deos, licet enim contraveniens credat incumbere sibi obligationem implementi propter falsam religionem juris jurandi, hæc tamen circumstantia erroneæ conscientiæ, efficere non potest actum illum contraventionis, ita intrinsicè malum, ut adæquet perjurium contra verum Numen commissum: sed de his hætenus. Apparet verò formam essentialem juramenti consistere in religiosâ illâ Numinis divini assumptione in testimonium veritatis, ubi plura adhuc considerari possunt (1) enuntiationem, quâ Deû aliquid scire vel videre affirmamus sine inten-

- intentione juris jurandi, juramentum non esse, prout ex Cajetano & Soto deducit Lessius *d. dub. 1. n. 4. vers. in istis*, sed quia intentio jurandi conceptis verbis non semper exprimitur, unde dignosci debeat vis & natura juramenti, distinctiùs nobis est perspicendum; qui itaq; utitur verbis, quibus ad divini Numinis testimonium provocat, censetur habere intentionem jurisjurandi, imò eo ipso jurare; qui verò verba merè enunciativæ adhibet, nec jurat his ipsis, nec intentionem jurandi exprimit, & quemadmodum in judicii plus est producere testem, quàm simpliciter affirmare, illum habere rei notitiam, cum posterius facere possit etiam ille, qui non petit examen testis; sic ubi deficiente humano testimonio divinum invenit locum, actus assumptionis Dei in testem, à simplici enunciatione internosci debet, quod prior sit juramentum ipsum, posterior verò nequaquam; hoc ampliùs, qui jurat, supremam veritatem existentiae numinis vel adjutorii divini applicat assertioni suæ vel promissioni, adeoque sub certitudine numinis aliquid asseverat vel promittit, unde si fallit necesse est, ut non tantum hominem, cui juravit, sed & Deum, per quem juravit, fallat, quippe cujus Numen & majestas divina ex falsâ illâ profanatione inter homines læditur, & hoc ipsum est quod dixit: religioſa. Numinis divini assumptionem in testimonium veritatis esse formam essentialem juramenti, quia non qualitercunque Deus assumitur
- in testem, sed religioſè, h. e. ita ut per prima religionis principia, quibus docemur Deum & esse & colendum esse, assumens fidem suam devinciat, & si perfidè agat, necessarid in prima illa religionis principia peccet; hinc pulchrè Grotius *lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 13. §. 10.* jusjurandum hunc sensum habere debere inquit, ut Deus invocetur, puta hoc modo: *Deus testis sit, aut Deus sit vindex, qua duo in idem residunt, nam cum superior puniendi jus habens testis advocatur, simul ab eo perfidia uttio poscitur, & qui sit omnia, ultor est ided, quia testis*, hæc Grotius, unde juramentum execratorium quod vocat à contestatorio, differt tantum ut expressum à tacito, non verò specie, ut rectè deducit Lessius *dist. dub. 2. n. 9.* Notandum (2) idem esse, five quis juret per Deum, five per existentiam, unitatem, omnipotentiam, æternitatem &c. quia hæc, & alia quæcunque attributa divina sunt ipse Deus quoad essentiam, nec differunt, nisi inadæquato nostro intelligendi modo, itaque & per scientiam Dei rectè jurabimus, als wahr Gott allwissend sey oder die Sach miſſe/ quæ formula ut ex prædicatis apparet, satis distinguitur à simplici enunciatione scientiæ divini. Notandum (3) per membra Dei, veluti caput, aures, non rectè jurari, tum quia Deus membris destituitur, & quando in Sacris membra, ut oculi, aures, manus ipsi attribuuntur, non propriè sed ad captum humanum ea res intelligenda, tum quia indecentiam quandam præ se fert, supremum

Nu-

Numen membris in substantiâ consistare, ac proinde blasphemiae speciem habent id genus juramenta, prout constitutum legimus à Justiniano in Nov. 77. unde quibus gentibus vel hominibus usus vel potius abusus sic jurandi est; hos insigniter in Numinis reverentiam peccare constat; quodd si quis tamen juret per membra Dei non sensu proprio, sed eo, qui ipsi essentiae divinae & Numinis reverentiae conveniens est, e.g. si quis juret per dexteram Dei, quo sensu significatur divina omnipotentia vel per oculum omniscium, ubi omniscientia, &c. non putandum est, hunc blasphemum esse, sed potius metaphoricâ locutione per verum Numen jurare; Planè per Christi Salvatoris membra, licet respectu humanæ naturæ sit integer homo, non aliter nisi servatâ decentiâ jurare licet, prout explicat Covarruv. d. l. n. 17. Sic per vulnera Christi juramentum verum erit, & habebit sensum, ut sic jurans censeatur per auxilium Dei jurare ex vulneribus Christi ad æternam salutem ordinatum, quo sensu etiam juramentum per sancta Dei Evangelia intelligendum erit, scil. respectu auxilii divini, quo salutem nostram medio verbo Evangelico prospicit. Notandum (4) infidelium veluti Turcarum & similium juramenta per Essentiam Supremam sive Creatorem universi facta vera ac valida esse, quamvis iidem Sacro-Sanctam Trinitatem ignorent, quoniam illorum de Deo Creatore & Conserva-

tore omnium rerum ex humane rationis desumpta cognitio, et si respectu notitiæ revelatæ imperfecta sit, vera tamen est, ut probavi supra in cap. de relig. add. Covarruv. d. l. n. 24. Notandum (5) omnia pacta vel stipulationes loco juramenti factas *Ungelobungen an Eids statt* / haud inferre vinculum veri juramenti, quantum ad reatum perjurii; habent enim hanc vim atque efficaciam, ut sponsor sic se obstringat veritati, quem admodum si verum & corporale juramentum præstitisset, adeoque ex implicitâ illâ fidei obligatione & re ipsâ constat, aliud esse juramentum, aliud hujusmodi sponsonem loco jurisjurandi emissam, licet apud Deum & in foro conscientiae aliud dici possit; & multè minus promissionis per fidem simplicem, *bey meiner Treu* / 42 externo gentium jure in gradum juramenti ascendunt, quanquam vel à personis regis aut illustribus facta fuissent, nam quodd pro juramento habeatur hæc talis promissio, v.g. per fidem regiam sive principalem, ex constituto est aut consuetudine Germanicâ non jure gentium. Hæc de definitione & formâ juramentorum in genere, quæ ut dextrè fiat ad mentem Hieronymi *saper. Jerem.* 43 4. tres requirunt comites, sc. veritatem, justitiam & judicium, prout refertur in *can. animadvertentium* 22. q. 2. Sed hoc utique intelligi debet de foro conscientiae, sive ut quis in judicio animæ tutus sit juramentum non malè præstitisse, nempe ut & verum quis juret, & in negotia justo vel

vel honesto, & exigente necessitate. vid. latiùs hæc explicantes Covarruv. in d. c. *quamvis pactum*. p. 1. §. 6. n. 4. & seq. Barbof. in d. c. *animadvertendum per tot.* Unde facilè colligimus, juramenta cæteris paribus esse permiffa, nec contrarium velle Christum apud *Matth. c. 5.* præcipientem, ne omninò discipuli ipsius jurent, sive per terram sive per urbem Hierosoly mam, nam scopus horum verborum non est aliùs, quàm tollere promiscuum jurandi abusum, quo temeritate quãdam & præter omnem necessitatem ex pravâ assuetudine quidam jurare solebant, ut videre est ex *Aug. de Serm. dom. lib. 1. c. 30.* *Gratiano in can. ita ergo 22. q. 1.* Certè locum illum Evangelicum patres interpretati sunt vel de juramento per creaturas, ut *Hieron. super Matth. d. c. 5.* vel de juramento specie delectationis & citra necessitatem præstito, ut *August. in epist. ad Gal. c. 1. in fin.* quos refert *Gratianus in can. considera, & in c. non est contra d. caus. 22. q. 1.* quæ quidem interpretatio & receptor juxta *Canoniflas in alleg. text.* & verosimilior esse videtur *Grotianâ, dict. c. 13. §. 21.* quasi sc. lege Evangelicâ juramentum promissorium præcisè prohiberetur, cujus contrarium satis ostendit *On. Ziegler. ibid.* nec sanè pro assertione *Grotii* ex textu illo Biblico solidum apparet vestigium, quando enim Christus ait discipulis suis: *Ἔστω δὲ λόγος ὑμῶν ναῑ ναῑ, ἔ ἔ,* æquè id ipsum applicare licet ad juramentum assertorium sensu, quem antè diximus, ut sive aliquid asseveran-

dum sive promittendum sit, temerè haud jurent discipuli, sed veritatem potiùs ipsam vel dictis suis, vel factis, constanter observent, quæ in effectu est sollicita, dehortatio à pravâ illâ, quam diximus, jurandi consuetudine, & quemadmodum in juramento assertorio satis est, si quis nec temerè nec scienter juret falsum, sic in promissorio, si quis ea quæ servare potest juret, & postea vel impleat, vel per ipsum promittentem saltem non stet, quò minus juratæ fidei satisfaciatur. Quod verò *Feldenus ad Grot. d. 1.* excipit, juramentum fidelitatis, quo subditus magistratui obstringitur, ex eâ ratione, quòd aliàs pœnæ divinæ & odio Numinis subjiciamur, si quid contrà faciamus, videtur mihi & in aliis juramentis promissoriis procedere posse, veluti si quod debent homines promittant se soluturos, nam dempto etiam juramento, pœnæ & odio Numinis se quis subicit, si non præstet id, ad quod tenetur; idem est in Vasallo præstante juramentum fidelitatis domino feudi; idem in milite jurante obsequium duci; idem in publicis gentium negotiis, dum reges populi que inter se pacem aut fœdera pangunt medio juramento, tenerentur enim absque eo sub reatu iræ divinæ & pœnæ Numinis eadem servare; cum igitur hætenus par sit ratio in omni juramento promissorio, ut si debitum promittamus juratò, præcluso etiam juramenti respectu pœnæ divinæ & odio Numinis subjiciamur, non servando fidem, vel in aliis quoque ju-

ramenti respectu poenae divinae & odio Numinis subijciamur, non servando fidem, vel in aliis quoque juramentis promissoriis dicendum est, quòd salvà conscientià jurare liceat, sin minus alia debet esse exceptionis ratio in homagio subditorum erga magistratus; planè fateor juramentum promissorium non semper continere casus æquè certos, sed id quod juratur, interdum magis, interdum minus esse in arbitrio, jurato promittentis, nam si mercator aliquis utut ditissimus pecuniæ certam summam alicui promittat per juramentum, ac deinde fortuitis casibus non solvendo fiat, immunis equidem est dolo perjurii, sed non à culpâ, debuit enim cogitare humanos casus & quod hujusmodi infortunium contingere sibi possit, ea si quidem externa fortunæ munera non sunt in nostrâ potestate; diversum est si Vasallus juret domino fidelitatem, subditus magistratui obsequium, Rex Regi vel populo inducias, pacem, foedera vel quæcunque pacta, quia ut Vasallus domino fidelis sit, ut subditus magistratui obsequiosus, ut Rex vel Princeps, induciarum, pacis, foederum &c. observans, in ipsius potestate est, nec directè ad contraria cogi potest, quamvis interdum voluntas cedat incusso timori majoris mali; quòd magis igitur futura aliqua sunt in nostrâ potestate, eò securius jurato promitti possunt, & quòd magis abnoxia casui, eò temerarium magis est promissorium de illis juramentum,

adeoque ex præcepto Christi vitandum, non quòd, si sic juratum sit, juramentum non obliget; sed quòd juxta Christi præceptum vitanda sit obligatio ex hoc juramento, quo temerè jurans facile reus fieri potest perjurii, si non ex dolo propositi, sed saltem ex culpâ temeritatis; breviter, ut omne juramentum vel assertorium vel promissorium non ex pravâ quâdam consuetudine, & sine causâ prægnante præstari debet, sic promissorium respectu casuum futurorum, qui non sunt in potestate promittentis quàm maxime vitandum est propter incertitudinem, & eatenus consentire possumus Grotio, sc. abstinendam esse à juramento promissorio respectu casuum ejusmodi non ab arbitrio promittentis, sed à fortunâ pendentium; putem tamen etiam tale juramentum esse licitum, si adhibeantur cautelæ sequentes, 1. ut jurans aliquâ circumstantiâ externâ adigatur vel quodammodò urgeatur ad jurandum, ut puta si ei fides non adhibeatur extra juramentum, necessarium tamen sit contrahere & promittere, vel propter superioris jussu, vel propter publicum aut alioquin singulare interesse, 2. si jurans restringat implementum promissi ad vires suas, ut est expressum in juramento Vasallorum. 2. F. 7. ubi inter cætera Vasallagii capitulata contextus habet: *etsi scivero, te velle justè aliquem offendere, & inde generaliter vel specialiter fuero requisitus, meum tibi sicut potero prestabo auxilium, quâ sane specie si jurans externo ali-*



quo impedimento præpediatur implere promissum; nec de dolo redargui poterit, nec de culpâ temeritatis, quippe, quod de ejusmodi eventu sibi jam prospexerit in ipso juramento, 3. clausula etiam scientiæ adjicienda est, ut si qua talia sint, quæ implere possis, & verò propter ignorantiam non adimpleas, adhuc tutus esse queas à reatu perjurii, sicut quidem exemplo Vasalli constat in præallegatâ formulâ juramenti auxilium promittentis domino, nam & juxta vires promittit, & salvâ reservatione scientiæ. Colligamus igitur ex dictis omne juramentum, sive promissorium sive assertorium hodiernum esse permissum, non tamen sine causâ prægnante jurandum, quia tunc etiam, si necessaria causa adsit, quandoque majoribus cautelis opus esse, ne jurantes incurrant reatum perjurii, vel notam temeritatis. Verùm missis hisce transeamus nunc ad objecta juramenti, quæ cum comitibus antea dictis, præsertim cum justitiâ & judicio haud levem habent confinitatem; itaque primò juramentum fieri debet de re vel factò honesto, nam ut ait *Bonifacius VIII. Pontifex in c. 100. de reg. jur. in 6.* non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum, nec sanè per abusum divini nominis, quod per se peccaminosum est, vel turpe potest fieri licitum, ut si quis juret, se adulterium, homicidium commissurum, furtumve facturum, vel quid simile, cujus rei rationem reddere solent, quod quæ turpia vel inhonesta sunt,

aut bonis moribus repugnant, ea nec facere nos posse credendum sit, ut ait *Papinianus J.Ctus in l. filius. 15. ff. de cond. instit.* Et hæc utique procedunt, dum loquimur de bonis moribus juxta cynosuram juris naturæ, nam boni mores, qui tantùm refragantur juri positivo vel civili quantum ad juramentum non pari auctoritate habentur, velut in materiâ revocationis testamenti jurati donationis omnium bonorum pulchrè declarat *Covarruv. rubr. de test. p. 2. n. 9. & 31.* Quam opinionem intrepidè asserere possumus de jure naturæ vel gentium, licèt ob receptas doctorum sententias nefas habeatur, juramentum valere, contra bonos mores civiles. *dd. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig.* Sed si inspicimus exempla fundi dotalis alienati de consensu mulierum cum juramento, item juratæ hæreditatum renunciationis, *in c. cum contingat 28. extr. de jure jur. & c. quamvis 2. de pact. in 6.* non abs re esse viderur affirmare, juramenta etiam in his valere, quæ jure civili sunt prohibita, quod & confirmat *auth. sacramenta puerum. C. si adv. vend.* jam cum boni mores civiles quæ tales & bonæ leges civiles quæ tales in effectu æquiparentur juxta *l. de quibus 32. ff. de ll.* consequens erit juramentum bonis moribus civilibus adversum ex jure naturæ vel gentium valere, contra illos mores, ut contra leges civiles, à quâ assertionem etiam non alienus est *d. l. Covarruv.* Secundò ex præmissis jam sequitur juramentum versari debere

circa rem vel factum possibile, nam si tantum potest argumentum ex eo quod ob turpitudinem moralem impossibile haberetur, ut juramentum de his talibus interpositum non valeat, quidni multò magis naturà impossibile, si de eo juretur censerì debeat extra omne vinculum obligationis? Sed in hoc tamen & priorì casu dubitari poterit, annon saltem ejusmodi juramentum circa inhonesta vel impossibilia versari & valere possit ad effectum reatus perjurii? Quod non puto, nam si juramentum tale non est verum juramentum ex defectu objecti, nec poterit obligare sub reatu perjurii; pone aliquem jurasse falsificare monetas, quis dicit eum teneri ad implementum? Et tamen certum est tali specie hominis tam malè jurantis, temeritatem poenà dignam esse; igitur existimo, in foro animæ temerè jurantes vel impossibilia vel inhonesta, reos esse profanati numinis vel læsæ majestatis divinæ; de perjurio verò non æquè, si quod malè juraverunt, benè non observent. Sic vides igitur tantum possibile & honesta esse, objecta juramentorum sub tali formà verè obstringentium, impossibile & inhonesta excludi. Quid verò si opinione hominis jurantis quod impossibile est possibile credatur, & quod inhonestum honestum? Ex re judicandum esse censeo, præcipuè circa honestum vel inhonestum, quippe quod ex lumine rectæ rationis constare debet, non opini-  
one hominis, aut verò circa possibi-

le aut impossibile, alià distinctione opus est, nam quædam absolutè talia sunt, de quibus judicandum ex naturà nec hominum opinioni ullus locus relinquendus, veluti si jures te mortalem non fore, vel vivum evolaturum ad cælos, non est enim verosimile, quenquam ita supinum vel absurdum fore, qui nesciat hæc talia ultra vires humanas jurari; quædam verò sunt secundum quid impossibile, de quibus constat ad actum perducì posse, an verò viribus jurantis non æquè, in quo genere est, si quis v. g. juret, se profecturum intra biduum ad locum aliquem viginti Germanicis milliaribus distantem, etsi enim ea res per se fieri possit, & de facto sæpè ab expeditis cursoribus majora viarum spatia intra hoc tempus absolvantur, tamen an jurans æquè id præstare possit, dubium esse potest. Quæ igitur sunt naturaliter impossibilia prioris generis, non inferunt vinculum juramenti, aut si non servantur, perjurium in externo foro, impossibilium enim, ut ait *Celsus in l. 185. ff. de reg. jur.* nulla est obligatio, adeoque non juramenti de re impossibili præstiti; secus se res habet in his, quæ sunt de posteriori genere; nam quemadmodum quis promittendo summam facultatibus suis majorem obligatur, sic & promittendo factum per se possibile, sed viribus suis majus, unde jure civili succedit in facti obligationibus, si promissum non impleatur præstatio pecuniaria ejus, quod interest, certè apud Deum & in foro

com-

- conscientiæ quicumque impossibile aliquid vel sibi vel naturâ vel honestate tale juratò promittit, minimè excusandus est à profanari Numinis reatu, vel enim scivit se tale aliquid jurare, quod ad actum perducì non possit, aut valdè difficulter & dubitanter possit, vel scire saltem debuit;
- 67 in assertorio juramento diversitas est respectu eorum, quæ naturâ, quæque honestate vel moribus impossibilia sunt; etenim quantum ad naturâ impossibilia, juramentum permissum non est, quia satis constat jurando perjurium committi, præsertim, si loquimur modo dicto de absolute impossibilibus; sed impossibilia respectu honestatis vel morum, longè alia ratio est, hæc enim etsi ut fiant, ex prædeductis, ne quidem juramento rectè promitti possint, tamen jurari facta esse nulla honestas prohibet, idque sive quis de se sive de aliis juratò tale quid asserat. Ex hætenus verò dictis constat, species juramentorum non tam respectu formæ, quæ quoad vim obligandi, ut in exemplis juramenti execratorii & contestatorii diximus, eadem est, quàm objectorum, discerni debere; aliud nimirum est juramentum promissorium, quod res vel facta futura pro objecto habet; aliud assertorium, quod res vel facta præterita; quibus Dd. addere solent speciem, nempe juramentum confirmatorium, de quo peculiari libro pluribus agit Gutierrez Hispanus JCrus; ast verò de jure gentium & absolute loquendo, juramentum confirmatorium pro diversitate circumstantiarum ad alterutram speciem vel promissorii vel assertorii reduci posse videtur, nam qui confirmat actum vel negotium, aut in futurum promittit ratum fore, aut de præterito asserit valuisse, si non secundum se, saltem ex confirmantis consensu & auctoritate. Interpretatio in juramenti non tam est desumenda ex vigore verborum, quàm verosimili jurantis mente, & cum quodam temperamento æquiritatis, si alii sit juratum, hinc pulchrè Celsus ait. *in l. si libertus ff. de op. lib. Si libertus ita juraverit, dare se quot operas patronus arbitratus sit non aliter ratum fore arbitrium patroni, quàm si æquum arbitratus sit, & ferè eam mentem esse personam arbitrio substituentium, ut quia sperent eum rectè arbitraturum id faciant, non, quia vel immodicè obligari velint*: Secundum quæ rectè dici poterit, nec Vasallorum nec subditorum juramenta ad immodica servitiorum onera trahenda esse. Cæterum ubi versamur in claris, capitula jurata servanda sunt ad unguem; licèt dura videantur, vel enim facilitati vel fortanæ suæ imputare debet, qui taliter jusjurando se obstrinxit, dummodò quæ juravit, inhonesta non sint nec impossibilia, neque dubito quin juramenta in specie impleri debeant, cessante implemento per æquipollens, hinc in obligationibus facti, licèt quis regulariter liberetur solvendo interesse ex communi sententia Dd. *ad stipulationes non dividuntur ff. de verb. oblig.* cui equidem nonnulli

recentiores contradicunt, quâ de re nunc non disputo, aliud tamen volunt obtinere adjecto obligationi juramento, sc. ut hoc casu promissio impleri debeat specificè, prout consuluere *Jason. vol. 1. conf. 9. Alex. Imol. vol. 2. conf. 91. n. 6. Romanus Zaf. & al. dd. in d. l. stipulationes non dividuntur.* Nec moramur illud vulgatum: quòd juramentum non muret naturam actus cui apponitur, quia respondet

74 benè *Zaf. d. l.* nimirum etsi juramentum non soleat operari ultra speciem actus vel negotii, cui adjicitur, strictius tamen vel intensius obligare posse. Huc pertinere videtur & illa species, quâ qui solvere promisit sub juramento vult compensare, hoc enim fieri non posse communiter docent Canonistæ *ex c. ad nostram 7. extra de jurejur.* Sed contrariam sententiam defendit *Barth. in l. amplius ff. rem ratam hab. aliq. plures, relati à Covarruvia in relect. c. quamvis. de pact. in 6. p. 1. §. 4. n. 16.* cujus rei probabiles rationes reddit ibi *Covarruv. n. 17.* quarum hæc summa est, quòd solutionis vocabulum sub se comprehendat compensationem, *l. si debitor. ff. qui pot. in pign. hab.* usque adeò ut & ultimæ voluntates, quamvis specificè implendæ admittant compensationem vice solutionis, *arg. l. Marius. & l. qui heredi ff. de cond. & demonstr. junct. l. si peculium §. quod heredi. ff. de statulib.*

76 *Zaf. in comment. Pand. ad tit. de compens. n. 19* Hoc idem dicendum arbitror secluso jure civili, quòd jure gentium æquum sit, ut compensatio habeatur pro specie solutionis; diversum si juramentum adhibeatur compromisso; etsi enim hoc quoque per solutionem pœnæ satis videatur observatum à promittente, quod ex dispositione juris positivi assertum eunt, *Card. Zab. conf. 92. n. 14. in fin. & ex eo Tusch. tom. 4. conclus. pract. 527. n. 7. Lit. I. vid. Nov. 82. c. XI.* vereor tamen, ne aliud dicendum sit vel de Jure Canonico, vel saltem ex simplicitate juris gentium, juxta quam forma illa compromissorum Justiniana non æquè obtinet: In summâ juramentum promissorium inducit obligationem præcisam ad observandum id quod juratum est, quâsi quidem tamen ut jam diximus regulam accipit à naturâ actus cui adjungitur, testamentum per se & ex naturâ suâ revocabile appposito jurejurando non fit irrevocabile, idque auctoritate rescripti Imperatorum Severi & Antonini, cujus sit mentio *in l. si quis §. divini ff. de leg. 1.* Nec donationem quidem mortis causa juramentum irrevocabilem facit, nisi expressè addita sit clausula de non revocando, de quâ *in l. ubi adhuc ff. de don. mort. caus.* adeoque juramentum de non revocando respectu testamenti & mortis causâ donationis diversos parit effectus, nam prior consideratione in foro externo non obligat, benè verò in posteriori; sed neque hoc discrimen in foro conscientie vel etiam de jure gentium admittendum puto, cum tale juramentum servari possit, nec repugnet honestati naturali, licet dispositioni juris positivi, at talia juramenta servanda & consequenter valida tradunt

- dunt Canonistæ in d. c. cum contingat,  
 79 & d. c. quamvis. Præterea certum est, juramentum intelligi debere: *rebus ita stantibus*, ac propterea si notabilis emergat diversitas status rei, unde verosimiliter dici queat, huc non collimasse intentionem jurantis, nec eò ex porrigi debebit vis & obligatio juramenti, exemplum sit in donatione omnium vel partis bonorum, si donator postea suscipiat liberos, quia revocari donatio ista poterit juramento non obstante, juxta *Barr. Bald. & Cuman. in l. Titia Sejo S.*
- 80 *Imperator ff. leg. 2.* quod quidem perpensâ ratione defendi poterit, quia nec votum, etsi non sit minoris virtutis juramento, ad præjudicium liberorum subsequentiū ita strictè valet. Vid. *Hosienf. Sylvestr. Navarr. & alios cit. Sanchez. de matrim. lib. 10. disp. 9. n. 15.* Unde *August. in can. ult. 17. quæst. 4.* probat factum Aurelii Episcopi Carthaginensis, quod donatori liberis destituto, quos postea susceperat, res donatas reddiderit, & subjicit potuisse retineri verum jure fori (quia sc. ex veriori sententiâ dispositio *l. si unquam C. de revoc. don.* haud obtinet contra Ecclesiam) sed
- 81 non jure Poli. Planè ex præmissis facile colligas: actus per se illicitos, quive bonis moribus atrentâ juris naturæ ratione repugnent, per juramentum haud convalescere, quod idem etiam dicendum, si quid publicæ utilitatis causâ directè prohibitum sit, juramento enim non potest fieri licitum, vid. *Zaf. ad tit. Pand. de jurejur. n. 65. & seq.* Sed quid si

actus sit lege prohibitus principaliter respectu privatorum? Si ad favorem jurantis, juramentum facit illicitum validum etiam in foro externo, ut est exemplum in minore jurato promittente *d. auth. sacramenta puberum*, item in muliere Vellæano SCto renunciante aut hæreditari paternæ, *Zaf. d. l. n. 67.* sin propter adversarium fortè propter creditoris odium non æquè ut in Macedoniano SCto in usuris in lege commissoriâ circa pignora vel feuda, quales actus jusjurandum non potest facere validos, licet juramentum eatenus videatur valere, ut ab eo impetranda veniat absolutio. *Covarr. in d. c. quamvis p. 2. §. 3. n. 6.* illud indubium est, omne juramentum esse personalissimum, nec quenquam constringere sub reatu perjurii, nisi jurantem, unde hæredes vel successores ad summum obligat specie pacti, ut si contraveniant haud possint pro perjuriis haberi, quâ de re plura in *lect. publ. ad tit. de pact.* Denique quod ad contraria attinet, notandum, juramento adversari præter turpia impossibilia & prohibita omne id, quod dolo alterius incusso metu aut errore jurantis causam dedit jurandi, *text. & dd. in d. c. quamvis & d. auth. sacramenta puberum.* Sed & relaxatio à juramentis stricto jure forsan subsistentibus impetrari poterit, sive per judicem Ecclesiasticum *c. 1. c. verum extr. de jurejur.* ad effectum liberationis à vinculo conscientie, sive per secularem, ad effectum ne obstat in foro externo *l. fin. in pr. ff. ad municip.* quod pertinet

net etiam Imperii constitutio de relaxatione à juramentis ad effectum agendi, quam exhibet *Ord. Cam. p. 2.* *iii. 24.* Hæc verò de materiâ præfenti satis amplissimâ succinctè dicta sufficiant.

## C A P. XXVIII.

DE JURE VICTORIS IN VICTOS  
EORUMQUE BONA.

## S U M M A R I A.

*Num. I. Victoria quid sit? 2. 3. 4. & 5. Victoria etiam non vi armorum parva verè talis est. 6. Victoria variè obienta suos habet de jure gentium effectus. 7. & 8. Victoria duplex est belli & praelii. 9. usq; 13. Victoria praelii effectus. 14. usq; 18. Victoria belli effectus. 19. usq; 22. Deditio in fidem formula declaratur. 23. Victoria extendi non debet ad inhonestas actiones; 24. Victoria populi Israëlitiçi usus severior non ad regulas juris gentium pertinet. 25. Victor jure petit sibi dedi belli authores. 26. Victoria ad violationem sacrorum extendi non debet. 27. Hujus rei limitatio. 28. & 29. Victoris jus in bona profana partis victa declaratur. 30. Victor quod ex jure suo remittit victis gratia est non obligationis ex jure gentium. 31. Victor an possit exigere debita hostium? 32. Victoria premia quatenus sociis communicanda? 33. & 34. Victoria haud tribuit jus irrevocabile victori citra pactum cum victo, qui non venit in potestatem.*

**V**ENIMUS ad jura victoris in victos, quandoque enim non pace aut foedere, sed victoriâ bellum accipit finem, quod tunc accidit, si non æquo Marte armis disceditur, sed pars altera admodum prævalet; cujus rei etsi gradus sint ex infrâ dicendis, in genere tamen definire possumus victoriam, prevalentiâ armorum in hostes, non quòd præcisè oporteat acie superatos esse, ut pars altera censeatur victrix, sed quâcunque ratione id contingat, satis erit; Fabius Maximus sedendo Annibalem debellandum censuit, dum pulchrâ ad Æmiliû Consulem oratione apud *Liv. lib. 22. histor. in Italiâ, inquit, bellum gerimus, in sede ac solo nostro, omnia circa plena civium atq; sociorum sunt, armis, viris, equis, commeatibus juvant, ju-*

teat acie superatos esse, ut pars altera censeatur victrix, sed quâcunque ratione id contingat, satis erit; Fabius Maximus sedendo Annibalem debellandum censuit, dum pulchrâ ad Æmiliû Consulem oratione apud *Liv. lib. 22. histor. in Italiâ, inquit, bellum gerimus, in sede ac solo nostro, omnia circa plena civium atq; sociorum sunt, armis, viris, equis, commeatibus juvant, ju-*

vabunq̄, id jam fidei documentum in adversis rebus nostris dederunt, meliores, prudentiores, constantiores, nos tempus diesq̄ facit; Annibal contra in alienâ, in hostili est terrâ, inter omnia inimica infestâq̄, procul à domo, procul à patriâ, neq̄ illi terrâ, neq̄ mari est pax, nulla eum urbes accipiunt, nulla moria; nihil usquam sui videt, in diem vapo vivit, partem vix tertiam exercitus ejus habet, quem Iberum anem trajecit, plures famas quàm ferrum absumpsit, nec his paucis jam victum suppeditat, dubitasne igitur, quin eum sedendo superaturi simus, qui senescat indies? non commeat, non supplementum, non pecuniam habeat? Huc pertinet Samnitium de Romanis victoria ad Caudium, & omninò illa vincendi ratio, quæ consilio debetur non pugnae militum; Novies se à divo Augusto, Tiberius ait, in Germaniam missum, plura consilio, quàm vi perfecisse, sic Sugambros in deditionem acceptos, sic Sævos Regemq̄ Maroboduum pace obstrictum. Tacit. lib. 2. annal. hoc genus victoriae superiori seculo Batavi respexerunt, cum ab obsidione Lugdunensi Hispanicus exercitus non certamine sed claustris aquarum referatis arceretur, quâ de re elegantes extant apud Meteran, versus, lib. 5. histor. Belg.

Lugdunum cingit Batavorum miles Iberus,

A Batavo contra cingitur ille mari.

Non opus est gladiis ferroq̄, regentibus armis,

Sola pro Batavo belli gerantur aqua.

Et paulò post:

Invenis ratio sine sanguine pellere longè

Hostilesq̄, morus, Hesperiumq̄, jugum.

Tolle metus Hispanæ fugæ, & ne respice terras,

Pro quibus Oceanus pugnat & ipse Deus.

Quin etiam victoria nec consilio, nec virtute parta, sed vi superiore ac divinâ obveniens, veræ victoriae nomen meretur, qualis in sacris fuit Josaphati Regis contra Edomitas, Moabitæ & Ammonitas 2. Paral. 20. item Hiskiaæ Regis contra Assyrios ab Angelo prostrigatos 2. Reg. 19. 2. Paralip. 32. & apud Esaj. 37. Talis etiam in profanis historiis fuisse fertur Marci Antonini Imperatoris contra Cattsos & Marcomannos, de quâ Claudianus hisce versibus:

Laus tibi nulla ducum, nam flammens imber in hostem

Decidis, hunc trepidum dorso fumans ferebat

Ambustus sonipes, &c.

Ex quibus omnibus constat, victoriam seu virtute, seu consilio, seu divinitus obtentam debitos jure gentium effectus habere, etenim hosti tandem armis prævalere sufficit, quamvis eundem armis non deviceris, sed aliâ quacunque ratione superior sis; neque distinguendum est, an conjuncta sit virtus militaris divinæ protectioni, ut in bellis Josuæ, Gedeonis, Davidis Assæ, aliorumque populi Israëliti Regum vel Ducum in sacris antiquis, & in Ecclesiasticis historiis Constantini ac Theodosii Imperatorum, de quo posteriore ob victoriam admirabilem contra Eugenium & Arbogastum versus extant:

*Q. vinium dilecte Deo, cui militat ether,*

*Et conjurati veniunt ad classica venti:*

an verò solis casibus miraculosis victoria fuerit reportata, qualis fuit Josaphati *d. l.* omnibus enim hisce modis victor gaudet jure in victos de quo loquimur. Planè in ipsa victoria, gradus discernendi sunt, ut victor in victos, eorumque bona pro modo victoriae jus magis habeat aut minus, quàm in re non super habenda est distinctio in victoriam belli & praelii: Annibal, teste *Liv. lib. 30. histor.* in curiâ Carthaginensium se non acie solùm, sed & bello victum à Scipione fatetur; contra Tacitus, etiam Arminium Cheruscorum ducem ingenti praelio superatum referat à Germanico *Cæsar. lib. 2. annal.* eidem tamen testimonium sub finem illius libri insigne tribuit, quòd *haud dubio fuit liberator Germaniæ, qui non primordia populi Romani sicut alii Reges ducens, sed florentissimum imperium lacepsit, praelius ambigans, bello non victus.* Quæ cum ita fate habeant, satis apparet, victoriam praelii non esse plenam, cum & qui praelio sæpè vicere tandem bello succubuerint, vel ad extremum æquo Marte aut saltim dubio bellum dereliquerint, ut contigit hoc seculo in bello tricennali Germaniæ; Perseus Macedoniæ Rex, quamvis inter initia belli Romanis extiterit superior, adeò tamen absuit à plenâ victoria, ut equestri praelio victi Romani, cum eo non aliter pacem facere voluerint, nisi & de se & de universâ Macedoniâ arbitrium

Senatui Romano permetteret. *Liv. lib. 42. histor.* Est igitur, ut ad rem ipsam revertamur, victoria praelii non absolute consideranda, sed quoad illos effectus, quos victor in eo statu ex prævalentiâ armorum consequi potest, veluti quoad captivitatem hostium aut direptionem rerum hostilium, occupationem urbium, & quæ similia sunt, sic Ferdinando Tertio parva contra Suecos victoria, obsessæ urbis Nordlingæ deditioem attulit; sic Bannerio V Verbenum fortalitium traditum ob victoriam Witsstochiensis, idemque in aliis exemplis. Sanè hæc talis victoria multum facti continet, quia pars victa plerumque de restitutione belli cogitat, adeoque consensu suo non plus permittit victori, quàm re ipsâ ademerit, vel ceperit; notabile hic est Romanorum exemplum, qui ad Cannas maximâ clade victi nullas tamen admiserunt pacis leges, sed vel legatos ab Annibale missos ante solis occasum è finibus Romanis excedere iusserunt, hinc etiam confectior est, victoriam praelii non esse nisi viam ad ultimam belli victoriam, quâ nisi rectè victor utatur, omnes fructus illius corrumpi oportet, prout post Papiensem victoriam Dux Albanus Carolo Quinto Imperatori pulchrâ oratione ostendit apud *Guiccardi. lib. 16. histor.* Habet tamen praelii victor exercitium juris belli in victos, ut dum adhuc vi resistunt, eos jure occidere possit, vel deditos donec lytrum solvatur, moribus hodiernis iustitiam detinere, sic & res capta ex hostibus



sibus compendio victoris cedunt, & omnimò illa, quæ suprà diximus in bellis licet, ad hunc locum de victoriâ prælii vel hostilis certaminis pertinent, qualia si victor non vindicet jus victoriæ corrumpere vel negligere censendus est, quâ de re Maharbal, Annibalem ad Cannas victorem admonuit, imò, inquit, *apud Liv. lib. 22. histor. ut quid hac pugna sit actam scias, die quinto victor in Capitolio epulaberis, sequere cum equite, ut prius te venisse quam venturum sciant, & cum ille tergiversaretur longioris itineris impedimentum causatus, non omnia nimirum, reponebat Maharbal, eidem dū dederunt, vincere scis Annibal, victoriâ uti nescis: Liv. ibid.* Itaque effectus victoriæ prælii & fructus est in usu, uti prius diximus; non tamen victori promiscuè omnia permilla sunt in eos, quos acie vicerit, sed sub moderamine juris gentium victoriâ utetur, ut sc. quos semel in fidem receperit, non temerè interficiat, neque corpora captivarum violet, quid enim peccavit pudicitia, ut in hoste vim patiat? Orgiagonis reguli Gallo-Græci uxori captivæ, cum vis fieret à centurione Romano, cæde fertur stupratoris, maculam ultra fuisse, quod memorabile facinus refert *Liv. lib. 38. histor. victoriæ belli plenior est effectus, attamen pro varietate circumstantiarum non unus idemque nam vel pactione restricta est vel absoluta, specie priori non plus juris victor acquirit, quàm ei pacto fuit concessum, hinc Ætolorum legatus Phaneas cum Acilio consule*

Romano disputat, *non in servitutem sed in fidem Ætolos sese tradidisse, Liv. lib. 36. histor.* huc & omnes illi casus referendi sunt, quibus victi non penitus in victoris potestatem venere, sed libertatem ex pacto vel omnimò retinent, vel certis conditionibus restrictam, ut accidit in bellis Punicis primo & secundo, Philippi item & Antiochi aliisque pluribus, quibus res Romana armis superior fuit, nec tamen bellum finitum exitio gentis aut subversione imperii. Victoria belli plena ut in se major & absoluta est, sic majus & plenius jus tribuit victori; Huc respexit Scipio Africanus, dum ad Masanissam: *Syphax, inquit, populi Romani auspiciis victusq; captusq; est, itaq; ipse, conjunxer, regnum, ager, oppida, homines, qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani est;* Verum in hoc argumento, bene secernere oportet id quod iure gentium victori licet, ab eo quod magè humanum est ac gloriosum, jus sanè habet victor interficiendi hostes, qui venere in potestatem absque pacto securitatis vel deditioe, ut verò eo jure promiscuè & in omnes utatur, inhumanum est, & propterea nec probanda Lacedæmoniorum in Plataenses deditos sævitia, quos *Thucydide lib. 3. de bello Peloponn. teste, omnes interfecerunt, nec Corcyreorum in Corinthios captivos imitanda crudelitas, dum vicos per dispositos armatos trucidarunt. Thucyd. lib. 4. nec Romanorum seu Fulvii saltem consulis in Campanos Capuano Senatu post occupationem*

ejus urbis securi percussio. *Liv. lib. 26. histor.* nec Germanici Cæsaris in Chersucos militibus, ut eam gentem acie victam internecione occiderent præcipientis, sic enim finem fore bello *Tacit. lib. 2. annal.* Certè hæc & id genus alia exempla, uti ostendunt stricto jure gentium permissam esse cædem hostis capti, nunquam enim querela fuit, in hujusmodi casibus, jus gentium violatum, ita & fervore & cupidine ultionis, partim etiam curâ ac sollicitudine futurorum eventuum, quibus victor sibi prospicere voluit, processisse satis constat; præclarior longè & gloriosior Cæsaris Octavii sententia ex Appiano refertur, apud *Grot. lib. 3. de jur. bell. & pac. c. 20. §. 50. cum eo, in-* quientis, quod hostes deditos pati dignum sit, simul jam & alterum spectandum, quid victorem facere par sit, atq. hoc se præferre; hujus clementiæ celebre etiam est Alexandri Magni exemplum in Poro capto, cui ex Regiâ majestate nihil ferè præter nomen ademptum. De formulâ deditiõnis in fidem, & Græcis & Romanis bellis olim frequente, *Grot. d. l. ait,* eâ nihil aliud quàm deditiõnem meram intelligi, neque fidei nomen his in locis aliud significare, quàm ipsam probitatem victoris, cui se victus committit, quod & Polybio conveniens esse videtur, apud Romanos idem valere, dicenti, se in fidem alicujus committere, & victori de se statuendi liberam facere potestatem; ast verò in Phaneæ historiâ deditiõnis in fidem & in servitutem discrimen est ex-

pressum; Quid ergo? Contraria esse non puro formulam deditiõnis in fidem, & victoris arbitrium complecti, & simul temperamentum æqui bonique; cum ea sit verosimilis mens arbitrio quid committentium, quod existiment, eum cui arbitrium deferunt, rectè arbitraturum, non quia vel immodicè obligari velint, juxta Celsum in *l. si libertus ff. de oper. libert.* quâ de causâ victor virtute deditiõnis in fidem, victoriâ non debet uti insolenter, sed tali moderatione adhibitâ, ut quæ citra detrimentum publicæ securitatis permitti possunt, victis permittat; enimverò si tale quid imperet, sine quo fructus victoriæ corrumpetur, patienter ferre debent victi, & obtemperare, quatenus possunt; hinc Ætolorum reluctantium causa contra Acilium imperantem, ut authores defectionis dederentur, magis exacti difficultate, quod se iidem non fuerint in potestate Ætolorum, quàm præcisâ deditiõnis in fidem formulâ defendi posse videtur, quod quidem non ed dictum velim, quasi vel Acilius consul rectè ad morem Romanorum, vel Phaneas legatus ad morem Græcorum deditiõnis interpretationem retulerit, hæc enim ab æquitate juris gentium desumi debuit, non alterius partis consuetudine, unde res postea etiam fuit integra, vel consuli Romano, ne in deditiõnem more Græcorum intellectam consentiret, vel Ætolis, ne se absoluto victoris arbitrio permisisse viderentur; verbo nihil actum fuit,

22 fuit, sicut accidit, quoties partes dissentiunt circa rem, idque etiam isto casu eventus docuit, dum Ætoli quasi re infectâ, utrunque attritis rebus denud ad arma concurrerunt, donec intercessione Quintii consularis viri inducias, & postea in Senatu Romano, intercedente Atheniensium legato, pacem impetrassent. Jus itaque victoris ex præmissis est, ut in deditioe absolutâ illimitatum imperium exercere possit in deditos, in restricta non æquè, sed juxta legem conventionis, in omni tamen deditioe, nisi ad rempublicam confirmandam severiori exemplo opus sit, benignitatis & clementiæ victorem convenit esse memorem; hæc summa est eorum, quæ diximus, planè quæcunque fuerit victoria, extendi non debet ad inhonestas actiones, nec igitur victor jure gentium abuti potest ad raptus, ad supra honestarum foeminarum, neque ad cædem infantium, aut ejus ætatis hominum, qui bellum nec excitare nec adjuvare potuerunt, scitè Camillus apud Liv. lib. 5. histor. ad ludimagistrum, qui Faliscorum pueros perhidè traditum venefat; arma, inquit, habemus non adversus eam ætatem, cui etiam capis urbibus parcitur, sed adversus armatos & ipsos, qui nec lesi nec lacessiti à nobis castra Romana ad Vejos oppugnârunt. Neque contraria exempla Israëlitarum, qui 23 gentes Canaan vel alios hostes sine discrimine sexûs vel ætatis internectione deleverunt, qualia in sacris non uno loco legimus, ad genera-

lem juris regulam pertinent, sed ad singularem divinæ ultionis jussu, aut si fortè sine mandato divino tale quid contigerit ad historicam severitatem vel crudelitatem referri debet, non ad imitationem, quo numero putem esse Davidicæ victoriæ usum adversus Ammonitas 2. Samuel. vers. 29. & 31. ac 1. Chron. vers. 3. Planè 25 gentium juribus magis convenit, ut in belli auctores vel concitatores victor animadvertat, quod Romanis solenne fuit, hæc sc. res pertinet ad securitatem pacis, ne ex impunitate priorum motuum ab inquietis belli parariis de novo violetur: quo sine in pace Antiocho datâ Annibalem ante omnia poposcere Romani, quod nusquam sibi liqueat, ibi pacem fore populo Romano, ubi Annibal fuerit. Porro victoris jus extendi minimè debet ad violationem templorum vel rerum sacrarum, aut ad religionem pertinentium; nec enim Deo, cui victor victoriam debet, tam mala gratia in fine belli referenda, ut templis vel rebus ei ad cultum dicatis vis fiat, quin & durante bello, quatenus possunt, hisce parcere belligerantes ex suprâ deductis satis liquet, eaque jura inter Christianos imprimis sanctè sunt colenda; gentilium planè templa, imagines, idola, & quæcunque ad superstitionem talem pertinent, quia Deus verus creator cœli & terræ his non colitur, haudquaquam à victore conservanda, sed potiùs 27 confringenda ac corumpenda sunt. 28 Quantum ad bona victæ partis pro-

- 28 fana, jus victoris ex qualitate victoriæ metiendum est, si enim absoluta sit & plena, omnia bona victori acquiruntur, idque est, quod paulò antè de sententiâ & victoriâ Scipionis contra Syphacem ex Livio attulimus, & quod suprà in materiâ de bellis, an res captæ in prædâ sint, vel victori, cujus auspiciis bellum geritur, cedant, distinximus; quòd si victoria sit restricta, eatenus victor ex bonis victi acquirit, quatenus aut bello occupavit, aut per pacis tractatus post victoriam obtinuit, quocirca etiam victo captoque Rege victor non acquirit jus regni, nisi id ipsum etiam armis subegerit, vel pactione
- 29 consecutus sit? Franciscus I. Galliarum Rex ad Papiam victus captusque erat, non tamen eapropter Carolus Quintus victor jus in regnum Galliæ acquisivit, quin potius ex captivitate Franciscus Rex rescripsit, ne sui amplius velut mortui in administratione regni haberetur ratio; quod exemplum insigne est circa regnum successivum, sed adhuc facilius in electivo idem procedit, nemo enim v. g. dubitavit victo captoque à Persis Valentino Imperatore, imperium Romanum adhuc pristini juris mansisse, & jus ad Saporem Perfarum Regem nonnisi in personam captivi Imperatoris transiisse, haud quaquam in imperium Romanum, quod ipsum & in Rege absoluto, si veniat in potestatem hostis, ut quondam Bajazethes in potestatem Tamerlanis, admittendum est, nec immeritò, quoniam casus civitatis facile comparatur morti, ut exemplo Regis Francisci modò diximus. In omnibus autem casibus 30 victoriæ, quicquid victor victis remittit ex jure suo quæsito, sive circa personam, sive circa res, gratiæ est & voluntatis, non obligationis ex jure gentium; quod Alexander Magnus de se respondit Darii Legatis apud Q. Curtium lib. 4. *histor.* Illud insuper disquiri potest, num victor debita hostis victi exigere, & jure gentium debitores ad solvendum compellere possit? Sic dicendum videtur, quia in omnia bona adversarii, victori jus est; sed sub universitate bonorum comprehenduntur etiam numina & obligationes, hinc Alexander Magnus obligationem centum talentorum Thessalis debitoribus Thebanorum jure victoris donasse fertur, huc & *Instr. Pac. Germ. art. 4. §. debita* collimat, ut sc. debitores, qui violentâ hostium exactione compulsi sunt debitum solvere, realem solutionem & violentiam exactionis probantes, haud aliter viâ executivâ conveniri possint, nisi intrâ biennium, de exceptione harum irrelevantia constititerit. Quid de sociis belli dicendum, an his victoriæ præmia communicanda? Sic arbitror, si æqualis sit societas & communibus armis victoria impetrata, alioquin fœdere inæquali, ut inter Romanos & socios Latinos, vel etiam si ab uno solo reportata sit, ut superiori seculo à Carolo Quinto contra Gallos, diversum jus erit, victoriæque fructus, qui solus vicit, citra communicatio-
- 31
- 32
- nem

33 nem quæ socijs sibi soli afferet. Denique illud expeditum est, victoriam non tribuere jus irrevocabile in bona victi occupata, si is nec venerit in potestatem victoris, nec ex post facto consenserit, datur enim victo jus sua bello repetendi, uti videmus in exemplis Masanissæ à Syphace victi & regno pulsi, postea Romanis armis restituti & victoris, item Ferdinandi Arragonii à Carolo octavo Galliarum Rege exclusi possessione

regni Neapolitani, postea bello recuperati, unde ista specie pactio tribuit jus fortius ex consensu, sc. respectu paciscentis, non respectu tertii, cui pactum alterius præjudicare nequit; hinc Franciscus Sfortia contra Gallos paternum Mediolani principatum jure gentium bello vindicare potuit, quamvis frater Maximilianus eundem Galliarum Regi post pugnam ad S. donatum cesserit. Hæc verò de jure victoriae hætenus dicta sufficiant.

## C A P. XXIX.

DE REBELLIONE GENTIUM  
DE VICTARUM.

## SUMMARI A.

*Nam. 1. usq. 7. Rebellio an & quatenus jure gentium probetur? 8. Anni Prætoris Latini oratio ex Livio refertur. 9. & 10. Rebellare an permissum sit victis, quibus antea jus belli ademptum salva libertate? 11. & 12. Rebellionis causa ex parte gentis cui libertas relicta. 13. usq. 18. Rebellionis in victoria effectus sub distinctione referuntur.*

**P**rimâ facie materia hujus capituli videtur concernere merum factum, non jus gentium quod rebellionem dicitur, cui argumento erit, quod supra diximus, subditis rebellibus adversus imperantes non esse jus belli, quo sensu rebelles declarat *Henr. VII. Imp. in extrav. qui sint rebelles*, ubi hoc nomen pro synonymo accipit cum infidelibus Imperii, qui quomodocumque contra Impera-

toris honorem & fidelitatem rebellionis opera faciunt, & contra Imperii prosperitatem aliquid machinantur, contra Imperatorem & officiales ejus in his, quæ ad commissum officium pertinent rebellando nomen rebellionis habent; quâ ex declaratione satis patet, rebellionem involvere quandam subjectionis speciem, cum hi qui juramento fidelitatis devincti sunt, perfidè agunt

gunt; & res novas moliantur, contra Imperatorem vel imperium; Latinis legatis id exprobratum ab Tito Manlio Consule, cum contra foedera priora Consulem alterum ex sua gente creari poscerent; Haccine, inquit Manlius, foedera Tullus Romanus Rex cum Albanis patribus vestris Latini, hac Lucius Tarquinius vobiscum postea fecit? Non venit in mentem pugna apud Regillum lacum, aded & cladum vestrarum veterum & beneficiorum nostrorum erga vos obliti estis. Liv. lib. 8. *hister.* Verum quia victoriae gradus sunt, & interdum bello inferioribus jus armorum permittitur, ut in responso Aemilii Praetoris ad Samnites: *Quod ad Sidicinum attinet, nihil intercedi, quod minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium sit, Liv. d. lib. 8.* poterit sane justis causis intervenientibus jure gentium tali specie rebellio admitti, quod verum arbitror, non tantum, jure armorum expressè reservato, sed etiam nominatim non adempto, quod Romani apud Liv. d. l. respondent Samnitibus, petentibus, ut populatione agri sui Latinos Campanosque arcerent, vel armis coercerent: *Campanorum, ajunt, aliam conditionem esse qui non federe, sed per deditionem in fidem venissent, itaque Campanos, seu velint seu nolint quieturos, in federe Latino nihil esse, quod bellare cum quibus ipsi velint prohibeantur;* nec solum interpretari debemus hoc arbitrium contra tertios, sed contra ipsum victorem, si postea de novo laedat; Philippus Macedoniae Rex cum diu jam bello victus pacis leges accepisset, non cum Mare-

nis, inquit, mihi aus cum Exone dissepacio est, sed etiam vobiscum Romani, a quibus nihil aequi me impetrare jam diu animadverto, &c. ubi, post longam gravaminum expositionem subjicit in fine: quo in numero me apud vos esse velitis refert, si tanquam inimicum & hostem, insectari pergite, ut coepistis facere, si aliquis respectus est mei ut socii atque amici Regis, deprecor ne me tanta injuria dignum judicetis, nec dubius fuisse Philippum fertur, quin rebellandum esset. Liv. lib. 39. *hister.* Sic Sabinos, Aequos, Volscos, Samnites totque alios populos bello victos ex subnascentibus causis saepius rebellasse legimus adversus Romanos victores, nec de jure iterandi belli, sed de causis sine justificatione nec ne, ambiguum; fuit, quod idem in Saxonum historia Carolo Magno saepiusculè rebellium deprehendere licet; in summa duo sunt distinguendi casus, vel enim victoria est absoluta, & tunc victi sunt subditi, nec rebellionis habent facultatem, cum ipso facto amiserint jus armorum, vel est restricta, & pacis conditionibus certis a victore obfirmata, atque ista specie ex causis novis rebellare, hoc est novum bellum inchoare licet, si modò causae sint praegnantiores, quarum nomine haud fatishat, nec jus armorum disertè victis ademptum; Planè quod Romani l.c. apud Liv. dicunt Latinis vi foederis non prohibitum, cum quibus bellare velint, ex Politica magis ratione dissimulandi imminens bellum Latinum, quam jure gentium factum censeri debet; Latini enim, quam

fuerint restrictæ conditionis circa jus armorum prodit Annius prætor Latinus; *Bellum*, ait, *nostro nomine cum Pelignis gessimus, qui* (Romani sc.) *ne nostrorum quidem finium per nos tuendorum jus antea dabant, nihil intercesserunt; Sidelimos in fidem receptos, Campanos ab se ad nos desisse, exercitus nos parare adversus Samnites federatos suos audierunt, nec moverant se ab urbe, unde hæc illis tanta modestia, nisi à conscientia virium & nostrarum & suarum.* Liv. d. lib. 8. Difficilior illa quæstio est, si victor conditionibus pacis victo quidem libertatem legum relinquat, sed arbitrium belli adimat, an tunc ex causâ superveniente ac prægnante rebellare permissum? Affirmandum hoc puto, quia victor præbendo causas novæ & gravis læsionis, sine dubio capitula pacis violat; & consequenter victo non amplius obstringitur promissioni, ne injussu victoris bellum gerat, sicut Philippo Macedoniae Regi ex causis novi belli jure armorum uti & suum persequi contra Romanos visum est, quamvis antea victo inter condiciones pacis, hæc etiam injuncta fuerit, ne extra Macedoniam injussu Senatus Romani bellum gereret; imò re penitus perpensâ hujusmodi capitulum pacis magis videtur ad tertios pertinere, cum fortè interfit victoris, ne victus alios bello aggrediatur, quò minùs enim debello contra victorem interpretemur, ratio ostendit ab inconvenienti, absurdum sc. est expectare consensum belli à victore contra ipsum; nec obstat, quòd bella, uti suprâ traditum quandoq; cum consensu partis utriusque indicantur, nam illud fit inter æquales, non verò alterâ parte armis devictâ, nec ex ratione est, ita intelligere capitula pacis, ut pars altera cogatur, novas pati injurias, exclusâ prorsus consuetâ juris gentium reparatione, nec enim magis in publicis, quàm privatis negotiis fovere debemus pacta quæ alteram partem ad delinquendum possunt invitare. Speciales causæ novi belli variæ esse possunt, veluti si gens victa à victore penitus velit subjugum mitti, si religio, si libertas pessum eat tractatibus pacis permittitur, enim verò hi utcunque speciosi tituli à subditis rebellibus non temerè sunt rebellioni prætexendi, loquimur enim hîc de gentibus victis, quibus libertas sua relicta, ut Pœnis in pace belli Punicî primi & secundi, vel saltem, quæ in imperium vi obtrusum nullo conditionis signo vel factis absolutè consenserunt; hinc potuere exules Athenienses Duce Thrasybulo triginta tyrannos ejicere, & libertatem patriæ vi ereptam vi recuperare, quale quid non possunt subditi legitimi, quibus rebellio ex regula est crimen atrocissimum, non ut gentibus victis, iteratio belli ex causâ justâ, vel juris sui armata & permittitur repetitio. Hæc tam diversa rebellium conditio diversos etiam parit in victoriâ iterati belli effectus, quos ita placet discernere: aut vincit Rex vel populus imperans, aut qui de-

fecere resumptis armis ; priori specie in victos , si subditi fuerint , & de facto rebellaverint , severius animadvertere licet propter exemplum , convenit tamen nihilominus temperamentum aliquod clementiæ adhibere , & paucorum fortè auctorum defectionis suppliciis univerforum delicta expiare. Quo sine Scipio Africanus ad milites seditiosos ait : *itaq. quod ad vos universos attinet , si erroris poenitet , satis superq. poenarum habeo , Albius Calenus , & Atrius Umber , & ceteri nefaria seditionis auctores sanguine lucent , quod admiservunt Liv. lib. 28. histor.*

14 Sin subditi non fuerint adhuc mitius agendum erit : Romani sæpè bello victis & subinde rebellantibus Samnitibus pacem dedere æquis conditionibus , eandem moderationem aliis bellis adhibuere , ut Asdrubal Hædus Carthaginensium legatus in petitione pacis , *ided populum Romanum invitum esse dixerit , quod in secundis rebus sapere & consulere meminerit , ac plus penè parcendo victis , quam vincendo imperium auxerit. idem lib. 30. histor.*

15 Quæ etsi propriè monita sint Politica victoribus benè observanda , tamen jure etiam gentium non est , ut dicamus gentes antè victas præcisè ob bellum ex causâ justificâ iteratum duriores à rursus victoribus accipere debere leges pacis , habet enim quod sibi imputet victor , si novo bello causam dedit , cui si rebellantes succubuerint , æquitati convenit , ut repetitio armorum , quando aliâ viâ

juri suo consulere non licebat , haud trahatur ad perniciem ; Casu inverso , quo qui arma resumpsere vincunt , iterum distinctio est subditorum rebellantium à gentibus , illi enim nihil juris acquirunt ex victoriâ , indignum sc. est , crimine rebellionis jus imperii ad subditos deferri , tametsi armis prævaleant , interim igitur quidquid usurpant facti est , ut in Cronwellio & similibus , diversum si casu speciali , ob notoriè violatas imperii leges fundamentales inferiores ad arma convolverint , vel si ex post facto bello questis accesserit imperantis consensus , quâ de re supra egimus ; quod si gens antè victa repetitis armis superior sit , reciproca obtinet ratio , ut ex bono & æquo rem componi patiat , non ut nimium in antè victorem sæviat , & hęc observandæ erunt communes belli ac victoriæ regulæ , ut sc. liceat novo victori causam belli amovere , & suæ securitati in futurum prospicere , reparatis damnis jam illatis , Annibalis ea potest videri intentio animusque fuisse , si prorsus contigisset Romanos bello vincere , sic enim post prælium Cannense ad captivos ait ; *non internecivum sibi esse cum Romanis bellum , de dignitate atque imperio certare , & partes virtuti Romana cossisse & se adiri , ut sua invicem felicitati & virtuti cedatur. Liv. lib. 22. histor.* hæc verò pauca ad materiam propositam dicta sint.



C A P. XXX.

DE MODIS QUIBUS IMPERIUM EX-  
TINGUITUR AUT VACAT, ET JURE OR-  
DINUM IN REGNO VACANTE.

S U M M A R I A.

*Num. 1. 2. & 3. imperiorum diversa sunt atates & an fatales? 4. & 5. imperia vacare aut deficere differunt. 6. imperia deficiunt violentâ occupatione. item 7. deditioe. 8. usq; 14. deditiois in fidem effectus perpenditur. 15. & 16. imperium consensu relaxativo deficit & quomodo? 17. imperium translatione deficit à parte transferentis. 18. & 19. imperium an possit alienari à rege sine consensu populi? 20. successor non tenetur ex contractu prædecessoris repugnante legibus regni. 21. alienans partes regni contra leges num possit facto suo contravenire? 22. Rex an habendus pro usufructuario regni vel pro domino? 23. pactum de non alienando obstringit regem subditis. 24. usq; 36. alienare partem civium vel imperii quatenus regi aut corpori civili liceat vel non? 37. 38. & 39. Vasallos num liceat alienare? 40. alienatio terrarum non est confundenda cum translatione civium sub alienum imperium. 41. usq; 44. Jurisconsulti defenduntur contra Grotium circa alienationem partium regni ex causâ necessitatis vel utilitatis. 45. regna eorumve partes populis inconsultis jure gentium possunt in feuda concedi. & 46. regnorum partes possunt oppignroari. 47. patrimonium populi an regibus pignori obstringatur? 48. & 49. regnum vacat morte regis, non similiter aristocrata vel status popularis morte eorum qui præsunt. 50. regnum vacat resignatione. 51. resignatio regni quatenus permessa? 52. regnum vacat depositione. 53. exempla in Romano Imperio & Romano-Germanico. 54. ordinum jus in regno vacante declaratur. 55. Vicariatus Imperii moderni triplex. 56. & 57. Vicariatus Palatinus ex Instr. pacis defensus. 58. ordi-*

*nes tempore interregni num planè sint liberi. 59. & 60. Translatio Imperii Romano-Germanici post stirpem Carolinam defenditur.*

**U**T curricula vitæ hominibus per ætates distinguuntur, sic Imperiis sua sunt temporum intervalla, quibus ab exiguis rebus sumpto initio velut adoleſcunt, inde ad potentiam majorem excreſcunt, poſtea rurfus decreſcunt, & intermoriuntur, quod cum tot exemplis conſtet ex Romanarum rerum variante fortunâ, quàm maximè eſt perſpicuum; habuerunt hæc ſub regibus ſua incunabula & infantiam, ſub conſulibus uſque ad bella exterorum præſertim Punica, adoleſcentiam, poſt juventam & quaſi virilem ætatem acceſſione tot partium orbis devictarum, tandem reductâ Monarchiâ in ſenium quodammodo ſecti cœpere, donec irrupentibus hoſtibus debiliores in varia regna diſtrictæ conciderent; nullus inficior regnis Imperiſque humanis periodos divinitus conſtitutas, queis circumactis deſiciant, non fatali impulſu ac neceſſitate, ſed ut ex Daniele conſtat, liberâ Sapientiſſimi Supremique regnorum conditoris diſpoſitione & cauſarum particularium providentiâ, has conſiderat Politicus comparativè ad probabiles effectus, v. g. ſi quis quærat, cur potentiſſimum Imperium Romanum olim perierit, in promptu cauſæ ſunt: tyrannis, luxus, licentia militaris, ad extremum armorum negligentia, quibus vitiiſ publicæ ſalutis, & rerum ge-

rendarum nervi ſunt inciſi, id judicat politicus fore in omni Republicâ, ni ſit qui remedium providè quærat; juris gentium diverſa conſideratio eſt, & magis absoluta circa modos deficientium vel vacantium imperiorum, eſt verò harum rerum differentia, etenim imperium deficit, ſi penitus extinguitur, vacat autem, ſi actu imperans deeſt, & ordinibus vel populo juſ eſt eligendi alium; de deficiente imperio Pericles apud Thucyd. lib. 2. in orat. funebri: *conſiderate*, inquit, *hinc ſummam noſtra civitatis gloriam eſſe, apud omnes gentes, quia non cedit adverſis & plurimos homines & labores bellis impendit, & ſummam hæcenus potentiam habuit, cujuſ memoria ſempiterna de Grecis relinquetur ad poſteros, ſi quando deſiciemus, ut humana omnia deſiciunt, nos videlicet inter Grecos latiſſimum imperium tenuiſſe.* De vacante Tacitus lib. 2. *annal. Ariobarzane morte fortuitâ abſumpto, ſtirpem ejus haud toleravere, ait, (Armenii) tentatoq; ſexmina imperio, cui nomen Eratko, eaq; brevi pulſâ, incerti ſolutiq; & magis ſine domino, quam in libertate profugum Vonnem in regnum accipiunt.* Secundum que imperia propriè non deſiciunt morte imperantium ſed vacant, nam quamvis verum ſit, eos, qui imperium morte reliquerunt, deſeciſſe, non tamen idem verum eſt de imperio abſolutè conſiderato, nec rectè dicimus imperium Germanorum deſeciſſe

6 eisse mortuo Imperatore, & idem in quibuscunque regnis, quod locus ille Taciti pulchrè declarat, Armenios mortuo Ariobarzane magis sine domino quàm in libertate fuisse referentis, ut igitur ad rem redeamus deficit imperium, 1. violentâ occupatione, nam quod hostis jure belli cepit, nostrum esse desinit, itaque si totum imperium occupavit, totum, si partem, pars illa amittitur, exempla habemus deficientis, quondam occidentalis Imperii Romani in Augustulo, orientalis in Constantino Palæologo, quorum ille ab Odoacro Herulorum Rege subactus, ultimus qui Romæ è præcis imperavit, hic à Machomete Secundo Turcarum Sultano debellatus, ultimus qui Constantinopoli extitit. 2. deficit imperium deditiōne, quoties Rex vel populus liber alii se subicit, in Livianâ historiâ occurrit Faliscorum exemplum, quos Romana fides & candor Camilli ducis pueros proditos restituentis, ad deditiōnem spontaneam permoverat, quâ de re eorum legati in Senatu Romano ita locuti traduntur: *Patres conscripti, victoria, cui nec Deus, nec homo quisquam invadeat victi à vobis & Imperatore vestro, dedimus nos vobis, rati quò nihil victori pulchrius est, melius nos sub imperio vestro quàm legibus nostris victuros; eventus hujus belli duo salutaria exempla prodita humano generi sunt; vos fidem in bello, quàm presentem victoriam maluistis; nos fide provocati victoriam ultro detulimus, sub ditione vestrà sumus, mittite qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis accipi-*

*ant, nec vos fidei nostra, nec nos imperii vestri pœnitebit. Liv. lib. 2. histor.* Atque hoc idem obtinet sive compulsâ sit deditiō, sive spontanea, si modò vera fuerit & absoluta, quâ in re præprimis veteres adhibuere formulam deditiōnis in fidem, quâ victori ex bono & æquo victi se suaque permittebant, quæ quam vim habeat considerandum est. Locus insignis habetur apud Polyb. & Livium de Phaneâ & reliquis Ætolorum legatis, quibus cum factâ in fidem Romanorum deditiōne, à Consule Acilio imperatum esset, ut Dicæarchum civem ipsorum, Menetam etiam Epirotam, & Amniandrum cum principibus Athamanum, quorum consilio ab Romanis defecissent, sine morâ dederent, interfectus Phaneas, non in servitutem tuam, inquit, sed in fidem nos tradimus, & certum habeo, te imprudentiâ labi, qui nobis imperes, quæ moris Græcorum non sunt; ad hæc consul, nec herclè inquit, magnoperè nunc curo, quid Ætoli satis ex more Græcorum factum esse censeant, dum ego more Romano imperium id habeam in deditos, modò decreto suo, antè armis victos, itaque ni properè sit, quod impero vinciri vos jam jubeo. *Liv. lib. 36. histor.* Ex quibus constat, aliter Consulem Romanum, aliter Ætolorum legatos interpretatos fuisse formulam deditiōnis in fidem, *Grot. lib. 3. de jur. bell. & pac. c. 20. §. 50.* ad stipulatur Romanæ interpretationi, nihil aliud sc. intelligi his verbis deditiōnis in fidem, quàm deditiōnem.

tionem meram, nec fidei nomen aliud significare, quàm ipsam probitatem victoris, cui se victus committit; mihi videtur facti esse quæstio.

- 11 quid partes senserint, præsertim quemadmodum uti consueverint formulâ deditiois in fidem, nam si ab unâ parte intellecta sit deditio in fidem, sub restrictione tacitâ æqui bonique, veluti ut salva sint debitorum corpora, aut bona aliqua, non poterit victor exercere absolutum imperium, quod cum concedendum sit in deditioe conditionatâ per expressum consensum de quâ re *Grot. d. l. §. 51.* quidni idem asserendum de deditioe conditionatâ per consensum tacitum? Sed quæritur quibus conjecturis consensus tacitus tali specie colligi possit? Respondeo probabiliter ex circumstantiis rerum & fortunæ debitorum, nam si ulla deditis spes posita esset in armis, non est verosimile, deditioem in fidem intelligi de mero victoris arbitrio, quod certè idem exemplum Ætolorum docet, qui eodem illo bello adversus Romanos, armis resumptis Nauptum munière, bellumque Antiocho, cujus socii fuerant, jam debellato, donec honestiorem pacem consequerentur, aliquandiu sustinere; Quarum rerum optima est ratio, quod ut alibi *JCtus ait in l. 30. ff. de op. lib.* non sit verosimile, aliquem immodicè obligari velle, verbis obligatoriis in alterius arbitrium collatis, sed ex bono & æquo, idque meritò observare debent victores in victos, qui se sub clausulâ clementiæ
- 12
- 13

vel discretionis (*auf Gnab oder Untgnab/* ut nostri loqui amant) dediderunt, nec his verbis merum sæviendi arbitrium, sed arbitrium juris gentium regulis moderatum, intelligi debet; itaque non violanda debitorum corpora, nisi sint forè belli concinnatores, qui in posterum multum nocere possent, quâ de re antea in materia de juribus victoris in victos dictum est. Tertio deficit imperium principaliter ex consensu relaxativo imperantis, quando ille subiectos populos jubet esse liberos, atque ab homagio relaxat, quomodo constat plures Italiæ civitates à principibus Romano-Germanicis Imperatoribus libertati restitutas esse, quod quidem non tantum in Monarchico statu, sed aliis etiam imperandi formis sine dubio procedit; est verò hæc species deficientis imperii restrictè intelligenda, non quod imperans imperare desinat, sed quod gentibus vel populis, quibus consensu permessa est libertas post non ulterius imperet, uti concessa legitur libertas, vel libertatis usus ab Hispaniarum Rege Batavis, & ab Imperio Romano-Germanico Helvetiis juxta formam *Instr. Pac. art. 6.* Quin etiam quartò translatione imperium deficere apertum est, quod quidem contingit duplici viâ, vel mutatione internâ Status, ut quando Athenis populi imperium in quadringentos, postea in plures, aut Romæ itidem potestas populi in Imperatorem translata legitur, vel mutatione externâ, velut quando à Græcis in Germanos

14

15

16

17

- manos occidentalium imperium Romanum fuit translatum, hic verò modus differt à proximo, quòd non concedatur libertas, ut in illo sed dominium transferatur, quo intuitu olim Atheniensibus objectum fuit: eos in bellis Medorum pro imperio pugnasse, reliquos Græcos eorum socios, ut priorem conditionem mutarent in minùs tolerabilem, ubi pulchra moveri solet quæstio, an imperium alienari queat à Rege sine consensu populi nec ne? Affirmativa placet Grotio in regno matrimoniali, quod à Regis pendet absoluto arbitrio, negativa in regno restricto. Vid. id. lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. l. 6. §. 3. & seq. quod & ibidem de partibus imperii asserit, non posse sc. nisi sub illâ distinctione alienari vel non, de quibus rebus suprâ diximus; quinimò & in consensu imperantis relaxativo, idem juris obtinet, quia non magis potest ille Rex vel Princeps, ab homagio liberare civitates vel populos subjectos, quàm jus suum in alium transferre, nisi habeat plenum imperium, ac dispositionem, quâ de causâ non dubito posse relaxationem haud obstante in priorem conditionem retrahi, ab homagio relaxatos contra leges regni, utique si loquamur de successore, qui licet teneatur servare contractus prædecessoris nomine regni initos, minimè tamen obstringitur in illis negotiis, quæ legibus regni repugnant; Difficilius dictu esse videtur, posse eundem qui alienavit regni partes, quive populos subjectos contra leges imperii
- fundamentales libertati restituit, contravenire factò suo exemplo simili, quo alienationes feudorum sine consensu domini validæ censentur ad præjudicium alienantis, quod & alia ratio suadere videtur, si cum Grotio l.c. §. II. Regem ejusmodi comparemus usufructuario, qui certè ut ut remittere possit jus utendifruendi salvâ proprietate, nequit tamen rerum usufructuariatum jura resolvere vel cedere ad præjudicium proprietatis; ast verò diverso ab usufructuariis jure esse Reges probabilius est, nec d.l. absolutè hos illis comparat Grotius, sed tantùm quoad patrimonium populi, in illis sc. bonis præter usumfructum Reges nil habere videntur quæ propria sunt populi & deserviunt Regibus saltem pro alimentis & regiâ dignitate tuendâ, sed imperium ipsum vel jus regni, quod habent in subjectos eorumque bona, rectiùs comparatur dominio pactis vel regni legibus ita restricto, ne alienare idem liceat, ex his quæ de possessore majoratus scripsit *Giur. ba. decis. Sicil. 79. n. 37. & seq.* Hoc amplius si pacto speciali vel privilegio subjectis promiserit aut concesserit Rex, ne in alienam potestatem provenirent, uti nonnullis imperii civitatibus antehac promissum puto, alienationè sine consensu non valere, quid ergò tali specie? Verius arbitrator populum vel ordines revocatos alienationem, in vicia Regis alienantis, huic ipsi verò ex deductis non ad suum compendium, sed ad conservandum jus populo, cujus saluti

- luti ex officio regio prospicere debet, idem permittendum sc. ut nihilominus his cum quibus contractum est, à Rege retractante aliunde satisfiat. Sed excutiamus reliqua Grotiana
- 24 *dict. loc.* tradita; ita disputat Grotius ut parti Reip. h. e. huic vel illi ex ordinibus, potius jus esse velit ad tuendum se, quàm corporis in partem §. 5. & 6. Quid ita verò & quorsum hæc? Nempe si ingruat necessitas licitum esse parti à corpore recedere, ut se conservare possit, d. §. 5. secus corpori, si velit partem non consentientem abscindere & alii in ditionem dare §. 4. *ibid. junct. §. 8.* Si
- 25 rationem petam diversitatis, hanc reddit in §. 6. quod pars utatur jure, quod ante societatem initam habuit, corpus non item; Sed detur ratio rationis, nam hæc quoque dubia est; necessitas, inquit Grotius, quæ ad jus naturæ rem reducit, hic locum habere non potest, intellige in alienatione, quod alienandi jus factio humano introductum sit indeque mensuram accipiat, clarius dixisset: discessio partis à corpore est juris naturæ actus concurrente casu necessitatis, non verò alienatio, quâ corpus segregat partem, ergò illa eo sensu
- 26 permissa, non verò hæc. Sed mihi videtur hæc sententia nec vera neque utilis imperantibus; vera idè non, quia dum pars comprehenditur sub corpore civili, debet esse obligatio reciproca ad defensionem & assistentiam, neque qui coeunt in unam civitatem id velle existimandi sunt, ut
- aliqui possint propter necessitatem se subtrahere corpori, ademptâ cæteris eadem facultate ex simili necessitate unde enim fundamentum vel præsumptio inæqualis hujus obligationis? Deinde Grotius videtur malè comparare corpus & partem civitatis inter se, cum potius debuisset partem ad cæteras partes referre, atque ita ex eodem principio metiri jus hinc inde reciprocum, sit exempli loco Sinuessana Romanorum colonia, de quâ Minutius apud Liv. lib. 22. *histor. Spectatumne huc, inquit, ad rem fruendam oculis, sociorum eadem & incendia venimus? nec si nullius alterius nos ne civium horum pudet? quos in Sinuessam colonos patres nostri miserunt, ut ab Samnitiæ hoste tuta hac ora esset, quam nunc non vicinus Samnis urit, sed Pænus advèna ab ultimis orbis terrarum terminis, nostrâ cunctatione & scordia jam huc progressus, &c.* Constat autem ex
- 28 râsse Minutium, & longè rectius fuisse Fabium Maximum, qui quando sine detrimento publico non licebat succurrere civibus Sinuessanis, Romanam potius Remp. servare, quàm coloniam civium defendendo in periculum conjicere è re duxit, sic ergò verius est, in casu necessitatis non diversam esse obligationem corporis ad partem, ab ea quæ est partis ad corpus civile & propterea si parti permissum sit, etiam corpori civitatis, aut potius cæteris partibus, à mutua obligatione licitum esse discedere. Enimverò dicat aliquis: ex his nondum constare de
- 29 alie-

alienatione partium, quæ fiat à Rege vel Populo, nam segregare partem à civitate ex casu necessitatis, minus quid est quàm alienare, quippe quo actu in alienam potestatem venire partem civitatis, iniquum sit, potest nimirum contingere segregatio in casu, ubi libertas conceditur parti seorsim à corpore, minimè verò alienatio, in quâ novo dominio præter consensum subjici partem alienatâ, juri gentium videtur esse aperversum. Respondeo, quæstionem benè distinguendam esse, si enim loquimur de parte civitatis coimpetrante, facilè largior eam nec ex causâ necessitatis posse subjici alienæ potestati, v. g. nullum dubium est, nec plebem Romanam à Senatu, nec Senatum à plebe subjici potuisse alieno imperio cujusunque Regis vel populi orbis terrarum, qualemcunque etiam fingamus Reip. imminentem necessitatem; ast verò diversa ratio obtinet, quoties est quæstio de merè subditis, posse enim tunc hos ipsos utut invitos, non quidem per se, uti in jure responsum videmus de libertis *l. quedam ff. fam. herc. junct. l. fin. ff. de jur. patr.* sed una cum alienatione certæ partis terrarum in regno vel territorio venire in alienationem, juri gentium præsertim imminente necessitate est convenientissimum; quis enim quod Reges vel liberi populi in subditos habent imperium & quidem invitos neget iisdem invitis (semper verò excipimus specialia pa-

cta contraria) transferri posse in alios? Cùm satis constet gentium juribus, quod quisque habet, aliis consensu cedere posse, cui regulæ, qui obsistere parant, Regum gentiumque liberarum acta gestaque pro commodo pacis vel aliis necessitatibus, rescindere debent, quod ipsum uti antè diximus, imperantibus minus videtur utile; Breviter: pars particeps imperii alienari nequit à reliquo corpore civitatis, ne quidem ex causâ necessitatis, quia deficit alienandi potestas partium in pares, discedere autem invicem possunt ob publicæ salutis exigentiam, quantum hoc quoque mero jure gentium dicamus, nam honestius meliusque est, imitari constantiæ veterum exempla in adversis, qualia apud Tacitum vocula commendat *lib. 4. histor.* sed si de subditis veris loquimur, ex quo sunt in eâ conditione haud requiri debet consensus eorundem in separatione vel alienatione prout post rotam *decis. Tarracon. 882.* scribit Alex. Raud. *vol. 2. resp. pis. 4. n. 20.* præcipuè quando conditio eorundem non fieret ex illâ re deterior, quod procedere crediderim & experientia adstipulatur, vel citra casum necessitatis, uti de Castris Scandiani Vinazani & Casalgrandis à Duce Ferrariæ separatis Crav. *conf. 411. n. 20.* & de terrâ S. Thomæ ab eodem dominis Marchionibus de Gonzaga in sub feudum concessâ, Alexander Imol. *vol. 5. conf. 1. n. 17. & 18.* nec non Alicatus *conf. 77.*

de oppido Aronæ per Duces Medio-  
 35 lanenses à ducatu Mediolani separa-  
 to, consuluere, idque sapiusculè  
 etiam in terris Germaniæ nostræ vi-  
 demus, nempe subditis vel volenti-  
 bus vel invitis, separari vel alienari  
 has aut illas territorii partes, nec ex  
 jure gentium huic rei quicquam ob-  
 stare, si modò per imperii vel pro-  
 vinciaè leges nihil impediatur; quòd  
 si verò subditorum conditio deter-  
 rior redderetur, humanius puto non  
 nisi propter necessitatem vel etiam  
 utilitatem publicam, locum habere  
 sive alienationem sive separationem  
 partium regni aut territorii cum ho-  
 minibus *Vasqu. cum alleg. lib. I. contr. c. 9.*  
 37 Quid verò in Vasallis obtinet? Eos  
 absolutè non posse alienari, cum sint  
 liberi homines, verius est & à mi-  
 nori ad majus colligitur, per easdem  
 rationes, quas diximus de subditis,  
 etsi enim magna sit vasallos inter &  
 subditos differentia, cum vasalli ex-  
 tra respectum feudii haud subsint do-  
 mino, subditi verò absolutè, tamen  
 38 in articulo alienationis eadem est ra-  
 tio quantum ad jus gentium, ut sc.  
 deficiente objecto, alienatio haud va-  
 leat, neque si feudorum consuetu-  
 dines inspicimus, alienando do-  
 minium directum, potest domi-  
 nus in consequentiam alienare va-  
 sallos, quia hac ex re proprietatem  
 amittit, 2. F. 26. S. domino, 2. F. 55.  
 S. I. vers. praterè: nihilominus de ju-  
 re gentium, quo Reges, Principes,  
 vel Civitates inter se utuntur, ad-  
 mitti potest & moribus probatur  
 ejusmodi vasallorum alienatio, quæ

fit jure supremæ potestatis vel ana-  
 logæ, quæ res magnum veritatis  
 testimonium pro se habet ex *Instru-  
 mento pacis Germanica de anno 1648.* ubi  
 varia legimus concessa vel translata  
 in alios cum plenâ alienatione partiũ  
 appertinentium vasallagiorum si-  
 miliumque jurium; qui igitur alteri  
 antea fuere vasalli, ab eo tempore 39  
 assignati sunt novo domino, eumque  
 recognoscere debuere seu volentes  
 seu inviti, nec video sanè quid ob-  
 stet, quòd minus superior potestas in  
 alium possit transferri, Grotius sanè  
*loc. cit. S. 7.* benè sentit in eo, quòd  
 populi pars liberam habeat volun-  
 tatem & jus contradicendi (intelli-  
 ge quatenus in alienum velit trans-  
 ferri imperium) sed in sequentibus 40  
 videtur malè confundere alienatio-  
 nem territorii vel partium ejus cum  
 translatione civium vel partis ci-  
 vium sub alienum imperium, cives  
 verò hic intelligendi sunt sensu Ari-  
 stotelico propriè tales, qui sc. ju-  
 rium Reip. sunt participes, in hos  
 competens imperium iisdem invi-  
 tis haud cedi vel transferri potest in  
 alium, sed neganda consequentia,  
 quòd propterea non possit Rex vel  
 populus liber segregare aliquas par-  
 tes sui imperii vel territorii, ut sa-  
 retur ipse Grotius in *dict. S. 7.* Quid 41  
 igitur sibi velit ibid. in *S. 8.* aut cur  
 neget, se subscribere Jurisconsultis  
 posse, qui ad regulam de non alie-  
 nandis imperii partibus adjiciunt  
 exceptiones duas de publicâ utilita-  
 te & de necessitate, haud satis capio,  
 nam



nam Jurisconsulti loquuntur non de alienatione partis civium in libero populo, sed territorii, quatenus ea imperanti regulariter prohibita, permessa censeri debeat in casibus publicæ utilitatis vel necessitatis, quæ res ex præsumptâ mente statuentium  
 42 valdè est verosimilis, nec enim utique videntur cogitasse de illo casu, quo alienatio futura sit favore publico aut valdè utilis aut necessaria, sumamus loco exempli res restitutioni fideicommissariæ obnoxias, quas certum est ad præjudicium fideicommissariorum alienari non posse, l. fin. §. 3. & §. 3. C. comm. de leg. & tamen constat harum quoque rerum alienationem intuitu dotis vel donationis propter nuptias non sufficiente portione legitimâ, jure valere ex Nov. 39. c. 1. *auth. res qua C. d. t.*  
 43 ubi legislator ipsemet subjicit hanc prægnantem rationem: *quod ea, que communiter omnibus profunt, his que specialiter quibusdam utilia sunt, anteponenda veniant*, ecce insignem in privato jure prohibitiæ alienationis exceptionem publico favore subnixam, quæ sanè ratio Justinianeâ & in publicis causis Regum Gentiumque inter se pariter obtinet, nisi velimus dicere pro commodo pacis publicæ nec Imperatorem potuisse Turcis cedere Neovillanum fortalitium in Hungariâ, nec Venetos Candiam, nec Poloniae regnum Caminieckum; ad rem non  
 44 pertinet, si quis objiciat loca isthæc Turcicis armis jam præoccupata fuisse, quia cessio voluntaria plus va-

let armatâ occupatione, ut jam supra distinximus; si igitur jure gentium fieri nequit partes imperii vel territorii hoc sensu, invitis incolis alienari ex causâ publicæ utilitatis vel necessitatis, idem erit impermissum, quamvis hostis loca aliqua occupaverit, sc. quia spes superesse potest recuperationis, quæ pactitiâ cessione excluditur; Quod infeudationes attinet idem censeo, 45 nihil per jus gentium ob stare, quò minus in regnis vel territoriis eorumve partibus recto calle procedant, quamvis ex feloniam vel defectu familiæ, & omnino quoties jus infeudantis resolvitur, in irritum constituentur, quo equidem doctrinam Grotii pertinere puto d. §. 9. dum infeudationes regnorum, quas populis inconsultis reges fecerunt, irritas fuisse meminit, sc. quia infeudatio aut repugnavit pactis vel legibus regni, aut ex post facto fuit resoluta, mero etenim jure gentium quid repugnet, non video; idem censet Grotius de partibus imperii 46 pignori obstrictis d. §. 9. ubi docet, non posse sine consensu populi partem imperii oppignorari, quod tamen limitat in d. §. 13. ut ex causâ id ipsum fieri queat à regibus, qui plenum habent imperium, sc. qui jus habet ex causâ indicendi nova tributa, additâ hac ratione, quòd populi patrimonium regi pro debitis populi pignoris jure sit obligatum, & quòd populus rem ex causâ pignori suppositam luere teneatur; sed huic 47

sententiæ non nisi cum grano salis est accedendum, nimirum si tributa sint probabili modo imposita, populus verò ea nolit solvere, & causa magna urgeat Regem vel Principem ad accelerandum, neq; enim verosimile est, patrimonialia populi bona, regię sustentationi ratione fructuum assignata pignoris jure obligari, nisi fortè in casu sumimæ necessitatis vel manifestæ utilitatis publicæ, quin etiam præsuppositâ pignoris obligatione, non tenebitur populus nisi pro modo tributi, quòd si regi fuerit persolutum, nexus pignoris eo ipso de jure est relaxatus, respectu illius, in quem talia bona fuere translata, juxta l. 2. C. si pign. dat. sit. ac si, quod Grot. d. l. §. 10. adstruit, rerum populi patrimonialium Rex vel Princeps, merus est usufructuarius (cujus contrarium tamen paulò antè admisisimus) consequens est, tantò minùs eum posse alienare id genus rerum proprietatem  
 48 *arg. l. 1. C. d. t.* Verùm missis hisce progrediendum est breviter ad modos vel causas, quibus imperium solet vacare, quo numero sunt (1) mors imperantis, quæ res in regno electivo clara est, in successivo autem ita obtinet, si tota regia stirps successione capax, fuerit extincta; in statu verò aristocratico vel populari morte vix vacat publicum imperium, quia sc. imperantes non omnes simul obire solent, mortuis autem surrogati non efficiunt novum senatum vel populum, qui idem esse cen-

setur, quamvis successivè omnibus virâ functis, ut Alfenus censet in l. proponebatur ff. de jud. penitùs verò destructa civitas vel aratrum passa ut quondam Carthago non propriè vacat, sed deficit potiùs imperio. (2) Huc pertinet resignatio regni vel principatùs, propter quam ad novum Regem vel Principem summa rerum deferenda est, nisi fortè sint qui jam tunc collegæ fuerint imperii, ut in historiâ Diocletiani & Maximiani Constantinus Cæsar magni nomen postea promeritus, recentiora sunt exempla resignantium imperia Caroli Quinti Imperatoris, Christianæ Sueciæ Reginæ & Casimiri Poloniæ Regis. Quæritur verò, si an talis resignatio jure gentium sit admittenda? Non indistinctè sed tunc demum, si tempestiva & justis de causis facta fuerit; ut enim imperiorum primordia ad consensum referenda sunt, sic qui præest regimini non magis subtrahere se potest subjectis, quàm hi sine causâ sceptrum averfari; ideoque constat quàm sollicitè in exemplis relatis cuncta acta fuerint, ut resignatio imperii justis de causis suscepta appareret. (3) ad modos vacantie referenda est etiam depositio, cum sc. Rex aut Princeps propter delicta removetur à regno vel principatu, veluti si Romani nonnullos principes declaravere hostes, ut Neronem, Maxentium, Heliogabalum, & in imperio Romano-Germanico exempla sunt Caroli Crassi, qui judicio Ordinum ac

Venceslai, qui Electoralis collegii sententiâ fastigio imperiali fuit amotus, non jam dicemus de Henrico IV. Henr. V. Frid. I. Ottone IV. Frid. II. &c. Imperatoribus, qui censurâ Pontificiâ exclusi sunt, quod & accidit Galliarum Regibus Henr. III. & Henr. IV. item Angl. Regina Elisabethæ, quia & potestas amovendis ab Evangelicis in dubium vocatur, & amorionum causæ. Hoc restat ut de ordinum jure dicamus in casu vacantis imperii, eorum igitur muneri convenit, quamprimum prospicere ne Rêsp. quid detrimenti capiat, si diutius cætere debeat capite, quod quidem in Imperio nostro sollicitè constitutum videmus fundamentali Aur. Bullæ Lege, ut sc. Electores ex quo obitum Imperatoris rescivère maturius, convenienter electuri novum Regem Romanorum, qui futurus sit Imperator, & ut tam arduum negotium non minus tempestivè perficiant, ubi interregno simul provisum est per Vicarios Serenissimum Saxonie Electorem in terris Saxonis, & Serenissimum Electorem Palatinum in terris juris Franconici, quibus in terris Italicis annumerandus est Sabaudie Dux, ex *Capit. Leop. art. 4.* Scio circa vicariatum Palatinum controversiam moveri propter translata instrumento pacis Germanicæ provinciam superioris Palatinatus cum Electoratu & juribus connexis in lineam ducalem Guëlhelmanam; sed præter aliorum & inprimis Dni Conringii rationes

speciali dissertatione hac de re in publicum edita, tutor argumento, ut mihi videtur satis stringente ex ipso *Instr. pac. d. l.* cujus sc. verba volunt pacis gratiâ nihil adimendum Serenissimo Maximiliano Bavariæ Duci, non tamen disponunt nec ratio etiam vel æquitas patitur, aliquid eidem ex juribus non possessis vel quasi possessis addendum; atqui vicariatus exercitium per totum tempus tricennalis belli Germanici non contigit, sc. quia imperium nunquam vacavit, cum enim eligeretur Ferd. III. gloriosæ memoriæ Imperator, adhuc vixit Augustissimus Ferdinandus Secundus pater, adeoque non locus fuit interregno vel vicariatus regimini, usque ad obitum Ferd. III. Imperatoris, quo tempore hæc controversia fuit primum mota, consequenter ex defectu anterioris possessionis vel quasi, sub juribus translatis ex dispositione *Instr. pacis* non debet censeri comprehensus vicariatus, ne verba restrictiva contra leges bonæ interpretationis extendantur. Interim ex his apparet, tempore interregni non plane esse liberos ordines, sed publicis legibus; si quæ sunt, teneri sibi prospicere de novo rege vel capite, ut supra ex Tacito de Armeniis diximus; Vononem in regnum mortuo Ariobarzane vocantibus, alioquin sc. nemine imperante inter pares videretur publica omnium salus pessum ituta, quâ de causâ post mortem Cambylis ut Justinus refert septem

prem Persiæ Principes majores, fortunæ judicio, ut aliquis ex ordine ipsorum Rex fieret, rem commiseret, unde Darius ad regium fastigium pervenit, quod & ex Herodoto aliisque scriptoribus notum. Disputatur à nonnullis de potestate ordinum in Germaniâ post extinctam stirpem Carolinam, num potuerint jure transferre Coronam Imperialem in Conradum primum, superstitionibus in Gallia Carolinis; sed quia septingentorum & quod excurrit annorum possessio vel quasi, confessio item regum Galliæ & recognitio separati Imperii Germanici, quæ cum sit

aliàs nota, nominatim etiam Henrici IV. Galliarum Regis, in potestatum Europæi orbis divisione, suffragium expressum habet, tum diversitas familiæ (quando Carolina stirps dudum in Galliis desit & successit Capetana, exque eâ domus ac linea Burbonia) Imperium Romano-Germanicum defendunt contrariæ sententiæ defendendæ Aubertus patronus, si justus sint censesores, ut puto haud sufficiet. Verùm de his satis. Tractatum hunc juris gentium, insertis suo loco naturæ juribus, proptio Deo absolvimus.

## DEO LAUS ET GLORIA SEMPITERNA.



## INDEX



# INDEX RERVM

Cujus

## PRIMUS NUMERUS EST

Capitis, alter Marginis.

A

- A** Cessionis objectum est species duplex c. 8. n. 26.
- Accessio partim juri constituto partim gentium secundario adscribenda. ib. n. 27
- Actus cum brutis communes & hominum proprii non differenciam juri natura faciunt. c. 2. n. 10
- Actus ex gradu anima sensitiva procedentes quinam ad jus natura pertineant. ib. n. 11
- Actus juri natura duplicis generis. c. 3. n. 1
- Adolphi Imp. constitutio circa insulas fluviales.
- Adulterium cum conjuge alterius partis non sit pro rupturâ pacis habendum. c. 22. n. 15
- Albinatus jus, nisi ad jus privilegium natura-  
lisationis, excludit successionem propinquorum forensium. c. 8. n. 45
- Albinatus jus per se iniquum sustinetur ex reciprocatione. ib. n. 46
- Alex. III. Pontif. const. in c. innovamus ext. de treng. & pac. ponderatur. c. 13. n. 15
- Albinatus partes regni contra leges non possit facto suo contravenire. c. 30. n. 21
- Alienare partem civium vel imperii quatenus regi aut corpori civili liceat vel non. ib. à n. 24. usq. 36.
- Alienatio terrarum non est confundenda cum translatione civium sub alienum imperium. ib. n. 40
- Alienatio partium regni ex causâ publica necessitatis vel utilitatis defenditur contra Grotium. ib. n. 41. usq. 44.
- Alimentorum & educationis necessitas ex jure natura. c. 4. n. 10
- Alimenta an liberis illegitimis & incestuosis jure natura debeantur. ib. n. 12
- An spiritus & incerto patre natis. ib. n. 13. & 14.
- Alimenta an jure natura liberi debeant parentibus. ib. n. 15
- Alimenta an debeantur in lineâ collateralis. ib. n. 16.
- Alimenta quo ordine quantitate & quosq. prestanda. ib. à n. 17. usq. 22
- Alluvionis jus non affert augmentum publico censui. c. 8. n. 37
- Alvei jus declaratur. c. 8. n. 31. 32. & 33
- Alveo matato num mutantur fines regnorum vel territoriorum. ib. n. 34. 35. & 36
- Anima humana est immortalis. c. 6. n. 24
- Animus derelinquendi unde colligatur in hoste tempore induciarum. c. 19. n. 9
- Annalium evolutio quando necessaria in declaratione juris gentium. c. 1. n. 18
- Annalium scriptores declarant jus gentium. ib. n. 19.
- Anni prioris Latini oratio. c. 29. n. 8

(1)

Annui

*Annus reditus jure Canonico censetur liciti*  
 & habere fortis naturam. c. 13. n. 15  
*Arcifinium quid sit.* c. 8. n. 34  
*Armistitium generale quomodo in effectu dis-*  
*ferat ab induciis limitatis.* c. 19. n. 10  
*Armorum justitia an presumenda sit ex vi-*  
*toriam belli.* c. 18. n. 3.  
*Atheismus pugnat cum rectâ ratione.* c. 6.  
 n. 20  
*Athei à publicis consiliis arcendi.* ib. n. 21  
*Athei convincuntur ratione.* ib. n. 22  
*Atheista practici nocent resp. & Epicuro sunt*  
*deteriores.* ib. n. 28  
*Augustini textus Serm. 28. de verb. Apost.*  
*aliter à Gratiano & à Covarruvia refer-*  
*tur.* c. 27. n. 14. & 15  
*Augustini locus ex Epist. ad publicolam.* ib.  
 n. 17. & 18.  
*Atheismus num sepultura privandi.* c. 15. à n.  
 13. usq. 23.  
*Autochiria pugnat cum jure natura.* c. 5. n. 41  
*Autochiria quibus casibus licita sit vel sal-*  
*tem excusabilis.* ib. n. 42

B

**B***elli descriptio ex Cicero, & Grotio.* c. 16. n. 1  
*Belli veri definitio.* ib. n. 6.  
*Belli tria requisita, causa justa, publica po-*  
*testas & indicio.* ib. n. 8. & 9  
*Bellica occupatio quatenus sit modus acqui-*  
*rendi regni.* c. 9. n. 18  
*Bellum privatum non est bellum proprie di-*  
*ctum.* c. 16. n. 2  
*Bellum mixtum verè tale non datur.* ib. n. 4  
*Bellum civile & publicum non solenne jure*  
*gentium non sunt vera bella.* ib. n. 5. &  
 n. 13. usq. 19. item. 25. & 26.  
*Belli recta intentio ex justâ causâ presumi-*  
*tur.* ib. n. 10

*Et quatenus sit necessaria jure gentium vel*  
*in foro conscientia.* ib. n. 11. & 12  
*Bellum quibus casibus sine potestate majesta-*  
*ticâ permissum dicatur.* ib. n. 20. 21.  
 & 22.  
*Bellum fœderatarum rerump. rupto fœdere*  
*est civile.* ib. n. 27.  
*Bellum inter Reges vel Principes, qui uni*  
*imperio presunt divisâ per regiones admi-*  
*nistracione an sit civile.* ib. n. 28. usq. 31  
*Belli causa & indicendi forma connectuntur.*  
 ib. n. 32.  
*Bellorum distinctio in defensiva & offen-*  
*siva declaratur.* ib. n. 33.  
*Belli causa justificanda duo necessaria.* c.  
 17. n. 1.  
*Belli ratio secluso jure & equo perstringitur.*  
 16. n. 2.  
*Belli justitia deficit ex amabili satisfactio-*  
*ne.* ib. n. 3.  
*Belli offensivi distinctio à sine.* ib. n. 4  
*Belli causa alia justificata alia suasoria.* ib. n.  
 5. & 6.  
*Belli causa justificata ulterius distinguitur.* ib.  
 n. 7. & 8. item 28.  
*Belli causa justificata ex mente Grotii & ex*  
*mente Molina.* ib. n. 9. ib. n. 14  
*Belli justa causa in genere ex triplici capite*  
*oritur.* ib. à n. 10. usq. 13  
*Bellum an liceat indicere ex causâ dubiâ.* ib.  
 à n. 15. usq. 20.  
*Belli causa an justa esse possit ex utraq. par-*  
*te.* ib. à n. 21. usq. 27.  
*Bellum an juste moveatur infidelibus ob se-*  
*quiores religionem.* ib. n. 30. & 31  
*Belli justa causa an sit denegatio transitus*  
*per regnum vel provinciam.* ib. à n. 32.  
 usq. 41.  
*Bellum an justum sit contra infideles ob de-*  
*ventionem terra sancte.* ib. n. 42. 43. & 44

Bel-

# INDEX RERUM.

*Belli iustam causam non præbet titulus universalis imperii.* ib. n. 45  
*Bellum defensivum an & quatenus causam requirat.* ib. n. 46. 47. & 48  
*Belli publica indictio necessaria est & quæ ejus antiqua ac hodierna forma.* ib. n. 49. 50. & 51.  
*Belli indictio duplex pura & conditionata, quæ clarigatio vocatur.* ib. n. 52. & 53  
*Belli indictio hosti principali facta accessorie extenditur ad socios.* ib. n. 54  
*Bella gerentium intentio est suam consequi.* c. 18. n. 1.  
*Bellorum causa subnascentes quid continent.* ib. n. 6. u. 9. 9.  
*Belli tempore indirectè quædam licita sunt, quæ directè prohibita.* ib. n. 10. & 11  
*Beniamitarum factum rapientium virgines Sילוenses an iustum.* c. 4. n. 3  
*Boni mores vel ex jure positivo vel natura aut gentium considerari possunt.* c. 27. n. 56. & 57.

## C

**C***adavera punitorum, non obstantibus contrariis exemplis sunt sepelienda.* c. 15. n. 6. & 7.  
*Cadaver occisi ante inspectionem Medicorum ac Chirurgorum non tumulandum.* ib. n. 10.  
*Captivitatis finiendæ modi quinque.* c. 18. n. 51. 52. & 53.  
*Captura rerum hostilium ab originariâ acquisitione distinguitur.* c. 8. n. 16  
*Casus pro amico non dantur de jure gentium.* c. 12. n. 29.  
*Christiani à Turcis vel aliis Barbaris capti jure gentium adhuc hodiè sunt servi.* c. 18. n. 43. 44. & 45.

*Civitate in factiones divisâ, altera parte debet cedere majus jus habenti.* c. 10. n. 23. & 24.  
*Clausula annullativa actuum contra leges quid operetur in publicis.* c. 11. n. 10. & 11  
*Clausula: rato manente pacto, quid operetur in pace.* c. 21. n. 32. 33. & 34  
*Clausula: rato manente pacto, ad favorem rumpentis pacem nihil operatur.* c. 22. n. 6.  
*Commerciorum origo & necessitas.* c. 13. n. 1  
*Commercium propriè quid sit.* ib. n. 2  
*Commercia triplicis generis prohibita.* ib. n. 3.  
*Commercia diversis juriibus illicita & varia referuntur.* ib. a. n. 8. usq. 23. item 30. & 35.  
*Commercia extra detrimentum reip. cum hostibus permittuntur & quando secus.* ib. n. 24. 25. & 26.  
*Commerciorum tractatus in pace non tribuunt securitatem tempore belli.* ib. n. 27.  
*Commerciorum pactum de mutuâ securitate temporis belli ejusq. effectus.* ib. n. 29.  
*Commerciorum libertas quàm variè possit restringi à principe.* ib. n. 32. item n. 45. 46. & 47.  
*Commercia subjacent variis oneribus publicis.* ib. n. 33. & 34  
*Commercia terrestria sunt vel maritima.* ib. n. 37.  
*Commerciorum proventus quatenus cedant compendio potestatum aut fisci.* ib. n. 43. & 44.  
*Communio rerum originaria an & quatenus aliqua fuerit.* c. 8. n. 7. & 8.  
*Consensus matrimonialis declaratur.* c. 3. n. 16.  
*Consensu conjugum num jure natura permissum dissolvere matrimonia.* ib. n. 25. 26. & 27.

# INDEX RERUM.

*Consensus parentum an jure natura vel gentium necessarius in nuptiis liberorum.*  
ib. n. 39. usque 42.

*Consensus raptarum subsequens quo jure confirmet matrimonium.* c. 4. n. 4. & 5.

*Consensus expressus vel tacitus in quibus obtineat.* c. 8. n. 39

*Consensus imperantium negotiorum ab alio gestum firmatur.* c. 10. n. 5

*Consensus tacitus unde colligatur in publicis*  
ib. n. 6.

*Consensus tacitus sufficit ad legationis admissionem.* c. 14. n. 25. & 26

*Consortium imperii an mutet statum Monarchicum.* c. 10. n. 3

*Contractus scenariorum repugnant legi divinae morali.* c. 13. n. 4

*Contractuum juxta jus gentium species referuntur.* ib. n. 50. & 51

*Contractus dijudicantur juxta leges loci ubi celebrantur.* ib. n. 58

& quando secus, ib. n. 59. & 60. 61. & 63

*Contractus in loco initus, ubi non certa vigent leges judicatur jure gentium.* ib. n. 62

Et quid si locus solutionis conventionem expressus certis habeat leges. 64. 65.  
ib. n. & 66.

*Conventionis natura in genere & differentia à commerciis.* c. 13. n. 48. & 49

*Conventiones juris gentium vel respiciunt gentes vel singulos.* ib. n. 52

*Coronati nis Regia actus an sit juris gentium.*  
c. 9. n. 12.

*Covarruvia distinctio: nam res hostiam capta intra praesidia deducta sit nec ne, ponderatur.* c. 18. n. 10

*Creationis ac conservationis rerum veritas demonstratur.* c. 6. n. 18

*Creatura quatuor modis ex mente Lessii con-*

*siderari potest in juremendo.* c. 27. n. 9  
6. & 7.

## D

**D**ammum belli & reparatio quatenus cor-  
respondeant. c. 18. n. 5

*Dediti sub conditione salutis jussu imperatoris non possunt.* ib. n. 20. & 21

*Deditionem offerentibus quando parcendum vel non.* ib. n. 22. 23. & 24

*Deditionis in fidem formula declaratur.* c. 28. n. 19. usque 22.

*Defensio sui contra vim quatenus sit juris gentium vel natura.* c. 5. n. 3. usque 6

*Defensionis necessaria tria objecta.* ib. n. 3

*Defensio corporis & honoris cum eade adversarii an & quatenus sit licita nec ne.*  
ib. à n. 14. usque 26.

*Defensio rerum an & quatenus permisa eade adversarii.* ib. à n. 28. usque 33

*Defensio sui non tantum est ex permissu sed etiam ex precepto juris naturae.* ib. n. 40

*Dei cognitio duplex absoluta & relativa.* c. 6. n. 13.

*Dei attributa varia.* ib. n. 16

*Dei cognitio relativa in quibus consistat.* ib. n. 17.

*Dei providentia probatur.* ib. n. 19

*Deum esse demonstratur.* ib. n. 10. 11. & 12

*Deum esse unum demonstratur.* ib. n. 15

*Deus est essentialiter purus actus intellectivus Vita & Amor.* ib. n. 14

*Divina Effentia & Attributorum cognitio naturalis.* ib. n. 9

*Divini Numinis cultus jure natura non est arbitrarius.* ib. n. 25. & 26

*Divortia quatenus jure natura vel gentium permisa.* c. 3. n. 19

Divor-



*Divortiorum causa ex l. Theodosianâ num jure natura & gentium satis pregnantes.* ib. n. 22.

*Dominiarum origo adscribitur juri gentium.* c. 8. n. 1. item 3. 4. 5. & 6.

*Dominiis distinctio in Dominium Universitatis jurisdictionis & singulorum.* ib. n. 2

*Dominia rerum juri gentium per conventionem sine traditione non transferuntur.* c. 13. n. 53. usq. 57.

*Dominorum jus in servos quale hodie.* c. 18. n. 46.

*Dominorum jus in servos non tollitur ex professione Christiana religionis.* ib. n. 47. & 48.

*Ducam erga milites munificencia commendabilis.* c. 12. n. 43

*Duella jure natura sunt illicita.* c. 5. n. 27

E

*E Ducatio & alimenta quibus consistant partibus.* c. 4. n. 11

*Electio Regis tam respectu eligentium, quam eligendorum diversa est.* c. 9. n. 6. & 7.

*Electio antiquior est acquirendi regni modus.* ib. n. 8.

*Electus consequitur jus regni ex approbatione electionis.* ib. n. 10

*Execratio & contestatio differunt in juramentis.* c. 27. n. 9. & 10

F

*Facultas generandi de jure natura non requiritur præcisè ad matrimonium.* c. 3. n. 14

*Facultas per occupationem acquirendi hodie est valde restricta.*

*Fera hodiernum contra interdictum venan-*

*di capta sit capientis.* ib. n. 18. & 19  
 & à capiente vendita acquiritur emptori, ut auferri nequeat. ib. n. 20  
 sed sub distinctione. ib. n. 21. & 22.

*Fides promissa obligat hostem promittentem non obstante prætextu contraria rationis belli.* c. 18. n. 34

*Filius extra casum necessitatis summa abstinere debet à cade patris banniti.* c. 7. n. 20.

*Filii illegitimè nati, num jure gentium succedant.* c. 9. n. 34

*Fœderis duplex significatio latior & strictior.* c. 23. n. 1. 2. 3. & 4.

*Fœderis & sponsionis differentia, item fœderis requisita.* ib. n. 5.

*Fœdera ferendi potestatem quinam habent.* ib. n. 6

*Fœdera non præcisè consistunt in armorum societate.* ib. n. 7

*Fœderum ritus antiqui & novi.* ib. n. 8. & 9.

*Fœdera num liceat facere cum tyranno.* ib. n. 10. 11. & 12.

*Fœdera cum infidelibus an permissa.* ib. n. 13. 14. & 15.

*Fœderum species à Menippo Antiochi legato expresse ponderantur.* ib. n. 16. usq. 19

*Fœdera vel equalia sunt vel inæqualia.* ib. n. 20.

*Fœdera limitata ac illimitata declarantur.* ib. n. 21. usq. 24.

*Fœdera realia & personalia perpenduntur.* ib. n. 25. usq. 29.

*Fœdus Regis personale cum Republicâ declarantur.* ib. n. 32

*Fœdera defensiva & offensiva referuntur.* ib. n. 33. 34. & 35.

*Fœdus offensivum jure gentium non semper odiosum*

# INDEX RERUM.

*odiosum est.* ib. n. 36  
*Fœdus adimens jus belli intelligi debet de bello injusto.* c. 24. n. 15  
*Fœdus cum Rege legitimo ininitum an obstringat successorem tyrannum.* ib. n. 18  
*Fœdere offensivo adstrictus non tenetur ad assistentiam injusti belli.* ib. n. 19  
*Fœderum favorabilia & odiosa distinguuntur.* ib. n. 20. 21. & 22  
*Fœdera offensiva contra invasorem alicui imperii sunt favorabilia.* ib. n. 23. & 24.  
*Fœderum interpretatio vid. in voc. interpretatio.*  
*Fœderis conventio an promissorem obliget in casu morali impotentia.* ib. n. 28  
*Fœderis ad perfectionem num scriptura necessaria.* ib. n. 31. & 32  
*Fœderis dissolutio inter plures consortes requirit consensum unanimum.* c. 25. n. 2  
*Fœderatorum an quis seorsim possit facere pacem cum hoste.* ib. à n. 3. u. g. 8  
*Fœdera realia particulari pace dissolvere non licet.* ib. n. 9  
*Fœderis renunciatio quatenus renunciantem liberet.* ib. n. 13  
*Fœderum capitula ex renunciatione invito altero dividi non debent.* ib. n. 14  
*Fœderum & conventionum privatarum respectu temporis adjecti differentia.* ib. n. 15.  
*Fœdus quando & à quo tempore censetur renovatum.* ib. n. 16. 17. & 18  
*Fœdus generaliter renovatum an sit diversum à priori.* ib. n. 19  
*Fœderis renovatio quando non inducat diversum fœdus.* ib. n. 20  
*Fœdera an & quatenus solvantur non usu.* ib. n. 21.  
*Fœdus personale quod solvitur morte, ma-*

*net quoad superstites inter se.* ib. n. 22. & 23.  
*Fœdera realia pereunt conversione status.* ib. à n. 24. u. g. 28.  
*Fœmina an jure gentium ad magistratus admittenda.* c. 12. n. 63.  
*Funerum que jure Romano prodita remedia.* c. 15. n. 8  
*Funeraria actionis privilegium & equitas* ib. n. 32.

## G

**G** *ens genti num obligetur ad jura connubiorum.* c. 4. n. 2  
*Grotius testamenta malè refert ad modos acquirendi.* c. 8. n. 43  
*Grotii distinctio inter restrictionem exercitii & juris ipsius in publicis actibus perpenditur.* c. 10. n. 8. & 9  
*Guarantia pacis duplex.* c. 21. n. 25  
*Guarantia pacis verbalis declaratur.* ib. n. 29

## H

**H** *ansætica fœdera olim præcipuè ob commercia inita.* c. 13. n. 38  
*Homagium subditorum obligat ut aliud juramentum promissorium.* c. 27. n. 47. & 48.  
*Homicidium culpofum qualem pœnam incurrat.* c. 5. n. 12  
*Hostium mortuorum cadaveribus insultare barbarum est.* c. 15. n. 28  
*Hostilitates quousq; in bello continuare licitum.* c. 18. n. 2. & 4  
*Hostem quatenus dato petere liceat.* ib. n. 12  
*& que insuper hosti circa personas permiffa vel non.* ib. à n. 14. u. g. 19  
*Hostilis licentia & moderatio circa res de-*  
decla-

- claratur. *ib. n. 31. usq; 38*  
 Hosti capto num post fidem datam de non fugiendo liceat fugere. *ib. n. 62*  
 Hostes inter Christianos nec postliminio locus est nec fictori legis Cornelia. *ib. n. 84*  
 Hostes inter inducias illimitatus capti non sunt servi nec tunc locum habet vel jus postliminii vel lex Cornelia. *c. 19. n. 13*  
 Hostes tempore induciarum capti an teneantur ad lytrum. *ib. n. 14*  
 Hostilitates num belligerantes in neutrali loco permittuntur. *c. 26. n. 41. & 42*
- I
- I**mperiorum diversa sunt aetates, & an fatiales. *c. 30. n. 1. 2. & 3*  
 Imperia vacare vel deficere differunt. *ib. n. 4. & 5.*  
 Imperia variè deficiunt. *ib. à n. 6. usq; 17*  
 Imperium an possit alienari à rege sine consensu populi. *ib. n. 18*  
 Imperii jus transferente rege num requiratur consensu populi. *ib. n. 19*  
 Imprecatio mala variè non est juramentum. *c. 27. n. 11*  
 Inclinatione hominum ad societatem conjugalem à Deo originem trahit. *c. 3. n. 5*  
 Inducia quid sint. *c. 19. n. 1*  
 Inducia publica sunt respectu causa efficiētis & materiae obiectivae. *ib. n. 2*  
 Induciarum species declarantur. *ib. n. 3*  
 Inducias non sufficit auctoritas ducum belli limitata. *ib. n. 4. ut n. 5. & 6*  
 Induciarum tempore quid liceat vel non. *ib. n. 7. & 8*  
 Induciarum limitatarum tempore munitiones continuare licet. *ib. n. 11*  
 secus ferre muros globis. *ib. n. 12*  
 Inducia limitata habent praesumptionem
- contra se secus ac generales. *ib. n. 16*  
 Induciarum duo termini à quo & ad quàm declarantur ex mente Grotii. *ib. n. 17*  
 Induciarum ante publicationem persona vel res capta an & quatenus restituenda. *ib. n. 18. 19. & 20.*  
 Induciarum & legum ratione obligationis differentia. *ib. n. 21*  
 Induciarum terminus tam à quo, quàm ad quem comprehenditur sub obligatione. *ib. n. 22.*  
 Inducia an & quatenus obligent à tempore conventionis vel publicationis. *ib. n. 23. 24. & 25.*  
 Induciarum terminus ad quem determinatè vel indeterminatè constare debet. *ib. n. 27*  
 Inducia an & quatenus salvà naturà suà in longum tempus possint conveniri. *ib. n. 28. 29. & 30.*  
 Induciarum firmendarum tres modi referuntur. *ib. n. 31. 32. & 33*  
 Induciarum ruptura parti laesa jus tribuit & quale. *ib. n. 34. 35. & 36*  
 Instinctus sui conservandi naturalis quomodo se habeat in animalibus. *c. 5. n. 1*  
 Insula fluvialitatis quatenus sit modus acquirendi. *c. 8. n. 28*  
 Insula fluminum diversis in locis tribuuntur fisco. *ib. n. 29*  
 Interesse Canonium tria habet requisita *c. 13. n. 1.*  
 Interesse lucris cessantis & usurae lucratória jure natura & gentium non differunt. *ib. n. 12.*  
 Interesse & usurae hodiè quincunci aestimatione determinantur in Imperio. *ib. n. 13*  
 Interesse ex morà naturali ratione debetur citra conventionem. *ib. n. 14*  
 Interpretatio foederum in odiosis restricta est. *c. 23. n. 30. & 31.*

Inter-

# INDEX RERUM.

- Interpretatio fœderum conjecturalis extra verba perpenditur.* c. 24. n. 25
- Interpretationis extensiva & generalis sensus differentia.* ib. n. 26
- Interpretatio extensiva in fœderibus quando locum habeat.* ib. n. 27
- Interpretandorum fœderum probabilis ratio ex jure Romano an peti possint.* ib. n. 29. & 30.
- Jura, connubiorum inter gentes num indigeant expressâ lege.* c. 4. n. 6. & 7
- Juramenta in publicis & privatis negotiis obtinent.* c. 27. n. 1.
- Juramenti definitio.* ib. n. 2
- Juramenta per creaturas non nisi ratione implicita invocationis Dei in testem valent.* ib. n. 3. 4. & 8
- Juramenti naturam an habeat contestatio per animam.* ib. n. 12
- Juramentum per falsos Deos an verè sit juramentum.* ib. n. 13. & 22
- Juramentum per falsos Deos non ex se sed ratione erronea conscientia jurantis obligat.* ib. n. 19. 20. & 21
- Juramentum athei per verum Deum est verum juramentum licet jurans Deum non credat.* ib. n. 23
- Juramentum & perjurium tripliciter intelligi potest.* ib. n. 24
- Jurare falsò per verum Deum; an verò per falsos Deos utrum sit majus peccatum.* ib. à n. 25. usq. 30
- Juramenti forma essentialis declaratur.* ib. n. 31. usq. 35.
- Jurare per Deum vel ejus attributa in idem recidit.* ib. n. 36.
- Jurare an liceat per membra Dei.* ib. n. 37. & 38.
- Juramentum per vulnera Christi est verum juramentum & quomodo intelligenda.* ib. n. 39
- Juramenta Turcarum aliorumve infidelium per supremum Numen sunt vera juramenta.* ib. n. 40
- Juramenti loco facta stipulationes deficiunt à naturâ veri juramenti.* ib. n. 41
- idem de sponsonibus per fidem simplicem, quamvis sub ratione dignitatis obstrictam sentiendam.* ib. n. 42.
- Juramenti tres comites, veritas, justitia & judicium.* ib. n. 43
- Jurare permissum est justâ ex causâ, nec obstat locus Biblicus Matth. ib. n. 44. & 45.*
- Juramento assertorio vel promissorio quatenus satisfiat.* ib. n. 46
- Juramentum promissorium pro circumstantiis magis aut minus tunc præstari potest.* ib. n. 49.
- Juramentum vasalli, subditi, item regis erga populum valet.* ib. n. 50
- Juramentum de his præstandum quæ sunt nostræ potestatis.* ib. n. 51. & 58
- Juramentum promissorium sub quibus cautelis bene procedat.* ib. n. 52
- Jurato promittens, si post impediatur nec doli nec culpa ratione est obnoxius.* ib. n. 53
- Juramentum & promissorium & assertorium hodiernum est permissum.* ib. n. 54
- Juramentum de facto illicito non valet.* ib. n. 55.
- Jurantes inhonestum vel impossibilia an & quatenus obnoxii fiant.* ib. à n. 59. usq. 64.
- Juramentum assertorium in impossibilibus naturâ non procedit secus in factis inhonestis.* ib. n. 65. & 66
- Juramenti assertorii & promissorii differentia.* ib. n. 67
- Jura-

# INDEX RERUM.

*Juramentum confirmatorium an sub alter-  
 utro comprehendendi possit.* ib. n. 68  
*Juramentorum interpretatio quomodo fa-  
 cienda.* ib. n. 69  
*Juramenta specifice sunt adimplenda.* ib.  
 n. 70.  
*Juramenti in obligatione facti effectus.* ib.  
 n. 71.  
*Juratio promittens solvere an possit compen-  
 sari.* ib. n. 72. 73. & 74.  
*Juramentum amulatur naturam actus cui  
 apponitur.* ib. n. 75. & 76  
*Juramentum intelligitur: rebus ita stan-  
 tibus.* ib. n. 77  
*Juramentum an confirmet illicita vel jure  
 prohibita.* ib. n. 79. & 80  
*Juramentum est personalissimum.* ib. n. 81  
*Juramento qua contrarietur.* ib. n. 82  
*Juris gentium descriptio & principia.* c. 1. n.  
 1. usq; 6.  
*Juris gentium & publici quaestiones mixtae  
 declarantur.* ib. n. 13  
*Juris natura diversa significationes decla-  
 rantur.* c. 2. n. 7. 8. & 9  
*Juris gentium primarij objecta.* ib. n. 14  
*Juris gentium secundarij objecta.* ib. n. 15  
*Jus gentium ex mente Grotii requirit mu-  
 tuam obligationem an & ex mente Gro-  
 tii.* c. 1. n. 7  
*Jus gentium & natura quomodo conveniant  
 ac differant.* ib. n. 10. & 11  
*Jus gentium, & publicum, item politica  
 prudentia quomodo conveniant ac diffe-  
 rant.* ib. n. 12. & 14  
*Jus gentium hodiernum potest mutari.* ib.  
 n. 15.  
*Jus gentium usu continuo introduciuntur &  
 quomodo.* ib. n. 17. & 22  
*Jus gentium quantum tempus & quot actus  
 requirant.* ib. n. 20. & 21

*Jus gentium an dari possit scriptum salva  
 ejus substantia.* ib. n. 24  
*Jus gentium distinguitur in primarium &  
 secundarium.* c. 2. n. 1. & 2  
*Jus gentium sano sensu potest dici jus natura.*  
 ib. n. 3. usq; 6.

## L

**L**egati descriptio nominalis. c. 14. n. 1  
 & desinitio. ib. n. 30.  
*Legatorum sanctimonia unde originem tra-  
 hat.* ib. n. 2. & 3  
*Legati character quandoq; dubius.* ib. n. 4  
*Legationis vera quatuor requisita.* ib. n. 5  
*Legationis jus quinam habeant & qui non.*  
 ib. à n. 6. usq; 12. & n. 18.  
*Legationis jus qualem commissionem requi-  
 rat.* ib. n. 13. & 14  
*Legati an & quatenus mittantur ad aequales.*  
 ib. n. 15. & 16.  
*Legatis principum nostrorum vindicantur  
 tituli ambasciatorum & juris gentium  
 securitas.* ib. n. 17  
*Legati in quem finem & effectum mittun-  
 tur ad belli Duces diversa gentis.* ib. n. 19  
*Legatorum securitas ab admisione expressa  
 vel tacita dependet.* ib. n. 20  
*Legati num omnes jure gentium admitten-  
 di.* ib. n. 21. 22. 28. & 29  
*Legatorum distinctio ex jure gentium & Ca-  
 nonico.* ib. n. 31. & 32  
*Legati gaudent salvo conductu & publica  
 securitate.* ib. n. 33  
*Legatorum securitatis signa vetera & re-  
 centiora.* ib. n. 34. & 35  
*Legatorum securitas ad comites legationis  
 & bona pertinet.* ib. n. 36  
*Legatorum sanctimonia quo respectu &  
 quando non habeat locum.* ib. à n. 37. usq;  
 40. ( ) ( ) Lega-

# INDEX RERUM.

Legatos num liceat violare propter simile factum alterius gentis. *ib. n. 41*  
 Legati pro tempore legationis gaudent privilegio fori. *ib. n. 42*  
 Legatum fori privilegium habeant in delictis. *ib. à n. 43. usq. 49*  
 & num in contractibus. *ib. à n. 50. usq. 55.*  
 item in successioneibus ex testamento vel ab intestato. *ib. n. 56*  
 an & quatenus in nominibus. *ib. n. 59.*  
 quid in actibus voluntaria jurisdictionis. *ib. n. 60*  
 Legati sub distinctione rerum mobilium & immobilium utuntur privilegio fori. *ib. n. 57. & 58.*  
 Legati habent privilegium in exercitio sue religionis. *ib. n. 61*  
 Legato competit jurisdictionis in homines legationis & jus asyli adibus. *ib. n. 62*  
 Legatorum virtutes referuntur. *ib. n. 63*  
 Legati officium in quibus principaliter consistat. *ib. n. 64*  
 Legatus num obliget mittentem ex mandato expresso contra tacitum. *ib. n. 65*  
 Leges fundamentales qua & quomodo differant à legibus aliis. *c. II. n. 1. 2. & 4.*  
 Legum fundamentalium causa efficiens proxima. *ib. n. 3*  
 Leges fundamentales Rex obstrictus nec de plenitudine potestatis tollere potest. *ib. n. 5. & 6.*  
 Leges fundamentales non subvertunt summam potestatem. *ib. n. 7*  
 Leges fundamentales an & quatenus liceat non attendere propter publicam utilitatem. *ib. à n. 21. usq. 24*  
 Legem vero arbitrio latam potest Rex vel successor ejus quibuscunque clausulis non

obstantibus revocare. *ib. n. 25. & 26*  
 idem possunt Imperantes in statu Polyarchico. *ib. n. 27*  
 Legum & Magistratum in Republica necessitas. *c. 12. n. 1. & 2*  
 Legis Julia repetundarum aequitas. *c. 12. n. 31. 32. & 33.*

## M

**M**agicis artibus pugnare aut hostem proditorie per venena tollere non licet. *c. 16. n. 7*  
 Magistratum ac jus dicentium virtutes. *c. 12. n. 3. 4. & 5. item n. 8. 9. & 10.*  
 Magistratus officium in exercitio justitie quale. *ib. n. 7.*  
 Magistratus officia togata sunt vel sagata. *ib. n. 11.*  
 Magistratus proprie talis quancumque potestatis recognoscit superiorem. *ib. n. 15. & 16.*  
 Magistratum alii majores alii minores. *ib. n. 17. 18. & 19.*  
 Magistratus ex virtute pra nobilitate generis eligendi. *ib. n. 20*  
 Magistratum officia non debent esse venalia. *ib. n. 21*  
 Magistratum officii adhibendi non sunt, qui se ingerunt. *ib. n. 22*  
 Magistratus & officii publicis num adhibendi viri contemptivi. *ib. n. 25*  
 Magistratus committendi ad eam rem maturis per atatem. *ib. n. 26*  
 Magistratus supplicantium precibus auxilio sit. *ib. n. 27. & 28.*  
 Magistratus vitio creati aut falsi gesta an valeant. *ib. n. 30*  
 Magistratus officium quibus modis finiat. *ib. à n. 34. usq. 40.*

Ma-

# INDEX RERUM.

- Majora vota juri gentium in regia electione obtinent.* c. 9. n. 9
- Majoratus possessor non est morus usufructuarius.* c. 20. n. 24
- Mare an totum cadat sub dominium humanum.* c. 8. n. 9. usq. 14
- Matrimonii instituti ex jure natura ratio.* c. 3. n. 2. 3. & 4.
- Matrimonii quatuor requisita de jure natura & gentium.* ib. n. 6
- Matrimoniorum casus jure divino prohibiti an sint dispensabiles.* ib. n. 51. & 52
- Matrimonii finis.* c. 4. n. 1
- Matrimonia an civibus publico nomines injungi possint.* ib. n. 8. & 9
- Mediatoris pacis persona qualis & qua ejus requisita.* c. 20. n. 50
- Mediationis integritas duo requirit.* ib. n. 51
- Mediationis recusatio jure gentium permittitur.* ib. n. 52. 53. & 54
- Mediationis consensus non debet esse compulsus.* ib. n. 55
- Mediatorum ministri ex causa possunt rejici.* ib. n. 56.
- Mediatrices respublica maximè mediationis munus per ministros expediunt.* ib. n. 57
- Mediatoris officium.* ib. n. 58
- Mediatoris sententiâ de pace rejectâ num justa inde belli causa nascatur.* ib. n. 59. & 60.
- Mediatio suspecta redditur ex protelatione negotii.* ib. n. 61
- Medius erga belligerantes quid liceat.* c. 26. n. 23.
- Mercatorum causa ex bono & equo dividenda ac via celeri.* c. 1. 3. n. 39  
an & quatenus juxta leges loci contractus vel suas consuetudines. ib. n. 40. 41. & 42.
- Missus ante admissionem publicam alterius partis, an sit legatus an verò tantum mandatarius.* c. 14. n. 23. & 24
- Moderamen inculcata tutela quid.* c. 5. n. 2.
- Moderaminis inculcata tutela tria requisita.* ib. n. 7  
qua declarantur. à n. 8. usq. ad II
- Moderaminis inculcata tutela excessus.* ib. n. 34. usq. 37.
- Moderamen inculcata tutela quibus non liceat exercere.* ib. n. 38. & 39
- Mulier pragnans mortua lege Numa Papi si non sepelienda ante excisum partum.* c. 15. n. 9.

## N

- N** *Ati à nondum rege num preferantur natis in dignitate patris Regiâ.* c. 9. n. 35.
- Naturalis impotentia ad concubitum obstat matrimonio.* c. 3. n. 15
- Necessitas an & quatenus permittat recedere à legibus fundamentalibus.* c. 11. n. 12. usq. 17.  
& an hoc casu relaxatio à juramento necessaria. ib. n. 19
- Necessitatis casus à lege expresse comprehensus non est à regulâ exceptus.* ib. n. 19. & 20.
- Neutrales vel mediû qui dicantur.* ib. 26 n. 1.
- Neutralitatis definitio & requisita.* ib. n. 2. 3. & 4.
- Neutralitatis quando superioris exigat consensum vel non.* ib. n. 5. & 6
- Neutralitatis tractatus particulares quâ ratione nitantur.* ib. n. 8
- Neutralitas absoluta & restricta declaratur.* ib. n. 10. & 11.
- Neutralitas an possit cogi, sive an detur vera neutralitatis species coacta.* ib. n. 12. usq. 19. ( ) ( ) 2 Neu-

# INDEX RERUM.

*Neutralitas tacita conjecturis probatur, ib. n. 20. & 21.*

*Neutralitatis effectus triplici respectu considerari possunt. ib. n. 22*

*Neutralitatis substantiale est vinculum communis amicitiae erga belligerantes, ib. n. 24. 25. & 26.*

*Neutrales inter & belligerantes an & quatenus commercia sint permissa. ib. à n. 27. usq; 34.*

*Neutralitate salvâ potest alteri parti belligerantium permitti transitus. ib. n. 35. & 36.*

*Neutrales num per se obligentur belligerantibus ad commercia vel transitum. ib. n. 37. & 38.*

*Neutralis non tenetur res quibus ipse indiget vendere huic vel illi parti belligerantium. ib. n. 39.*

*Nec contra suam commodum contrahere extra casum necessitatis. ib. n. 40*

*Neutralitas quomodo dissolvatur. ib. n. 43. & 44.*

*Nundinarum solennium concessio pertinet ad Principem. c. 13. n. 36*

*Nuptiae senum & vetularum lege Julia Papia prohibita num jure natura permissa. c. 3. n. 11. 12. & 13.*

*Nuptiae incestuosae in lineâ rectâ, ib. n. 43.*

*Nuptiae in lineâ rectâ an jure natura vel gentium in infinitum prohibita. ib. à n. 44. usq; 49.*

*Nuptiae in lineâ transversâ quatenus jure natura gentiumve illicitae. ib. n. 50*

*Nuptiae in secundo vel tertio affinitatis genere, num inter personas respectum parentum & liberorum habentes, irritae. ib. n. 53. 54. & 55.*

O

**O**bssequio parentum liberi obstringuntur naturalivatione. c. 7. n. 1. & 2  
& patri magis quam matri vel avo. ib. n. 3. & 4.

*Obssequium filiale non extenditur ad turpia & legi repugnantia. ib. n. 5. & 6*

*Obssequium ergo patriam est juris gentium secundarii. ib. n. 8*

*Obssequii hujus sanctitas & exempla. ib. n. 9*

*Obssequium debemus patriae communi & quo sensu. ib. n. 11*

*Obssequii erga patriam gradus. ib. n. 12*

*Obssequium an debeamus patriae ingratae. ib. n. 14.*

*Obssequii erga patriam obligatio an duret alibi fixo domicilio. ib. n. 15. & 16*

*Obssequium patriae an obliget contra patriam hostilia molientem. ib. n. 17*

*Obsides an possint justè interfici, hoste, qui eos dederat fidem non servante. c. 18. n. 25. usq; 29.*

*Occupandi libertas an & quatenus in variis rebus sit restricta vel non. c. 8. n. 23. 24. & 25.*

*Offensa an facta praesumatur ex nova vel antiquâ causâ. c. 22. n. 4. & 5*

*Offensus pace factâ an sapius iterum offendere possit. ib. n. 26*

*Originaria acquisitionis tria sunt requisita, c. 8. n. 15.*

*Ordinum jus in regno vacante declaratur. c. 30. n. 54.*

*Ordines tempore interregni num planè sint liberi. ib. n. 58*

P

**P**acis tempore nec captura personarum aut rerum nec postliminium jure gen-



- gentium obtinet. c. 18. n. 102  
 Pacis reducenda tempore belli studium. c. 20. n. 2.  
 Pacis dua significationes declarantur. ib. n. 3. & 4.  
 Pacis tempore captura hominum repugnat vero juri gentium. ib. n. 5  
 Pacis definitio. ib. n. 6  
 Pacis potestatem quinam habeant vel non. ib. n. 7. 8. 9. & 10.  
 Pacem valere mero jure pacti & in vim legis quid intersit. ib. n. 11  
 Pacis Osnabr. & Monasteriensis instrumentum qualiter in genere valeat. ib. n. 12  
 Pacis consensus obligat regem minorem exclusâ restitutione in integrum. ib. n. 13  
 imò etiam regem infantem vel furiosum. ib. n. 14. & 15  
 Pacis impetranda gratiâ an membrum vel provincia possit à reliquo corpore civili separari. ib. n. 29. & 30  
 Pacis tractatibus num jus competens in vallum eo invito transferri possit. ib. n. 31. 32. & 33.  
 Pacis causâ num subditi inviti alienari possint. ib. n. 34. & 35  
 Pacificationis terminus ad quem an salvâ substantiâ pacis obliget. ib. n. 37. & 38  
 Pacis interpretatio quatenus extensiva sit vel restrictiva. ib. n. 39. & 40  
 Pacis interpretanda jus quibus & quatenus competat. ib. n. 41. 42. & 43  
 Pacificatio num per se includat restitutionem in priorem statum. ib. à n. 44. usq. 49  
 Pacis tacite approbata signa. c. 21. n. 6  
 Pacis terminus ad quem propriè non datur. ib. n. 7.  
 Pacis intentio adjecto termino ad quem quibus ex circumstantiis colligatur. ib. n. 8. & 9.  
 Pacis executio qua complectatur. ib. n. 10  
 Pacis exequenda commissio est strictè intelligenda. ib. n. 11  
 Pacis executor conventionalis si opus sit vi adhibita munus suum peragere potest. ib. n. 12.  
 Pacem an & quatenus pars adversa possit exequi. ib. n. 13. & 14  
 Pacis e sequenda objecta varia. ib. n. 15. & 16.  
 Pace factâ num liceat animadvertere in milites adversa partis exautoratos. ib. n. 18.  
 Pace cessa transeunt ad cessionarium eo jure, quo fuere penes cedentem. ib. n. 19  
 Pacis exsequenda ordo declaratur. ib. n. 20  
 Pacis Germanica Osnabrug. & Monasteriensis ordo circa punctum restituendorum; ib. n. 21  
 Pacis executio in liquidis praecedere debet. ib. n. 22. & 23.  
 Pacis executio prapostera num retractanda. ib. n. 24.  
 Paci observanda an & quatenus obligetur affecurator tertius. ib. n. 26. & 27  
 Pacis servanda remedia pro affecuratoribus. ib. n. 28.  
 Pacis ruptura vid. Ruptura pacis.  
 Pacis sanctio bannitos post pacem non comprehendit. c. 22. n. 12. & 13  
 Pace salvâ num priorem socium juvare liceat. c. 25. n. 10. 11. & 12.  
 Pacta c. fin. extr. de cond. appof. tollunt consensum conjugalem. c. 3. n. 17  
 Pacta & jus jurandum circa administrationem regni an sint juris gentium. c. 9. n. 11.  
 Pactum servandi civitatem an rectè intelligatur de urbe an verò de coetu civium. c. 24. n. 16.

# INDEX RERUM.

- Pactum de non alienando obstringit regem subditis.* c. 30. n. 23
- Pactantium obligatio in educandis liberis.* c. 4. n. 23.
- Parentes num teneantur liberis ad sumptus studiorum.* ib. n. 24. 25. & 26
- Patrem num liceat occidere ob crimen per-duellionis.* c. 7. n. 18. & 19
- Patria potestas quatenus sit juris natura.* ib. n. 7.
- Patria duplex communis & specialis.* ib. n. 10.
- Patria rebelles adversantur juri gentium.* ib. n. 13.
- Patria ad officia vocanti parendum & quan-do secus.* c. 12. n. 23. & 24
- Patrimonium populi an regibus pignore ob-stringatur.* c. 30. n. 47
- Pax natura humana magis convenit, quam bellum.* c. 20. n. 1
- Pax à quo tempore obliget.* ib. n. 36
- Pax vel expressè vel tacitè rata haberi po-tesse.* c. 21. n. 4. & 5
- Pax jurata an sit simplex vel garantigiata.* ib. n. 30. & 31.
- Perjurium per falsos Deos opinione jurantis nititur, non re.* c. 27. n. 16
- Plenipotentiarii quatenus possint obligare Re-ges vel Principes suos.* c. 14. n. 66. & 67.
- Pœna num ex regalis justitiæ commutativa vel distributiva infligantur.* c. 12. à n. 49. usq. 61.
- Pœnarum interpretatio in dubio fieri debet in partem mitiorem.* ib. n. 62
- Pœnam legitimâ minorem num magistratus dicere possit.* ib. n. 63
- Pœna arbitraria regulariter non extendun-tur ad mortem & quid in delictorum con-cursu.* ib. n. 64
- Pœna conventionalis ob pacem ruptam re-quisita.* c. 22. n. 20. & 21
- Pœnam pacis conventionalem offensus, qui vicissim offendit petere nequit.* ib. n. 22. usq. 25.
- Polygama an repugnet juri natura nec ne.* c. 3. n. 27. usq. 38.
- Polothetes & idololatria repugnant rationi & juri natura.* c. 6. n. 23
- Provincias nomine venit malitiosa desertio.* c. 3. n. 21.
- Postliminii descriptio Grotiana insufficientis* c. 18. n. 77. & 78.
- Postliminii jus à Paulo Jcio descriptum per-penditur.* ib. n. 79
- Postliminii vera definitio & requisita.* ib. n. 80. 81. & 82.
- Postliminium habent Christiani in quocunq; regnum vel provinciam Christiani orbis ex Barbaricâ servitute resugerint.* ib. n. 83.
- Postliminium an habeat Christianus ex ser-vitute ad gentem Christianam sua natio-ni hostilem confugiens.* ib. n. 85. usq. 88
- Postliminii effectus circa jura personalia, dignitates & officia.* ib. à n. 89. usq. 92
- Postliminium an obtineat respectu matri-monii.* ib. n. 93. 94. & 95
- Postliminium habet locum in immobilibus.* ib. n. 96.  
*sed regulariter non in mobilibus.* ib. n. 97. 98. & 99.
- Postliminii usus in rebus mobilibus juxta Grotium.* ib. n. 101
- Postliminium an habeant capti Christiani à piratis Turcicis vel Turca à piratis Christianis.* ib. n. 104
- Postliminium competis etiam gentibus de-victis si in libertatem vindicentur.* ib. n. 105.

# INDEX RERUM.

- Postliminii juri an praestitatur.* *ib.* n. 106.  
*Postliminii jus num obtineat in rebus tem-  
 pore induciarum captis.* c. 19. n. 15  
*Praemia benemeritis decernuntur juxta pro-  
 portionem Geometricam.* c. 12. n. 41  
*Praemia quae dari soleant.* *ib.* n. 44. & 45  
*Praemii loco interdum est remissio paenarum.*  
*ib.* n. 46.  
*Praemia togatis cedunt & qualia.* *ib.* n. 47.  
 & 48.  
*Praxis circa separationem conjugum.* c. 3.  
 n. 21.  
*Primogenitura an in successivis regnis jure  
 gentium obtineat.* c. 9. n. 30. usq. 33  
*Princeps potest aliud tempus statuere ma-  
 trimonii vel de aetate dispensare si persona an-  
 tea sint habiles.* c. 3. n. 10  
*Princeps v. l. Rex ad quem legatio destina-  
 tur ante de eadem debet fieri certior.* c.  
 14. n. 27.  
*Principes Imperii numo sint proprie dicti  
 magistratus.* c. 12. n. 12 & 13.  
*Principes Imperii jurejurando devincti sunt  
 Imperatori.* *ib.* n. 14  
*Privilegia excludentia ceteros certo nego-  
 tiandi genere publica utilitatis intuitu  
 quatenus permittantur.* c. 13. n. 31  
*Promissio de non contraveniendo paci an &  
 quatenus quoad causas futuras obliget vel  
 non* c. 22. a. n. 7. usq. 10  
*Pseudopolitici circa foederum rapturam per-  
 stringuntur.* c. 24. n. 1. 2. & 3  
*Pubertas jure natura non habet determina-  
 tum tempus ut jure positivo.* c. 3. n. 8  
*Pubertatis tempora in diversis nationibus  
 varia.* *ib.* n. 9

## R

**R**atificatio tractatum in captivitate  
 initorum requiritur post liberationem

- Regis vel Principis capti.* c. 18. n. 57  
 & 58.  
*Ratificatio pacis si legati habeant speciale  
 mandatum, an necessaria.* c. 21. n. 1. 2.  
 & 3.  
*Ratificatio Regum vel Principum nam de-  
 sideretur in aetatis plenipotentiariorum.*  
 c. 14. n. 66. & 67.  
*Rebellio an & quatenus jure gentium pro-  
 betur.* c. 29. a. n. 1. usq. 7  
*Rebellare quatenus permittitur sit vicis, qui-  
 bus jus belli ademptum salvâ libertate.* *ib.*  
 n. 9. & 10.  
*Rebellionis causa ex parte gentis cui libertas  
 relicta.* *ib.* n. 11. & 12  
*Rebellionis in victoria effectus sub distinctio-  
 ne referuntur.* *ib.* a. n. 13. usq. 18  
*Recessus Imp. de Anno 1641. & c. und dema-  
 nach in materia neutralitatis adducitur.*  
 c. 2. 6. n. 7.  
*Regnorum origo provenit ex consensu.* c. 9.  
 n. 1. 2. & 3.  
*Regna varia antiqua & nova.* *ib.* n. 4.  
*Regna quibus modis jure gentium acquiran-  
 tur.* *ib.* n. 5  
*Regni successio.* *ib.* n. 13. & 14  
*Regnum etiam successivum potest esse restri-  
 cta potestatis.* *ib.* n. 15  
*Regni successio ex testamento vel ab intestato  
 qualiter deferatur.* *ib.* n. 16  
*Regni successor an debeat descendere à pri-  
 mo acquirente.* *ib.* n. 17  
*Regni summum jus quatenus praescriptione  
 acquiri possit.* *ib.* n. 24. & 25  
*Regna quanam patrimonialia & alienabili-  
 lia qua non.* *ib.* n. 26. & 27  
*Regnum regulariter individuum est.* *ib.* n.  
 28.  
*Regnorum in successione de jure gentium pra-  
 fertur sexus masculinus linea & aetate.* *ib.*  
 n. 29. Re-

# INDEX RERUM.

*Regno in rempublicam converso opus est titulo abdicativo.* c. 10. n. 9. 10. & 11  
*Regna eorumve partes an populis inconsultis possint in feudum concedi vel oppignorari.* c. 30. n. 45. & 46  
*Regnum quibus modis vel causis vacare contingat.* ib. à n. 48. usq; 53  
*Regi leges fundamentales tollenti quatenus resistere liceat.* c. 11. n. 28. usq; 34  
*Regiarum feminarum descendentes num jure gentium succedant in regno.* c. 9. n. 35.  
*Regum gentiumq; controversias alio, quam armorum remedio dirimere expedit.* c. 17. n. 29.  
*Reip. species qua optima.* c. 10. n. 2.  
*Reip. summum jus vel est penes senatum vel penes populum.* ib. n. 4  
*Religio erga Deum juri gentium convenit.* c. 6. n. 1. & 2.  
*Religio quid sit.* ib. n. 3  
*Religionis dua partes, Dei notitia & cultus.* ib. n. 4.  
*Religionis omnium astatum communis quatuor pronunciata ex Grotii mente defensa.* ib. à n. 5. usq; 8  
*Religio Christiana praeceteris lumini recte rationis est conveniens.* ib. n. 27  
*Rerumpublicarum origo.* c. 10. n. 1. & 2  
*Res qua & quales in pradâ sint occupantium vel non.* c. 18. à n. 63. usq; 76  
*Reservata suprema potestati quatenus in alios transeant.* c. 10. n. 16  
*Respublica contra potentes cives quatenus justè se defendat.* c. 10. n. 20. 21. & 22  
*Rex in regno feudali an habeat jura majestatis nec ne.* c. 9. n. 22. & 23  
*Rex vel Princeps captus num teneatur ad duras conditiones obtemperare liberationis.* c. 18. n. 55. & 56.

*Rex captivus an possit facere pacem.* c. 20. n. 16. & 17.  
*Rex vel Princeps exsul an & quatenus possit facere pacem.* ib. à n. 18. usq; 21  
*Rex vel Princeps an possit pro pace impetrandâ alienare bona corona.* ib. n. 22. & 23. item 25. 26. & 27.  
*& an bona subditorum.* ib. n. 28  
*Rex an habendus pro usufructuario regni vel pro Domino.* c. 30. n. 22  
*Rumpere pacem an rectè dicantur, qui ex novâ causâ offendunt.* c. 22. n. 2. & 3  
*Rumpere pacem num liceat ex causâ antiquâ.* ib. n. 32. 33. & 34  
*Rumpi pacem & subnasci novam belli causam quomodo differant.* ib. n. 17. 18. & 19.  
*Ruptura pacis quid.* ib. n. 1  
*Ruptura pacis non debet extendi ad conferres.* ib. n. 11. & 29  
*Ruptura pacis adversatur capitulis expressè conventis.* ib. n. 14  
*Ruptor pacis an possit offerendo satisfactionem evitare novum bellum.* ib. n. 27  
*Ruptura pacis penam an contraveniendo quis sapius incurrat.* ib. n. 28  
*Rupta pacis pena an ad heredem vel fidejussores rumpentis pertineat.* ib. n. 30. & 31.

## S

*Sabina virgines contra jus sunt raptae à Romanis.* c. 4. n. 3  
*Saracenorum uxores mercede conductae nominatenus tales sunt.* ib. n. 18  
*Saxonia inferioris ordinum libera ad Collegium Electorale.* c. 26. n. 9  
*& responsum.* ib. n. 30  
*Scipionis Africani prudens & liberale factum*

# INDEX RERUM.

- Etum in expugnatione Carthagini nova.* c. 12. n. 42.
- Seculi Nomadum reliquia.* c. 18. n. 103
- Separatio conjugum quoad torum & mensam an juri natura conveniat nec ve. c. 3. n. 23. & 24.*
- Sepeliendi mores diversi.* c. 15. n. 2
- Sepulchra jure gentium inviolabilia.* ib. n. 1
- Sepulchrorum jura duabus partibus constant.* ib. n. 3.
- Sepulchri violati pena.* ib. n. 24
- Sepulchra hostium num religiosa.* ib. n. 25
- Sepultura nec hosti deneganda.* ib. n. 4
- Sepultura Regibus Israëliticis quandoq; ad pena divina exemplum negata.* ib. n. 5
- Sepultura hodie sunt publica & sepulchra quotuplicia.* ib. n. 11. & 12
- Sepulchrorum & insepulchrorum hostium exempla.* ib. n. 26. & 27
- Sepultura hostium num incumbat hosti.* ib. n. 29. & 30.
- Sepultura hostilium cadaverum non prohibenda.* ib. n. 31
- Servitutum origo ex captivitate.* c. 18. n. 39.
- Servitus hodie non inducitur ex captivitate inter Christianos sed lytrum.* ib. n. 41. 42. & 50.
- Sonis Amorreorum Regis exemplum negantis Israëlitis transitum.* c. 17. n. 41
- Sociorum nomen in fœdere indistinctè positum num pertineat etiam ad futuros socios.* c. 24. à n. 4. usq; 13
- Socii in dubio non possunt bello peti.* ib. n. 14.
- Socius intempestivè ac temerè recedens à fœdere ledit jus gentium.* c. 25. n. 1.
- Sodomia repugnat juri, natura & que ejus pena.* c. 3. n. 7
- Successio quatenus sit modus acquirendi juris gentium.* c. 8. n. 41
- Successor non tenetur ex contractu prædecessoris repugnante legibus regni.* c. 30. n. 20.

## T

- T**estamenta forensium valent quoad bona alibi sita. c. 8. n. 44
- Testamenta quantum jure gentium astimantur. ib. n. 47
- Traditionis fundamentum est ex consensu Domini. c. 8. n. 38
- Traditio, successio, usucapio, per se sunt modi acquirendi juris gentium. ib. n. 40
- Traditio in commerciis ad translationem domini ex consensu necessaria est. ib. n. 48. & 49.
- Traditio non indistinctè & re etiam à Domino non possessa sit necessaria. ib. n. 50.
- Transfuga sine speciali pacto non comprehenduntur sub pace. c. 21. n. 17
- Translatio & alienatio regni sub distinctione permessa est vel non. c. 9. n. 19. & 20
- Translatio regni aliq; est plena alia minus plena. ib. n. 21
- Translatio Imperii Romano-Germanici post stirpem Carolinam defenditur. c. 30. n. 59. & 60.
- Truga nomine quid veniat. c. 20. n. 62

## V

- V**asallos num liceat alienare. c. 30. n. 37.
- Verba in fœdere interpretando quomodo accipi debeant. c. 24. n. 17
- Vicariatus Imperii Romano-Germanici hodie



# INDEX RERUM.

- hodie triplex.* c. 30. n. 55  
*Vicariatus Palatinus ex Instr. pacis defensus* n. 31.  
*ib. n. 56. & 57.* *Victoria premia quatenus sociis communi-*  
*Victoria quid sit.* c. 28. n. 1. *canda.* *ib. n. 32*  
*Victoria etiam non vi armorum pacta vere* *Victoria an & quatenus tribuat jus irrevo-*  
*ialis est.* *ib. à n. 2. usq; 5* *cabile nec ne.* *ib. n. 33. & 34*  
*Victoria varie obtinetur effectus.* *ib. n. 6* *Votum an valeat ad prejudicium liberorum*  
*Victoria duplex est, belli & praelii.* *ib. n. 7.* *votentis.* *c. 27. n. 78*  
*& 8.* *Usucapio quatenus sit modus acquirendi ju-*  
*Victoria praelii effectus.* *ib. à n. 9. usq; 13* *ris gentium.* *c. 8. n. 42*  
*Victoria belli effectus.* *ib. à n. 14. usq; 18* *Usura jure Canonico prohibita sub nomine*  
*Victoria extendi non debet ad inhonestas a-* *interesse permittitur.* *c. 13. n. 5*  
*ctiones.* *ib. n. 23* *Usurarum in materiâ lex Divina, Cano-*  
*Victoria Israëlitarum severior non ad regulas* *nica, & traditiones interpretum differ-*  
*juris gentium pertinet.* *ib. n. 24* *runt.* *ib. n. 6. & 8*  
*Victor jure petit sibi dedi belli auctores.* *ib.* *Usura olim jure civili permessa nec profus*  
*n. 25.* *repugnant juri divina vel natura.* *ib. n. 7*  
*Victoria ad violationem sacrorum non refe-* *Usurarum prohibitio pro sententiâ Canoni-*  
*renda.* *ib. n. 26* *starum multis in locis antehac recepta.*  
*hujus rei limitatio.* *ib. n. 27* *ib. n. 9.*  
*Victoris jus in bona profana declaratur.* *ib. n.* *Usura non nisi immoderata repugnat juri*  
*28. & 29.* *gentium.* *ib. n. 10*  
*Victor quod ex jure suo remittit gratia est non* *Usura illicita requisita ex mente Canonico-*  
*obligationis ex jure gentium.* *ib. n. 30* *rum.* *ib. n. 16*  
*Victor an possit exigere debita hostium.* *ib.* *Usura num. in mutuo fluant à tempore con-*  
*ventionis.* *ib. n. 17*

F I N I S.

